(20) Adrianus Valesius rerum Francicarum scriptor probatissimus, quasi Theophanis paraphrastem agens: « Non multo post, habet lib. IV, poenas libidinis Avitus pendit, destitutus a Gotthis. Nam Remiscus patricius adjutor ejus partium in palatio classis (ad Ravennam) 15 Kalend. Octobr. occisus est: ipse imperii mense 17 vel 18 a Ricimere magistro militum apud Placentiam victus et captus, imperium deponere cogitur: novaque et hactenus inaudita fortuna commutatione ex imperatore fit supradictæ urbis episcopus. » Subdit: « Gregorius, in *Hist.* lib. II, tradit Avitum senatorem et civem Arvernum ob libidines a senatu dejectum imperio, cujus in possessionem vacuum involaverat, et apud Placentiam episcopum constitutum: cum comperisset senatum adhuc indignantem vita ipsam privare velle, Brivatem vicum Arvernorum tumultu Juliani Arverni martyris nobilem, cum multis muneribus fuga petere contendisse, ut loci religione salutem suam tueretur, ac in itinere decessisse, delatumque Brivatem, et ad pedes Juliani sepultum esse. » Ultima hæc verba Theophanis perioches ultima interpolantur hoc pacto: Καὶ γέγονεν ἐπίσκοπος εἰς πόλιν Πλακεντίαν καὶ ἀπελθὼν εἰς Γαλλίαν ἀπέθανεν.

Eodem anno Hesychius presbyter Hierosolymitanus ultimum diem obiit : et beata Melania magnæ Melaniæ neptis in religiosarum virtutum exercitiis et perfectione vitæ Hierosolymis requievit.

A. C. 427. — *Romæ episcopi Xysti annus primus.*

Hoc anno Theodosius imperator Eudociam conjugem laudes et grates relaturam Hierosolymam misit, quæ plurima dona ecclesiis contulit : et adorata sacra cruce, locisque sacris perlustratis in regiam Cpolim se recepit.

A. C. 428. — *Persarum regis Isdegerdis annus primus.*

Cpolecos episcopi Procli annus primus.

80 Hoc anno ruina in Alexandriæ theatro facta in Niliacorum festorum pervigilio homines septuaginta duos supra quingentos oppressit.

A. C. 430. — Hoc anno sanctissimus Cpolitanus episcopus Proclus, permissu ab imperatore Theodosio petito, Joannis Chrysostomi reliquias a Comanis in regiam civitatem transtulit, et insequente anno, exacta nimirum annorum triginta trium periodo, eadem publica confertaque processionis pompa deductas, imperatore et beata Pulcheria comitantibus, in Apollitorum deposuit ecclesia : tum vero cunctos, qui propter abrogatam Joanni dignitatem ab Ecclesia fuerant segregati, ad pristinam recepit communio-

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἡσύχιος ὁ ⁸⁰ πρεσβύτερος (50) Ἱεροσολύμων ἐτελεύτησεν. Καὶ ἡ μακαρία Μελάνη ἡ τῆς μεγάλης ἐγγόνῃ ἐν ἀσκήσει ἐκοιμήθη (51) ἐν βίῳ τελείῳ ἐν Ἱερουσαλὴμ.

A. M. 5927. — *Ῥώμης ἐπισκόπου Εὐστου ἔτος α'.*

Τούτῳ τῷ ἔτει Θεόδωρος ὁ βασιλεὺς τὴν γαμετὴν (52) Εὐδοκίαν εἰς Ἱεροσόλυμα ἀπέστειλεν εὐχαριστηρίους ὕμνους προσάψουσιν τῷ Θεῷ, ἥτις πάμπολλα ταῖς ἐκκλησίαις ἐδωρήσατο, καὶ προσκυνήσασα τὸν τε ἅγιον σταυρὸν καὶ τοὺς σεβασμίους τόπους ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια.

A. M. 5928. — *Περσῶν βασιλέως Ἰσδεγέρδου ἔτος α'.*

B *Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Πρόκλου ἔτος α'.*

Τούτῳ τῷ ἔτει σύμπτως ἐγένετο ἐν τῷ θεάτρῳ Ἀλεξανδρείας καὶ ἀπέθανον ἄνδρες φοβ' τῇ παννυχίδι τῶν ⁸¹ Νειλῶν (53).

A. M. 5930. — Τούτῳ τῷ ἔτει Πρόκλος ὁ ἀγιώτατος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως αἰτήσας τὸν βασιλέα Θεοδόσιον τὸ λείψανον Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἀπὸ Κομάνων εἰς τὴν βασιλεύουσιν μετεκόμισεν. Καὶ τῷ ἐχομένῳ ⁸² χρόνῳ (54) διὰ λγ' ἐτῶν (55) τοῦτον δημοσίᾳ ἐπὶ προελεύσεως πομπεύσας σὺν τῷ βασιλεὶ καὶ τῇ μακαρίᾳ Πουλχερίᾳ εἰς τὴν τῶν Ἀποστόλων ἀπέθετο ἐκκλησίαν. Καὶ οὕτως ⁸³ τοὺς διὰ τὴν ἐκείνου καθάρσιν τῆς Ἐκκλησίας χωρισθέντας ἤνωσεν.

C Ἐπὶ τούτου τοῦ ἐν ἀγίοις Πρόκλου σεισμοὶ γαγόνασαι

VARIÆ LECTIONES.

⁸⁰ ὁ add. ex A. ⁸¹ τῶν Νειλῶν b, τῶν Εἰλώων A a f, τοῦ Νειλῶων vulg. ⁸² ἐχομένῳ b, ἐρχομένῳ vulg. ⁸³ οὕτως A, εἰτα vulg. ¹ τούτου add. ex A.

JAC. GOARINOTÆ.

(50) Hierosolymorum antistitem, Sixto Senensi in adversum sentiente, Hesychium non exstitisse verba ista, et præfatæ urbis antistitum laterculum declarant.

(51) Aliquotis annis posteriorem esse Melaniæ istius mortem iudicio mihi est, quod Eudociam imperatricem Hierosolyma profectam ipsa in sancta urbe suscepit, et cum ea novi templi dedicationis festum et alia peregerit, quæ in ejus Vita 31 Dec. exhibet Surius : Eudocia vero anno sequente Hierosolymorum peregrinationem aggressam auctor ipse circa Melaniæ facta hallucinatus describit. Obitus Melaniæ incertus est Baronio ad annum 438 num. 17.

(52) Anno quidem Valentiniani tertii nuptias excipiente, Hierosolymitanam peregrinationem suscepisse Eudociam, Theodosio decimum sextum consule, scribit Socrates, lib. vii, cap. 44 et 46, eum autem consulatum anno Theodosii *Chronicon Alexand.* tricesimo, alii 31 devinciunt. De eodem itinere Evagrius, lib. i, cap. 20 et 21.

(53) Quælibet in totam, vel plurimam noctem actio producta Græcis est παννυχίς, sic longiores matutinarum, quas vocant, precum vigiliæ, vel etiam profana convivia per noctem agitata παννυχίδας vocari testatur Enochologium, et Theophylactus Simocatta, lib. viii, cap. 43. Niloa porro sacra in noctem dilata narrat Heliodorus *Æthiopicorum* lib. 9 ineunte : Τῆς τῶν Νειλῶν ἑορτῆς ἐνεστηκυίας, οἱ μὲν ἐγγύριοι πρὸς θυσίαις τε καὶ τελεταῖς ἦσαν, τοῖς μὲν σώμασι καὶ περιεστηκόσι θεῖνοις χάμνοντες, etc. Ὁ δὲ Ὀροονδάτης μίσας νύκτας ἐπιτηρήσας, πρὸς ὕπνον βαθὺν τῶν Συγκάλων ἀπὸ τῆς εὐωχίας τετραμμένων Festo Ni-

loorum exorto, indigenæ quidem mactationibus victimarum et sacrificiis vacabant, corporibus quidem et circumstantibus malis laborantes, etc. At Oroondates observata occasione, media nocte cum Syenæi arcto somno post epulationes premerentur, etc. Niloa vero quæ sacra vel festa fuerint ipse libro præcedente ad calcem exponit : Καὶ γάρ πως συνέπεσε καὶ τὰ Νειλῶα τότε τὴν μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἑορτὴν ἐνεστηχέναι, κατὰ τροπὰς μὲν θερινὰς μάλιστα, καὶ ἔτε ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως ὁ ποταμὸς ἐπιλαμβάνει τελουμένην, ὑπὲρ πάσας δὲ τὰς ἄλλας πρὸς Αἰγυπτίων σπουδαζομένην δι' αἰτίαν τοιάνδε. Etenim quodammodo acciderat, ut tunc quoque Niloa, maximum apud Ægyptios festum instaret : quod quidem circa solstitium æstivum maxime, et quando initium crescendi fluvius capit, celebratur, ac in summo honore præ omnibus habetur, propter hujuscemodi causam : quam ibidem refert esse Nili exundationem certa naturæ lego totam Ægyptum secundantem.

(54) Quo Theodosius imperii unum et triginta numerabat annos, ipso decimum sextum et Instans cons. prout Socratis, lib. vii, cap. 44 et Prosperi calculi auctori concordēs reddunt.

(55) Obiit quippe Chrysostomus a conditu mundi ann. 5894, CP. vero relatū est anno 5931 et secundo deinde anno partium ejus asserit Ecclesiæ ex integro revincti : illudque est quod Socrates nuper adductus scripsit : Ἰωάννης τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν τελευτὴν εἰς κοινωνίαν ὑπὸ Πρόκλου ἰδέχθη. Joannes tricesimo quinto anno, postquam e vivis excesserat, in communionem a Proclo receptus est.

γὰρ ἀτάκτων ἀνδρῶν ὠνησάμενος, τυραννικῶς⁷² τὸν θρόνον Ἀλεξανδρείας ἐκράτησεν, καὶ καθηρημένος ὢν, ὑπὸ δύο καθηρημένων χειροτονεῖται. Ἐντεῦθεν πάντα τὰ σκάνδαλα ἀνεφύη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Πάντων γὰρ τῶν τῆς οἰκουμένης ἱερέων τὸν ὄρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἀποδεξαμένων, οὗτος ὁ μικρὸς μετὰ λύτης τινὸς ἀσπέτου ταύτην καθύβριζεν, καὶ χειροτονίας ἐπισκόπων ἐποίει ἀχειροτόνητος (27) ὢν, καὶ βάπτισμα ἐπέτελει πρεσβύτερος μὴ ὢν. Ὁ δὲ μακάριος Προτέριος αἰσθόμενος τὴν κατ' αὐτοῦ σκευαζομένην ὑπὸ τοῦ Αἰλουρίου ἐπιβουλὴν, δίδωσιν τόπον τῇ ὀργῇ, καὶ τῷ σπῆτι προσφεύγει βαπτιστηρίῳ ἐν τῇ πρώτῃ τῆς πασχάλιας ἡμέρᾳ. Ὁ δὲ τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομος, μὴ αἰδεσθεὶς μήτε τὴν⁷⁴ ἁγίαν ἡμέραν, μήτε τοὺς σεβασμίους τόπους, ἀποστείλας κατασφάζει τὸν ἀνεύθυνον ἀρχιερέα μετὰ καὶ ἄλλων ἐξ τῶν σὺν αὐτῷ. Καὶ σχολίοις περισύραντες τούτου τὸ λείψανον ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐξέβαλον κολυμβήθρας, καὶ πομπεύσαντες αὐτὸ κατὰ πᾶσαν⁷⁵ τὴν πόλιν ἤκισον⁷⁶ ἀνηλεῶς· τέλος πυρὶ⁷⁷ κατέκαυσαν καὶ τὴν σποδὸν⁷⁸ τῷ⁷⁹ ἀέρι παρέπεμπον.

mane penitus et impie attrectaverunt, et illud demum ignibus absumpserunt, cineribus in aerem dispersis.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἠνέχθη τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας⁸⁰ ἀπὸ Σερμίου⁸¹ (28) καὶ κατετέθη ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς (29) ἐν τοῖς Δομνίου⁸² ἐμβόλοις. Τιμόθεος δὲ ὁ Αἰλουρος τὰ συγγράμματα Κυρίλλου τοῦ μεγάλου μὴ ἐκδοθέντα εὐρὼν ἐνέθευεν ἐν πολλοῖς τόποις, ὡς Ἰσταρεὶ Πέτρος ὁ πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας.

A. M. 5951. — Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου Γενηαδίου ἔτος α'.

Ἀλεξανδρείας ληστρικῶς ἐκράτησεν Τιμόθεος Αἰλουρος δύο ἔτη.

Τούτῳ τῷ ἔτει μαθὼν Λέων ὁ βασιλεὺς (50) τὸν

A Coempta quippe sicariorum manu, sedem Alexandrinam invasit tyrannice, et omni ecclesiae gradu dejectus, a duobus pariter ecclesiastica dignitate extorribus episcopis ordinatur. Hinc cuncta, quae Alexandriam vexaverunt, scandala originem habuere. Cunctis enim per universum orbem sacris viris Chalcedonensis concilii decretum admittentibus, perversus ille rabie quadam effreni motus, contumelias in illud evomere non verebatur: profanus et ordinis expers, episcoporum consecrationes perficiebat: et qui ne presbyter quidem, alios collato baptismo initiabat. Caeterum paratas sibi ab Aelaro insidias beatus Proterius praesentens, locum dat irae, et primo Paschalis celebritatis die ad venerandum baptisterium confugit. At vero praecursor Antichristi neque sacrae solemnitatis diem, neque veneranda loca reveritus, misit, qui praesulem prorsus innoxium cum sex aliis, qui cum illo erant, interficerent. Hi corpus pontificis funibus alligatum extra sancti lavaeri septa rapuerunt et per civitatem ignominiose circumductum inhu-

mane penitus et impie attrectaverunt, et illud demum ignibus absumpserunt, cineribus in aerem dispersis.

Eodem anno sanctae Anastasiae corpus Sirmio delatum, in ejus templo ad Domnici porticus depositum. Timotheus autem Aelurus, Cyrilli magni opera nondum in lucem edita nactus, ea plerisque locis adulteravit, ut Petrus presbyter Alexandrinus testatur.

A. C. 451. — Cpoleos episcopi Gennadii annus primus.

Alexandriae sacram sedem usurpavit Timotheus Aelurus annos duos.

Hoc anno Leo imperator de injusta Proterii caede

VARIAE LECTIONES.

⁷² τυραννικῶς — καθῆρ. ὢν οἰμ. f. ⁷⁴ μήτε τὴν A, μηδὲ τὴν vulg. ⁷⁵ πᾶσαν add. ex A. ⁷⁶ ἤκισον ἀνηλεῶς A, ἤκισον αὐτὸ ἀνιλεῶς vulg. ⁷⁷ τέλος πυρὶ A f. τέλος αὐτὸ κατὰ τὴν πόλιν πυρὶ vulg. ⁷⁸ τὴν σπ. A, τὸν σπ. vulg. ⁷⁹ τῷ add. ex A. ⁸⁰ προσέπεμπον e f. ⁸¹ ἀπὸ Σερμίου A, ἀπὸ τοῦ Σ. vulg. ⁸² Δομνίου A, Δομνίου f.

JAC. GOARI NOTAE.

(27) Quod ab episcopis sua dignitate a Proterio depositis fuisset patriarcha ordinatus: Theodorus lector, Collect. lib. i, Evagrius, lib. ii, cap. 8, et jam prius sacerdotali officio abdicatus: Evagrius idem.

(28) Gennadio patriarchalem dignitatem adeptο scribit Theodorus lector ultimis collect. verbis. Gennadii porro praecessor Anatolius hoc anno cum obierit, sub primis successoris auspiciis debuit Anastasiae corpus CP. transferri.

(29) Loco Ἀναστάσεως jam olim dicto, quod in eo sacra fidei dogmata in Arianos exponens, veram doctrinam et veterno excitaverit: vel quod ibi mulier praegrans ex alta porticu in terram lapsa et contrita, vitam et fetus salutem populi ad audiendum Dei verbum collecti precibus receperit. Videndus ipse Gregorius carmine in Anastasiam, Sozomenus, lib. vii, cap. 5. De eodem Orig. CP.: Τὸν ναὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας τὸν ὄντα Μαυριανῶν Μαρκιανὸς ὁ ὄσιος ἐκτίσεν ἐκ τοῦ πλοῦτου αὐτοῦ. Ὁρῶντων δὲ κτίσας αὐτὸν ὁ ὄσιος εἰς τὰ Ψῆφα, ἐν οἷς καὶ ψηφίδας ἐπώλουν, ὠνήσατο τὸν τόπον εἰς δύο νομίσματα, διὰ τὸ εἶναι μυστήριον, καὶ διὰ τὸ εὐρε-

θῆναι ὑπομνήματα ἐκείσε τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου Ῥωμαίου: γράφοντα οὕτως· Ἀνακρινισθήσεται ὁ ναὸς οὗτος εἰς κάλλος, καὶ εἰς μέγεθος, εὖ οἶδα. Τότε μοι λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πρώτη γὰρ εὐκτήριον μικρὸν ἦν· ὑπῆρχε δὲ ἡ ἁγία Ἀναστασία ξυλότρουλον, ὃ δὲ Βασίλειος ἐσκέπασεν αὐτὴν δι' ὀρόφου χρυσοῦ· Templum sanctae Anastasiae Romanae in Mauriani agro propriis expensis B. Marcianus extruxit. Cum enim ad locum Psepha vocatum, quo tessellae venibant, condere cuperet, locum duorum nummorum pretio, eo quod sordidus esset, comparavit: eo maxime quod in eo magni Gregorii lucubrationes Latine compositae inventae sic referrent: Templum istud forma et amplitudine reparabitur: bene novi. Hoc mihi Spiritus sanctus enuntiat. Prius quippe parvum oratorium exstabat. Erat ligneus sanctae Anastasiae trullus, aedem vero aureo texto contextit Basilii. De Gregorii Theologi Anastasi, sive Anastasia Baronius, Annal. tom. IV.

(50) Absque annorum vel temporis discrimine, quod pro judicio divinat auctor, historiam Aeluri totam continuo tractu contextit Anastasius.

miserere nobis : nec istis quidquam addere attentarent. Jussu istiusmodi accepto, populum, ut ita caneret, sanctus Proclus adhortatus est, et confestim terræ quievit motus. Beata porro Pulcheria et ejus frater miraculo recreati, divinum illum hymnum per orbem quaque patet decantari sanxerunt : ex quo per singulos dies suavis modulis illum recitandi morem cunctæ receperunt ecclesiæ.

A. C. 431. — *Hierosolymorum episcopi Juvenalii annus primus.*

Hoc anno Valentinianus non modo Britanniam, Galliam et Hispaniam servare non valuit, quin etiam occidentalem Libyam, quæ Afrorum dicitur provincia, hoc pacto amisit : 81 Duo belli duces tum erant Aetius et Bonifacius, quos rogante Valentiniano Theodosius Romam misit. Bonifacio vero Libyæ occidentalis præfecturam assecuto invidens Aetius, in eum quasi defectionem meditatum et jam Libyam occupare conatum machinatur calumniam. Et hæc quidem ad Placidiam Valentiniani matrem deferebat : interea vero Bonifacio scribit : Si accersitus fueris, ne de reditu cogitato : criminis enim calumniam passus es, et te imperatores dolis comprehendere moliantur. His acceptis velut sinceriori amico Bonifacius confidens Aetio, vocatus non accessit. Tum vero ceu fidum et benevolum imperatores habuerunt Aetium. Erant ea tempestate Gotthi gentesque quam plurimæ et copiosæ trans Danubium in Hyperboreis regionibus habitantes, inter quas præcipuæ quatuor omnino sunt, Gotthi, Wisigothi, Gepedes et Vandali, nullo alio, quam nominum appellatione a se invicem discretæ, et ubique una communi lingua utentes : omnes alioqui pravas Arii sectantur opiniones. Isti Arcadio et Honorio impetrantibus trajecto Danubio, in Romanæ potestatis solo fixerant sedem. Gepedes quidem, ex quibus demum Longobardi et Abares divisi sunt, loca ad Singidonem et Sirmium posita occupaverunt. Wisigothi post illatas ab Alaricho clades, Roma devastata, in Galliam secedentes, varias obtinuerunt provincias : Gotthi Pannoniam primum adepti, mox nono supra decimum imperii anno, Theodosio juniore ita permittente, Thraciæ regiones incoluere, et Thracica habitatione per annos octo et quinquaginta protracta, occidentalis tandem imperii facti sunt domini. Vandali demum Alanis et Germanis,

A ταύτην δεξιμένοις τὴν * ἀπόφασιν ὅτι τῆς τῶ λαῶ ψάλλειν οὕτω, καὶ εὐθέως ἔσται ὁ σεισμός. Ἡ δὲ μακαρία Πουλχερία καὶ ὁ ταύτης ἀδελφὸς ὑπεραγαθόντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν κατὰ πᾶσαν τὴν ὀικούμενην τὸν θεῖον τοῦτον ψάλλεσθαι ὕμνον· καὶ ἀπὸ τότε παρέλαβον πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ᾄδειν αὐτὸν τῷ Θεῷ.

A. M. 3931. — *Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου Ἰουβεναλίου ἔτος α'.*

Τούτῳ τῷ ἔτει Οὐαλεντινιανὸς οὐ μόνον (57) Βρετανίαν καὶ Γαλίαν καὶ Σπανίαν ἀνασώσασθαι οὐκ ἴσχυεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐσπερίον Λιβύην, τὴν τῶν Ἀφρων καλουμένων χώραν προσαπώλεσε τρόπῳ τοιῷδε· Δύο στρατηγοὶ ἦσαν Ἀέτιος καὶ Βονιφάτιος, οὓς Θεοδόσιος κατὰ αἰτήσιν Οὐαλεντινιανοῦ εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν. Βονιφάτιου δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐσπερίου Λιβύης λαβόντος, φθονήσας ὁ Ἀέτιος διαβολὴν ποιεῖται κατ' αὐτοῦ, ὡς ἀνταρσίαν μελετῶντος καὶ τῆς Λιβύης * κρατῆσαι σπεύδοντος· καὶ ταῦτα μὲν πρὸς Πλακιδίαν ἔλεγεν τὴν τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ μητέρα. Γράφει δὲ Βονιφάτιῳ οὕτως· « Ἐάν μεταπεμφθῆς παραγενέσθαι μὴ θαλῆσης· διεβλήθης γάρ, καὶ δόλις σε οἱ βασιλεῖς βούλονται χειρώσασθαι. » Ταῦτα δεξιόμενος ὁ Βονιφάτιος, καὶ ὡς γνησίῳ φίλῳ ¹⁰ τῷ Ἀετίῳ πιστεύσας, μεταπεμφθεὶς οὐ παρεγένετο. Τότε οἱ βασιλεῖς τὸν Ἀέτιον ὡς εὐνοοῦντα ἀπεδέξαντο. Ἦσαν δὲ τότε Γότθοι καὶ ἔθνη πολλὰ τε καὶ μέγιστα πέραν τοῦ Δανουβίου ἐν τοῖς ὑπερβορείοις τόποις κατοικισμένα. Τούτων δὲ ἀξιολογώτερά εἰσι τέσσαρα, Γότθοι, ^C Ὑπόγοτθοι (58), Γήπαιδες ¹¹ καὶ Οὐανδῆλοι ἐν ὀνόμασι ¹² μόνῳ καὶ οὐδενὶ ἑτέρῳ διαλλάττοντες, μιᾷ διαλέκτῳ κεχρημένοι· πάντες δὲ τῆς Ἀρείου ὑπάρχουσι ¹³ κακοπιστία. Οὗτοι ἐπὶ Ἀρκαδίῳ καὶ Ὀνωρίῳ τὸν Δάνουδιν διαβάντες, ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ κατοικήσθησαν. Καὶ οἱ μὲν Γήπαιδες, ἐξ ὧν ὕστερον διηρέθησαν Λογγίβαρδοι καὶ Ἀδάρις, τὰ περὶ Σιγγιδόνα καὶ Σερμεῖον χωρὶς ᾤκησαν. Οἱ δὲ Ὑπόγοτθοι ¹⁴ μετὰ (59) Ἀλάρικον τὴν Ῥώμην πορθήσαντες, εἰς Γαλίαν ¹⁵ ἐχώρησαν καὶ τῶν ἐκεῖ ἐκράτησαν. Γότθοι δὲ Παννονίαν ἔσχον πρῶτον, ἔπειτα τῷ ¹⁶ ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου ἐπιτρέποντος, τὰ τῆς Θράκης χωρὶς ᾤκησαν, καὶ ἐπὶ νῆ' χρόνους ἐν τῇ Θράκῃ διέτριψαν ¹⁷, καὶ τῆς ἐσπερίου βασιλείας ἐκράτησαν. Οἱ δὲ Οὐανδῆλοι ^D Ἀλανοὺς ἑταίρισάμενοι καὶ Γερμανοὺς, τοὺς νῦν

VARIÆ LECTIONES.

* τὴν add. ex A. ὅτι τῆς Λιβύης A, e, τὴν Λιβύην vulg. * οὕτως] ὅτι A. ¹⁰ φίλῳ] δουλῷ alii codd. ¹¹ Γήπαιδες ubique fere A, Γήπαδες vulg. ¹² ὀνόμασι A, ὀνόματι vulg. ¹³ ὑπάρχοντες alii. ¹⁴ Ὑπόγοτθοι b h. l. et infra. ¹⁵ Γαλίαν A, Γαλίαν vulg. ¹⁶ διέτριψαν, καὶ] e addit hæc : διατρίψαντες Θεοδορίῳ ἡγεμονεύοντος αὐτῶν πατρικίου καὶ ὑπάτου, Ζήνωνος αὐτοῖς ἐπιτρέψαντος, τῆς ἐσπερίας, x. τ. λ.

JAC. GOARI NOTÆ.

(57) Irruptionem Vandalorum in Africam *Chronicon Alexandrinum*, Prosper, et alii ad annum Theodosii 20 assignant. Eapropter quæ hic ex Procopio lib. 1 de bello Vandalico summatim collecta, historice, non chronice referri facile quisque perspiciet.

(58) Visigothos reddit interpretes Procopii, Ὑπόγοτθοι habet alia lectio, apud quem Godigisclus le-

gitur, qui hic Μοδύγισκλος.

(59) Etiam Anast. post Alaricum Roma devastata. Melius tamen Niceph., μετὰ Ἀλαρίκου, cum Alaricho, Alaricho duce. Ex Gallia enim cum suis Visigothis ille profectus Romam cepit atque vastavit Honorio principe : uti postea Gizerichus ex Africa cum suis Vandalis. *CONVERSIS.*

A. M. 5954. — Τούτω τῷ ἔτει ἐμπρησμός μέγας ἄγεγονεν (36) ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς Ἰνδικτιωνος ιε', ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ νευρίου, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τῶν Ἀμαντίου. Μαρκιανὸς δὲ οἰκονόμος (37) ἀνελθὼν εἰς τοὺς κεράμους τῆς Ἀγίας Ἀναστασίας κατέχων τὸ Εὐαγγέλιον εὐχαῖς καὶ δάκρυσι ἀβλαβῇ τὸν οἶκον διεφύλαξεν.

A. M. 5955. — Τούτω τῷ ἔτει ἐσράγη Μαῖωρίνος εἰς Ταρτίωνα (38) ὑπὸ Ῥεμικίου πατρικίου, καὶ ἐπὶ ῥῃ εἰς βασιλείᾳ Σευήρος καὶ Σερπέντιος (39) νόνας Ἰουλίαις.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ζωγράφου τινὸς (40) τὸν Σωτῆρα γράφει τομήσαντος καθ' ὁμοίτητα τοῦ Αἰῶς, ἐξηράνθη ἡ χεὶρ. Ἦν ἐξαγορεύσαντα ⁹¹ δι' εὐχῆς ἴσατο Γεννάδιος. Φασὶ δὲ τινες τῶν ἱστορικῶν, ὅτι τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον σχῆμα ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος οἰκειότερόν ἐστιν. Τοῦ δὲ Γενναδίου τῇ νυκτὶ (41) εὐχομένου ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ἰδεῖν λέγεται φάντασμα δαιμονίου, ᾧ καὶ ⁹² ἐπιτιμήσας ἤκουσεν αὐτοῦ κράζοντος, ὡς αὐτοῦ μὲν ζῶντος ἐνδίδωσι, μετὰ δὲ θάνατον αὐτοῦ κρατῆσαι πάντως τῆς Ἐκκλησίας ὅπερ δίδασκε Γεννάδιος πολλὰ ὑπὲρ τούτου τὸν Θεὸν ἐδυσώπει.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ Στοῦδιος (42) τὸν ναὸν ἔκτισεν

VARIAE LECTIONES.

⁹¹ ἐξαγορεύσαντα A, ἐξηγορ. vulg. ⁹² ᾧ καὶ A, ὃ καὶ vulg.

JAC. GOARI NOTÆ.

ἐννέα * ἐν δὲ τῇ αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ ἐπτά καὶ τεσσαράκοντα * ἐν τινὶ μὲν στενωπῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας * ἐν δὲ κίσει βραχυτέροις ἐπτά, καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα πῆχει ἔτη τριάκοντα * *Iste Symeon hoc vivendi severum genus in carne traducens vitam ad quinquaginta sex annos propagavit. Nam in monasterio, in quo primum divinas vivendi præceptiones didicit, annos vixit 9, in Mandra autem, sic enim vocatur, quadraginta septem : atque horum annorum decem in loco admodum angusto confecit : in columnis brevioribus septem : denique in columna quadraginta cubitorum, triginta. Μάνδρα itaque monasterii ejus nomen, in quo nonnullam primum, quæ ἀρχιμανδρίτης. — Sic Niceph., lib. iv, cap. 30 : Ὁ πρῶτος ἐπὶ στυλοῦ πρώτος διοίκησιν ἐπιδείξας * Primus id vitæ genus in columna ostendit ; quod post ipsum alii plures æmulati sunt. Monasterium, ac ecclesiam in loco columnæ ejus nomine extractam, in cujus atrio sub dio exstaret illa columna, egregie idem ad finem libri describit. Non placet ut, ὁ πρῶτος hoc loco sit ἀρχιμανδρίτης, cum Symeon ἀναχωρήσιν magis coleret, nec nisi prioribus annis antequam in locum Mandra dictum secederet, cœnobitavit egerit : minus quadrat quod redditum, cætus monastici celebratissimus. COMMERIS.*

(36) Ista dictione tenus Theodorus Lector lib. i, Evagrius eadem lib. ii, cap. 13, apud quem νεώριον vocatur βοῆς πόρος, βοῆς via insulse redditum, quod Bosphorus (isque Thracius) suavius sonat : ἐν ᾧ, subdit, τὰ νεώρια τῆς πόλεως καθίστασιν ἀπὸ τοῦ καλούμενου βοῆς πόρου, etc. Chron. Alex. ad annuū Leonis 7 incendium istud reponit.

(37) Virum mirare apud Surium die 10 Januarii.

(38) Haud minus incertas Latinorum res, quam incognitas eorum voces Theophanes habuit. Majorianum, quem Majorinum vocat, imperium ad septem prorogat annos, cui vix alii quinque assignaverint. Avitum enim, cui Majorianus successit, anno Marciani sexto interfectum describit : ex quo ad præsentem Leonis annum pariter sextum septem inte-

A. C. 454. — Hoc anno Septembris mensis die secundo, indictione decima quinta, Cpoli magnum contigit incendium, ejus principium a navali, et ad Sancti Thomæ Amantii fuit progressus. Marcianus autem œconomus, consensu Sanctæ Anastasiæ templo, manibus tenens Evangelium, precibus et lacrymis sanctam ædem illæsam servavit.

97 A. C. 455. — Hoc anno Majorinus ad Dertonam a Recimere patricio interemptus est : et Nonis Julii Severus et Serpentius ad imperii culmen elevatus.

Hoc eodem anno pictoris ejusdem Jovis specie Salvatoris faciem referre ausi manus exaruit : facinus vero confessum Gennadii preces sanaverunt. Historicorum vero nonnulli crispas et raras crines ad effigendam Salvatoris faciem magis decentes autumant. Cæterum Gennadius ad altare orans dæmonis spectrum noctu vidisse fertur, quem cum increpasset, elamautem audit : eo quidem vivente se cedere, sublato vero, Ecclesia quaquaversus se potiturum. Hæc veritus Gennadius, ut piaculum averteretur, crebras ad Deum preces fudit.

Hoc etiam anno Præcursoris templum Studios

gros numeraveris. Dertonam Hispaniæ urbem Ταρτίωνα, Recimerem, Ῥεμικιον vocat : Serpentium cunctis historicis ignotum Severo in imperio adjunctum fingit : Severum Nonis Julii Cæsarem elevatum, aliis Augusto mense dignitatem adeptum testantibus commemorat. Fides hic plane Græca.

(39) Cum apud omnes altum sit Serpentii hujus silentium, nec nisi de uno imperatore loqui videatur Theophanes, facilis esset textus emendatio, ut legeretur, Σευήρος ὁ καὶ Σερπέντιος, Severus, qui et Serpentius appellatus est, undecunque id ille nomen traxerit. Facile fuit exidere elementum sic minutum, ut in aliis adverto excidisse, codd. aliis retinentibus. Cedr. Post Severum, inquit, οὐκ ἔτι βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ, nullus Romæ fuit imperator ; adeoque nec iste Serpentius ut alius a Severo putetur. COMMERIS.

(40) Theodorus Lector, lib. i.

(41) Idem. ibid.

(42) Suidas : Στοῦδιος, δυνάστης * δὲ καὶ τὴν περιόχτην μονὴν ἔκτισεν. Ἡ τῶν Στουδιτῶν μονὴ πρότερον καθολικὴ ἐκκλησία ἦν * ὕστερον δὲ μετῆλθεν εἰς μονήν. Ὁ αὐτὸς Στοῦδιος δυνάστης κτίζει τὸν ναὸν τοῦ Ἀρχιστρατήγου Ναχωλείας, ἐν ᾧ φέρονται καὶ στίχοι ἡρωϊκοί *

Στοῦδιος ἀγλαὸν οἶκον ἐδίδματο, καρπαλίμως [δὲ].
* Ὡν κάμεν, εὖρατο μισθὸν, ἐλὼν ὑπατητὴν βα- [δερ].

Studios dynasta, celeberrimi monasterii fundator. Studitarum oratorium exstitit prius ecclesia catholica (velut paræcia viris et mulieribus pervia), demum in monasterium mutatum. Idem Studios dynasta Michaelis militiæ celestis principis Nacoliæ templum condidit, in quo versus heroici servantur descripti :

Postquam magnificam construxit Studios ædem,
Consulis accepit mercedis nomine honorem.
Annus Marciani quartus ejus consulatu signatur.
De Stodii familia Baronius ad annum 459, n. 16.

A. C. 434. — *Antiochiæ episcopi Domni annus A primus.*

A. C. 435. — *Romæ episcopi Leonis annus primus.*

83 Hoc anno Chamosynus augustalis ad tempus in venatus theatro percussus interit mensis Epi-
die primo.

A. C. 436. — Hoc anno Theodosius imperator Antiochum præpositum patricium et bajulum suum, ædibus ejus publicatis, contemptus et elationis erga imperatoris majestatem damnatum clericum esse jussit. Quare legem etiam tulit, ne quis eunuchus ad patricii dignitatem eveheretur.

A. C. 437. — Hoc anno Cyrum urbis et prætorianorum præfectum, virum litteratissimum et in

A. M. 5934. — Ἀντιοχείας ἐπισκόπου Δόμνου ἔτος α'.

A. M. 5935. — Ῥώμης ἐπισκόπου Λέοντος ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει Χαρμόδυνος ὁ αὐγουστάλιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκροταφίσθη ἐν τῷ κυνηγίῳ⁸³· καὶ ἀπέθανεν μὲν Ἐπιφί πρώτῃ⁸⁴.

A. M. 5936. — Τούτῳ τῷ ἔτει Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον (62) τὸν πραιπόσιτον (63) καὶ πατρικιον⁸⁷ (64) τὸν καὶ βαβυλον (65). αὐτοῦ ἐποίησε παππᾶν⁸⁸ (66), δημεύσας καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὡς καταπειρόμενον τῶν βασιλέων⁸⁹ καὶ καταφρονούντα αὐτοῦ. Διὸ καὶ νόμον ἔθετο⁹⁰ μὴ εἰσερχεσθαι εἰς πατρικίου ἀξίαν εὐνοῦχον.

A. M. 5937. — Τούτῳ τῷ ἔτει Κύρον⁹¹ τὸν ἐπαρχον⁹² (67) τῆς πόλεως καὶ τῶν πραιτω-

VARIÆ LECTIONES.

⁸³ ἐν τῷ κ. Α, ἐν τῇ x. vulg. ⁸⁴ post πρώτη add. a : τούτῳ τῷ ἔτει ἐπέβη ἡ γῆ καὶ ἐμυκήθη περὶ τὰ Καλανῶν Μαίων. ⁸⁷ Πατρικιον καὶ Βάβυλον Α. ⁸⁸ παππᾶν Α. ⁸⁹ τοῦ βασιλέως c. ⁹⁰ ἔθετο Α, ἐξέθετο vulg. ⁹¹ Κύρον] Κύριλλον Α. ⁹² ἐπαρχον a b.

JAC. COARI NOTÆ.

(62) Eum suspicor, quem Persarum rex Islegerdes Theodosio imperium ineunti curatorem dedit, quique ab anno ejus quinto a summa rerum administranda submotus, imperii patricius, Pulcheriæ eunuchorum præpositus, ipsius Theodosii Bajulus promotus, de potestate aucta timorem incusserit. Antiochi nomen et officiorum affinitas suspicionis sunt argumenta. Auctor ad annum Theodosii primum et quintum.

(63) Eunuchorum princeps, et imperatoris custodiæ, et quandoque cubili præfectus est præpositus. Euechologium in Imperatricis inauguratione : Εἰσάγεται ἡ βασίλισσα παρὰ τοῦ πραιπόσιτου, καὶ παρὶς τὴν αὐτὴν τῷ πατριάρχῃ· *Imperatrix a præposito inducitur, qui eam patriarchæ præsentat.* Photius in *Politia* Metrophanis et Alexandri : Συνέτρεχον τῇ προδοσίᾳ Εὐσεβίδος τε, ὁ δυσσεβὴς πραιπόσιτος, καὶ ἄλλοι τινὲς, καὶ τῆς δυσσεβείας, καὶ τῆς ἀνδρογύνου φύσεως συνθισσῶνται· *Concurrerant in ea proditiōne Eusebii impius præpositus, (non episcopus, ut ignare interpretes) et alii nonnulli, et impietatis, et avtratiæ effeminatæque naturæ sodales* : id est eunuchi. Simocatta, lib. iv, cap. 16 : εὐνοῦχον εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένον κορυφαύτατον, ὃν πραιπόσιτον εἰδιστο Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν· *eunuchum supremum et præcipuum ad imperatorium satellitium deputatum, quem præpositum vocare solent Latini.*

(64) Majorum gentium senatores patricios olim dictos est a dubio procul. Eorum dignitatem Constantinus auxit. Zosimus, *Hist. ii* : *Eum honoris titulum primus Constantinus excogitaverat, lataque lege sanxerat, ut qui eum consecuti fuissent, supra ipsos præfectos prætorii sessitarent.* Idem, *epist. lib. ii* : *Votis in commune deprecens, ut sicut nos utramque familiam nostram præfectoria nati, etiam patriciam divino favore reddidimus : ita etiam ipsi, quam suscipiunt patriciam, faciant consularem.* Suidas de patricio una ac Antiocho : Πατρικίος, πατὴρ τοῦ κοινοῦ. Ὁ δὲ πέμπει πρεσβευτὰς τοὺς ἐν τῷ κορυφαίῳ τῆς συγχλήτου βουλῆς τελούντας ἀξίᾳ. Πατρικιοὶ δ' ἄρα ὄντες ἐτύγγανον· *Patricius, reipublicæ pater est.* Mitti ille legatos in supremo senatoriæ dignitatis fastigio constitutos : patricios, utique. Subdit : Ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὀργῇ τῇ πρὸς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον διαβληθέντα εἰς καθοσίωσιν, ἐξερῶνσε διάταξιν, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. Διὸ καὶ καθιέρθη ὁ πραιπόσιτος : τῇ τιμῇ, καὶ ἐδημοσιεύθη, καὶ τοῖς ἱερεῦσι κατετάγη· *Imperator Theodosius, quæ ferebatur in An-*

tiochum ad exauclorationem expositulatum ira motus legem sanxit : eunuchum inter patricios haud ultra numerandum. Quare præpositatus magistratu abdicatus, publicatis facultatibus, inter sacerdotes recensitus est. Plura de patricio Cassiodorus in variis.

(65) Ὁς καλεῖται ἐπίτροπος, vocatur procurator. Inquit Gregoras lib. iv, superius : Κοιραντῶρ, ἐπίτροπος, καὶ παιδαγωγὸς dictus. Moschopolus : Παιδαγωγὸς, καὶ παιδοτρίβης· *Pædagogus, magister, qui bajulus vocatur.* Leunclavius : *Magnus bajulus imperatoris moderator est, et arbiter consiliorum ejus, aut etiam tutor, si minor ejus ætas fuerit.*

(66) Πάππῳ, et παππῷ ita disoriminat accensus, ut ille sit papa, Romanus nimirum pontifex, vel Alexandrinus, etiam ante Cyrillum ita vocatus apud Epiphanium hæres. 69, in Arii epistola, et alios, hic sacerdos vel clericus, qui tamen in seculo, non in monasterio degat : sacerdos enim monachus τερμόναχος est. *Sacerdotem dixi, falsam Lacerdæ in adversariis expositionem convicurus, qui παππῶν lectorem interpretatur, in Photii Nomocanone, quo lector non simpliciter παππῶς, sed, λιτὸς παππῶς, simplex clericus, appellatur : alias Antiochus iste, de quo sermo, ut παππῶς ab auctore, sic a Suida nota secunda superiore ἐν ἱερῶσι καταταγῆναι scriptus est. Sic itaque, παππῶς, clericus, πάπῳ Romanum vel Alexandrinum pontificem habet auctor pluribus locis. Πάππῳ et παππῶν duplicato pingi testatur Suidas v. πάπῳ, quod σιπητικὴν πατὴρ καὶ τροφὴν φωνὴν ἀσφίρναι. Vide sequentem notam quartam.*

(67) Cyrum exaucloratione, et ad clericalem statum relegatione, damnatum refert Suidas, v. Κύρος, quo tempore Eudocia Hiersolymam peregrina abierat : de cujus itinere superioribus annis : Κύρος Πανοπλίτης ἐποποιεῖς, γέγονεν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλέως, ὃς οὐ καὶ ἐπαρχος πραιτωρίων, καὶ ἐπαρχος πόλεως προεβλήθη· καὶ γέγονεν ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρικίος. Εὐδοκία γὰρ ἡ Θεοδοσίου γαμετή, βασίλισσα οὖσα, ὑπερηγάσθη τὸν Κύρον φιλοκτήτης οὖσα. Ἀλλὰ αὐτῇ ἀποστάσας τῶν βασιλέων, καὶ εἰς Ἀνατολὴν ἐν Ἱεροσολύμοις διατριβούσης, Κύρος ἐπεβουλευθεὶς, ἐπίσκοπος γίνεταί τῶν ἐν Κωνσταντίνῳ τῆς Φρυγίας, καὶ παρέτεινε μέχρι Λέοντος τοῦ βασιλέως Cyrus Panoplitæ carminum auctor, sub Theod. Juniore imp. vixit : a quo etiam præfectus prætorio et præfectus urbis renuntiatus est. Floruit exconsecratus, et patricia dignitate proventus. Eudocia quippe Theodosii conjux cum imperaret, et versibus delectaretur, Cyrum in pretio habuit. Ea vero a palatio absente, et in

ρίαν (68) ἄνδρα σοφώτατον καὶ ἱκανόν, κτίσαντα ²² τὴν τεύχῃ τῆς πόλεως, καὶ ἀνανεώσαντα πᾶσαν Κωνσταντινούπολιν (69), περὶ οὗ ἐκραξαν οἱ Βυζάντιοι ἐπὶ τοῦ ἱππικοῦ καθεζομένου τοῦ βασιλέως καὶ ἀκούοντος· Κωνσταντῖνος· ἔκτισεν, Κύρος· ἀνανέωσεν! καὶ ἐχόλανεν ὁ βασιλεὺς· ὅτι ταῦτα εἶπον περὶ αὐτοῦ, καὶ προφασισάμενος αὐτὸν Ἑλληνόφρονα εἶναι, καθεῖλεν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐδήμευσεν ²³. Ὁ δὲ προσφυτὼν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐγένετο παππᾶς (70). Ὁ δὲ βασιλεὺς σπλαγγισθεὶς ἐπ' αὐτόν ²⁴ ἐκέλευσε γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον Σμύρνης (71) τῆς ἐν Ἀσίᾳ. Οἱ δὲ Σμυρναῖοι καταλαδόντες αὐτὸν (72) πρὸ τῶν ²⁵ ἁγίων Θεοφανίων ὑπορώμενοι αὐτὸν ὡς Ἑλληνόφρονα ἡθρολόντο ἀνελεῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ²⁶. Τοῦ δὲ ἐισελθόντος εἰς τὴν ἐκκλησίαν (73) καὶ προτραπέντος λαλῆσαι τῷ λαῷ, ἔφη· Ἀδελφοί, ἡ γέννησις τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σιωπῇ τιμώσθω, ὅτι ἀκοῇ καὶ μόνῃ συνελήφθη ἐν τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος (74)· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ἐχάρη ὁ λαός, καὶ εὐφρόνησαν αὐτόν, καὶ ἐπεσκόπησεν αὐτοῖς ²⁷ εὐσεβῶς (75).

A. M. 5958.—Τούτῳ τῷ ἔτει ἐτυράννησεν Ἰωάννης ἑτερος ²⁸ (76), ὁ λεγόμενος Οὐανδαλός, κατὰ Οὐαλεντινιανὸν ἐν Ῥώμῃ· καὶ ἀποστείλας Θεοδοσίῳ δύνάμει σὺν τῷ Ἀσπαρι καὶ Ἀρταβουρίῳ στρατηγοῖς, καὶ πολέμου κροτηθέντος, ἤτησεν Ἰωάννης, καὶ λαβὼν λόγον παρέδωκεν ἑαυτὸν ζῶντα. Καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸν πρὸς τὸν βασιλεῖα Θεοδοσίον· καὶ τιμῆς ἀξιώθη αὐτὸν παρασκευάζουσιν. Ὁ δὲ Χρυσάφιος εὐνοῦχος ὢν καὶ παραδυναστεύων ἐν τοῖς βασιλείοις, βολοφρονήσας ἀνέβλεν αὐτόν· ἀλλ' οὐκ εἰς μακράν τοῦτον ἡ δίκη μετῆλθεν.

A. M. 5959.—Τούτῳ τῷ ἔτει Κύριλλος (77) Ἀλεξανδρείας καὶ Πρόκλος (78) Κωνσταντινουπό-

A negotiis gerendis præstantem, qui urbis moenia partim exstruxerat et urbem ex parte reparaverat, cum de eo, sedente in circo imperatore, et audiente, exclamassent Byzantini: Constantinus condidit, Cyrus instauravit: indignatus imperator de huiusmodi acclamationibus, et cum cum gentilibus sentire causatus, præfecti dignitatem Cyro abrogavit et ejus facultates publicavit. Ille ad ecclesiam se recipiens factus est clericus. Imperator autem miseratione in eum motus, Smyrnæ, quæ Asiæ urbs est, episcopum fieri jussit. Eundem vero comprehensum, quasi gentilium opinionibus adhuc detentum in ipsa ecclesia interficere meditantur. Ille confertam ecclesiam conveniens, et ad populum concionem habere compulsus, ait: Viri fratres, natiuitas Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi colatur silentio: quandoquidem auditu etiam solo in sancta Virgine Dei Verbum conceptum est. Ipsi gloria in sæcula sæculorum Amen. His populus in hilaritatem versus, felicibus votis eum prosecutus est: et episcopi provinciam apud illos piissime administravit.

A. C. 438.—Hoc anno Joannes alius, Vandalus cognomine, tyrannidem in Valentinianum Romæ suscitare molitus est: Theodosius Aspare et Artaburio Romanarum copiarum ducibus missis, prælio commisso, Joannem superavit, qui etiam fide accepta vivum se in eorum manus dedit. Hi virum ad imperatorem Theodosium adducunt, et ut honores assequatur, operam adhibent. ⁸⁴ Porro Chrysaphius eunuchus summam in palatio potestatem exercens dolis ei mortem intulit: a quo perpetratum scelus divina justitia inultum sero differri non est passus.

A. C. 439.—Hoc anno Cyrillus Alexandriæ, et Proclus Cypoleos episcopi cum pietate obdormierunt:

VARIÆ LECTIONES.

²² κτίσαντα τὰ A e, κτίσαντά τε vulg. ²³ ἐδήμευσεν αὐτόν b. ²⁴ ἐπ' αὐτῷ b. ²⁵ πρὸ τῶν — αὐτῷ add. ex b. ²⁶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ om. A. ²⁷ αὐτοῖς add. ex A. ²⁸ ἑτερος] στερέβης A.

JAC. GOARI NOTÆ.

Oriente Hierosolymis degente, Cyrus insidiis appetit, Cotyæi in Phrygia sacrorum antistes ordinatus est, et ad Leonis imperatoris tempus vitam produxit. Cyri e magistratu dejectionem Chronicon Alexandr. supra auctorem errans ad Theodosii annum ultimum removel.

(68) Ἐκράτησεν γὰρ δύο ἀρχὰς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας, διότι καθαρὸς ἦν πάνυ· Dux enim præfectus quatuor annis administravit, eo quod summa tunc esset innocentia. Chron. idem.

(69) Αὐτὸς ἐπενόησεν τὰ ἐσπερινὰ φῶτα ἀπτεσθαι εἰς τὰ ἐργαστήρια, καὶ τὰ νυκτερινὰ· Curavit inaurari lumina in officinis cum vespertina, tum nocturna. Chron.

(70) Idem: ἐποίησεν αὐτὸν κληρικόν, fecit eum imperator clericum. Note superiores consulendæ.

(71) Ita Chron., non Cotyæi, prout Suidas superius. Addit Chronicon: Ἦσαν γὰρ οἱ τῆς πόλεως ἐκείνης ἤδη τέσσαρας ἐπισκόπους φονεύσαντες· καὶ ἵνα καὶ Κύρον αὐτὸν ἀνέλωσιν· Smyrnenses enim jam quatuor episcopos interfecerant: volebatque imp. Cyrum etiam ab ipsis interfici.

(72) Christianum se abunde professus videri po-

terat, qui Christi incarnationis miraculum sic profiteretur, et ut sine viri opera Deus Verbum conceptus sit in sancta Maria. Commembris.

(73) Ipso sui adventus die, qui Christi natali exstitit. Πρὸ τῶν ἁγίων Θεοφανίων, posuerunt variæ lectiones in hunc locum.

(74) Chron. Λόγος γὰρ ἦν. Num eorum pravitate, quos Chrysostomus hom. 5 in Joan. carpit, infectus fuerit Cyrus, anxius sum.

(75) Chron. Καὶ ἔμεινεν ἔκαστος ἕως θανάτου αὐτοῦ. Vide Suidam nuper relatum de Cyri morte.

(76) Ἐτυράννησεν Ἰωάννης ἑτερος. De Joanne Vandalo scribit Chronicon Alexandr. ad annum Theodosii 34, Marcellinus in Chronico: Joannes, natione Vandalus, magisterque militum, Arnegysti fraude in Thracia interemptus est.

(77) Concilii quidem Chalcedonensis acta annos triginta duos pontificatum obtinuisse ex libello Athanasii presbyteri, et Theodori diaconi testantur. At cum anno Theodosii sexto ineunte sedem occupaverit, prout anno Theodosii 7 declaravimus, mors ejus ad 39 non potuit differri.

(78) Arcobindo et Aspare coss., anno Theodosii

et Proclum quidem Flavianus presbyter et Ecclesiæ Cpoleos sceuophylax, vir sacris præstans et ornatus virtute, excepit: in Cyrilli vero locum Dioscorus flagitiosus, et omnis expers doctrinæ, nulli bonus, sed sola naturæ ferocitate conspicuus, suffectus est. Hæc ejus summa laus, quod inter Cyrilli affines numeraretur, quorum ædes summa licet altitudine spectabiles ac super tertiam contignationem elevatas profano ritu consecravit.

A. C. 440. — *Cpoleos episcopi Flaviani annus primus.*

Alexandriæ episcopi Dioscori annus primus.

Hoc anno Chrysaphius eunuchus summam in palatio et penes imperatorem assecutus potestatem, Flavianum ordinatum cum invidia et moleste ferens, imperatori alioqui minime malo, Chalcedone tunc moram agenti, suggessit, ut in ordinationis et dignitatis vicem benedictionis ali- quod munus rependeret patriarcha, litteris significaret. Flavianus mundos ac puros panes in bene-

λεως εὐσεβῶς ἐκοιμήθησαν. Καὶ τὸν μὲν Πρόκλον Φλαβιανὸς ὁ πρεσβύτερος καὶ σκευοφύλαξ (79) τῆς Μεγάλης ** Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως διεδέξατο, ἀνὴρ ἱερώτατος καὶ ἐνάρετος. Κύριλλον δὲ Διδσκόρος ὁ δυσσεβὴς διεδέξατο, μὴδ' ὅλως ὦν διδασκαλικός (80)· ἀρχεῖος ** δὲ καὶ ἀνήμερός τις, ἐξαίρετως δὲ ἐν τοῖς συγγενέσι Κυρίλλου γενόμενος, δς ** καὶ τὴν οἰκίαν αὐτῶν καίπερ οὖσαν ἐν ὕψει πολλῷ ἐπάνω τριστεγόν οἶκον καθιέρωσεν (81).

A. M. 5940. — *Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανοῦ ἔτος α'.*

Ἀλεξανδρείας Διδσκόρου ἐπισκόπου (82) ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει Χρυσάφιος εὐνοῦχος τοῦ τε παλατίου καὶ τοῦ βασιλείως κρατῶν (83), τῇ Φλαβιανοῦ χειροτονίᾳ φθονήσας, ὑπέθετο τῷ βασιλεῖ ἀκάκῃ ὄντι, καὶ εἰς Χαλκηδόνα διάγοντι, δηλώσαι τῷ πατριάρχῃ ἀποσταλῆαι τὰς ὑπὲρ τῆς χειροτονίας εὐλογίας. Ὁ δὲ Φλαβιανὸς καθαρὸς ἄρτους ἀπέστειλεν ** (84) εὐλογίας. Ὁ δὲ Χρυσάφιος ἀποστρέφας ταῦτας, ἐδήλωσε χρυσὰς εὐλογίας ζητεῖν (85) τὸν βασι-

VARIÆ LECTIONES.

** μεγάληs add. ex A. ** ἀρχεῖος A a b, ἀρχεῖος vulg. ** δς καὶ A a b, ὡς καὶ vulg. ** ἀπέστ. εὐλογίας A, ἀπ. εὐλόγησαν vulg.

JAC. GOARI NOTÆ.

27 pridie Idus Aprilis, Proclus patriarcha creatus, ex Socratis lib. vii, cap. 39 post annos duodecim et menses tres in pontificatu exactos moritur: ex menologio 24 Octobris, adeoque Theodosii anno 39.

(79) Antiquum in ecclesia officium jam a Juliano temporibus presbytero concreditum. Sozomenus lib. v, cap. 7: Θεόδωρον πρεσβύτερον ὡς φύλακα τῶν χειμῶνων συλλαβῶν, etc. ἔπει δὲ τὰ ἱερὰ σκεῦη ἐληίστατο, etc. *Theodorum presbyterum thesauri custodem comprehendens, etc., ut autem sacra vasa deprædatus est Julianus.*

(80) Qui nulla doctrinæ vi polleret, adeoque ineptius episcopatu esset, cum episcopum oporteat esse doctorem. Ἀρχεῖος δὲ καὶ ἀνήμερός τις, ἐξαίρετως δὲ ἐν τοῖς συγγενέσι Κυρίλλου γενόμενος δς, x. τ. λ. *Homo inutilis, quique immanis quidam ac crudelis in Cyrilli maxime cognatos exstiterit; ac eorum etiam ædes, quamvis supra tertiam contignationem assurgentes, in ecclesiæ consecrariis. Nulla hæc vi reddita, mirorque interpretem secutum Bucchardum sic alieno sensu reddidisse, ut præcipuam Dioscori laudem ponat, quod Cyrilli cognatis accensus sit, eorumque superbas adeo ædes profano ritu consecraverit; quem constat miras in Cyrilli cognatos excitasse tragœdias illis insensissimum, nec aliud velle Theophanis verba, ut et apud Nicephor. et Cedr. reddita sunt. Exstat querela Athanasii Cyrilli ex sorore nepotis de hac suarum ædium publicatione in concilii Chalced. act. 5: Super hæc autem, ut neque habitationem aliquam haberemus, nostras domos præparavit ecclesiis fieri; meam Athanasii quarto tecto superjacentem, et quæ pro sua positione ecclesiæ fieri non potest, quia complectitur cum prædictis domibus etiam alias minimas domos, et lætid continens. Ipse Theophanes anno sequenti posito de Cyrilli cognatorum vexatione clarius enarrat. Nimirum timebat superbus homo, ne, uti in Theophilo ac Cyrillo nepote factum erat, sic deinceps Athanasius, aliusve e Cyrilli familia urbis sacerdotium arriperet, ut in ea potentia clari ac nobiles. COMBES.*

(81) Cum Cyrillus Dioscori avunculus patriarchæ dignitatem etiam civilis potestatis arrogato sibi jure

auxerit: Καὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου ἡ ἐπισκοπὴ Ἀλεξανδρείας πέρα τῆς ἱερατικῆς τάξεως καταδυναστεύει τῶν πραγμάτων ἔλαβε τὴν ἀρχὴν· *Etenim ex illo tempore episcopus Alexandrinus supra sacri cleri dominatum, rerum etiam sæcularium principatum occupavit. Nil mirum si Dioscorus homo alioqui potulans, sæcularium magistratum more domum erectam publica celebritate καθιέρωσεν, dedicavit.*

(82) Ecchellensis annos 14, dies 69.

(83) Eo quod nuper παραδυναστεύων ἐν τοῖς βασιλείοις, et rerum omnium summam administrare sit dictus.

(84) De eulogia publica minuto Ecclesiæ sacramento, vulgo pane benedicto, nullus hic sermo: tractatur abunde ab Albaspinæo lib. i *Observ. eccl.*, Baronio ad an. 513, et aliis. Privatam hic locus memorat, quam ultro citroque dare et accipere solebant amici, maxime præsules Ecclesiæ, in mutua charitatis argumentum. Ea panis erat, de qua Paulinus ad Severum epist. 1: *Panem campanum de cellula nostra tibi pro eulogia misimus.* Ad Augustinum epist. 41: *Panem unum quem unanimitalis indicio misimus charitati tuæ, rogamus accipiendo benedicas.* Ad Romanianum epist. 45: *Panem unum sanctitatis tuæ unitatis gratia misimus; hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione suscipientis.* Plures quoque ab eodem ut a Flaviano missos legimus ad Romanianum præfatum epist. 46: *Ne vacuum fraternæ humanitatis officium videretur de buccellato Christianæ expeditionis in cujus procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter et filio nostro Licentio misimus.* Mos idem apud Augustinum observatur epist. 34 ad Paulinum, Gregorium papam, lib. ix, epist. 42, Joannem Moschum Limonarii cap. 42, Gregorium Turonensem lib. x hist., Aldelmum *De laud. virg.* cap. 21, ante quos omnes εὐλογίας διατέμπεσθαι, prout Chalcedonem panes suos Flavianus destinavit, concilii Lapdicei canon 43 meminit.

* (85) Alludens indubie ad illud II Cor. ix, quo collectam fidelium liberalitatem, et munificentiam in alios distribuendam Paulus vocat ἐτοίμην εὐλογίαν.

ἐκὼν, ὡς Περσικὸς ²⁸ ἐστὸρρησεν ὁ Θράξ. Φασὶ δέ τινες, ὅτι Ἀσπαρ καὶ Ἀρδαβούριος, Ἀρειανοὶ ὄντες καὶ εἰς βασιλείαν ἐλθεῖν διὰ τοῦτο ²⁷ μὴ θυνάμενοι, κουράτωρα αὐτῶν ὄντα Λέοντα, βασιλέα πεποιθήκασιν (61), αὐτοὶ προσδοκῶντες διοικεῖν τὸ βασίλειον. Τοῦ δὲ βασιλέως μὴ καταδεγμένου τοῦτο, ἡγωνίζοντο διαστρέφειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ καλῶς διοικούμενα, καὶ Βασίλισκῳ συνέθεντο δοῦναι τὴν βασιλείαν, εἰ προδοίῃ ²⁹ τὸν τοῦ βασιλέως στόλον τε καὶ λαὸν τῷ Γιζερίχῳ Ἀρειανῷ ὄντι καὶ ὁμόφρονι αὐτῶν. Καὶ τοῦτου χάριν προέδωκέναι τὸν Βασίλισκον φασίν. Τότε Γιζερίχος τεχνασάμενος οκάφῃ τῶν πολέμων τινὸς ³⁰ ὕλης ἐμπλήσας καυστικῆς, νυκτὸς ἐπιστάς καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀφυλάκτως ὑπνούντων, ταύτας ἐπαφῆκεν ἀπὸ τῆς χέρσου μετὰ πνεύματος ἀπογείου ³¹ κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στόλου, καὶ καταφλέγουσι μὲν πολλὰ τῶν σκαφῶν — τὰ δὲ ἄλλα τὸν κίνδυνον φεύγοντα, εἰς Σικελίαν ἐπανήλθον. Τότε λοιπὸν καὶ ὁ Βασίλισκος δόλος ἠλέγχθη, μηδὲνα λαθὼν τοῦ στρατοπέδου. ³²
verterentur : atque ita demum Basilisci dolus, cum ne ullum amplius in toto exercitu lateret, manifeste deprehensus.

Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Πατρικίος ὁ υἱὸς Ἀσπαρος (62), ὃν Καίσαρα ὁ βασιλεὺς Λέων πεποίηκεν, διὰ τὸ ἐλκεῖν (63) τὸν Ἀσπαρὰ ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ μεγάλης φαντασίας ³³, ἐν ᾗ ἐσπερεῶσθη τὸ Κορεῖον βαλανεῖον.

A. M. 5962. — Ῥώμῃς ἐπισκόπου Σιμπλικίου ἔτος α'.

Τούτῳ τῷ ἔτει Λέων ὁ βασιλεὺς (64) Ζήνωνα τὸν ³⁴ στρατηλάτην τῆς Ἑφρας ³⁵ καὶ γαμβρὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ἐν τῇ Θράκῃ ἐπὶ τινὰ χρεῖαν πολεμικὴν, κειθεύσας παραδοῦναι αὐτῷ (66) στρατὸν ἐκ τῶν ἰδίων πρὸς συμμαχίαν. Οἵτινες κατὰ παραίνεσιν Ἀσπαρος μικροῦ δεῖν τὸν Ζήνωνα διεχειρίζοντο, εἰ μὴ προγνοῦς τὴν ἐπιβουλὴν εἰς Σερδικὴν ἀπεσώθη φυγὰν πόλιν τῆς Θράκης. Ἐκ τούτου ὑποπτος γίνεται Ἀσπαρ Λέοντι τῷ βασιλεῖ.

A. M. 5963. — Τούτῳ τῷ ἔτει ἀπέστειλεν Λέων ὁ

Persicus commisit, profligatur. Referunt alii, Asparem et Ardaburium Arii sectatores, cum ob id maxime ad imperii fastigium minime possent pervenire, Leonem, qui tunc eorum procurator erat, ad imperium evexisse, quasi rerum omnium summam posthac administrare praestolatos. Ab eorum specie cum animum averteret imperator, rectam ejus gubernandi rationem labefactare et in pejus trahere contendebant, et Basilisco imperium se pollicebantur tradere, si modo classem cum toto exercitu Gizericho, qui una cum ipsis Arias opinioniones sequebatur, proderet : qua de causa Basiliscum ad exercitum prodendum inclinasse dicunt. Tum Gizerichus dolos meditatus, naves bellicas materia ad ignem facili replevit, remque noctu molitus, dum Romani dormirent incustoditi, ipsas e terra vento exinde aspirante, in Romanam classem emisit, adeo ut multa quidem navigia igne consumpta defecerint, alia vero periculo subducta in Siciliam reverterentur : atque ita demum Basilisci dolus, cum ne ullum amplius in toto exercitu lateret, manifeste

Hoc etiam anno Patricius Asparis filius, quem Leo Caesarem crearat, ut ab Arii pravis opinionibus Asparem avocaret et de imperio bene mereretur, cum magna apparatus ostentatione missus est Alexandriam, ac tum balneum Corium nomine restauratum.

A. C. 462. — Romae episcopi Simplicii annus primus.

Hoc anno Leo imperator Zenonem militiae in Oriente magistrum et proprium generum, urgente belli necessitate, in Thraciam misit ; et ex proprio satellitio alium exercitum ad suppetias ferendas ei colligi mandavit. Milites a caede Zenoni suavisibus Asparis inferenda leviter ferraverunt. Periculum enim subodoratus, Serdicem Thraciae urbem fuga elapsus salutem consuluit : ex quo Aspar Leoni suspectus habetur.

101 A. C. 463. — Hoc anno Leo imperator He-

VARIAE LECTIONES.

²⁸ ὡς Περσικὸς] ὡς Περσικὸς α, recte fortasse. ²⁷ διὰ τοῦτο om. A α. ²⁹ προδοίῃ : sic correximus pro vulg. προδόσῃ. ³⁰ τινὸς add. ex A. ³¹ ἀπογείου A, ὑπογείου vulg. ³² φαντασίας om. A. ³³ τὸν add. ex A. ³⁴ τῆς Ἑφρας om. A f.

JAC. GOARI NOTAE.

(61) Aliam rationem profert Suidas v. Ἀσπαρ. ὅτι Μαρκιανὸς βασιλεὺς χρηστοῦ μὲν γεγονότος, θάπτον ἢ ἐκδεδιωκότος, αὐτοκτενέστω γνώμῃ Ἀσπαρ Λέοντα διάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι παρεσκευάσεν. Marciani nimirum benignissimi principis, at citius sublatis sententia et jussis, Asparem Leoni imperii successionem detulisse.

(62) Desunt, vel adhuc latent, qui de Asparis gestis amplius voluminibus scripsere Priscus Thracius, et Candidus Isaurus. Hujus quardam exprompsit Photius cod. 79, illius Evagrius lib. II, cap. 16, ubi de patricio a Leone Caesaris dignitatem adeptο, ἵνα τὴν Ἀσπαρος ἀνοίαν κτήσεται μετὰ τὴν τοῦ Ἀνθεμίου σφαγὴν, ut ipse Leo Asparis sibi conciliaret inscitiam post Anthemii caedem. Ejus tamen loci error in versione vitandus, quo non Patricius, sed Ardaburius creatus Caesar, textu in contrarium adnitente, scribitur : in quo Baronium anno

D 469, num. 1, delusum reperies.

(63) Nyland. non bene, quia Asparem ab Ariana secta abduxerant, etc. Id quidem conatus Leo, ac sibi hominem demereri, obtinere tamen non potuit, ut magis seq. Theophanes exprimit. COMBESIS.

(64) Ut Zeno, Tarasiscodisas, ut scribit Evagrius lib. II, cap. 15, vel juxta Agathiam lib. IV, ad finem, Tharasiscodicus, Aticmesus antea dictus, Leonis gener, et Orientis comes evaserit, narrat Candidus, etiam ipse Isaurus apud Photium his omnino conferendus.

(65-66) An ut Aspar Zenoni, vel Zeno Aspari ex suis traderet milites, dubium reliquit Theophanes. Zenonem tamen ad id Aspari praestandum a Leone jussum fuisse suadent auctoris verba, et Candidi Photiani, quo Ardaburium Asparis filium Isaurum a Zenone ductos suarum partium sacro constituisse legimus, testimonium convincit.

litteris significat. Ex scriptis, quod parabatur, illa A conjiciens, præposito ad Eudociæ libitum cedit, et in Hebdomum secedens privatam vitam agebat. Hinc in Flavianum, velut commissum sibi arcanum revelantem, imperatoris et Eudociæ commota indignatio. Cæterum Pulcheria ad privatam compulsa vitam, et Eudocia negotiorum curam gerente, tale quidpiam accidit: Erat Paulinus quidam vir litteris omnibus et formæ venustate conspicuus, Eudociæ apprime carus, cum quo familiaris agere et seorsim colloqui illa solebat. At cum sanctorum Theophaniorum die malum elegans omnino et stupendæ magnitudinis nonnullus imperatori obtulisset, ille fructum admiratus Eudociæ misit, hæc Paulino dedit: Paulinus duos post dies illud imperatori obtulit. Imperator malum agnitum celavit, B et ad augustam profectus, Per salutem, inquit, meam, obtestor, quid de malo, quod tibi dedi, actum est? Ita salvus sis, inquit illa, comedi. 86 Imperator in iram versus malum proferri jubet, et Paulinum in Cappadociam exsulem abactum trucidari. Porro memoratus Eusebius scholasticus, qui primus Nestorium confutavit, ad Dorylei episcopatum proventus, disceptatione cum Eutyche archimandrita habita, a recto fidei sensu comperit alienum. Pluribus autem precibus et exhortationibus emendare conatus, nihil profecit. Eo tempore, quæ sibi nota de illo forent, Eusebius detulit ad Flavianum episcopum: qui quadraginta episcoporum coacta synodo, Eutychem adesse jubet, et juxta positum ecclesiasticorum canonum ordinem examinatum, cum hæreticum et in errore tuendo subdolum deprehendisset, dignitate multavit. At Chrysaphius Eutycheis sententiæ particeps supremam in palatio exercens potestatem, his auditis magis ac magis in Flavianum accenditur, et Dioscoro Alexandriæ episcopo pollicetur, se ad quævis ei placita præstiturum operam, si ad adversa quæque in Flavianum et Eusebium reos agendos proferenda ipsum juvaret, ac demum Eutycheis partes pro virili susciperet tuendas. Commovet insuper augustam Eudociam in Flavianum, quæ a Pulcheria pertulerat acerba reducens in memoriam. Una igitur ambo imperatorem hortantur, secundam Ephesi congregari synodum indicat: ac simul Dioscoro, ut præsit, potestatem faciunt, non contemnenda militum manu in ejus auxilium submissa.

VARIE LECTIONES.

⁸⁷ ἰδίᾳ A, ἰδίως vulg. ⁸⁸ ὁρθᾶ A, ὁρθῶς vulg. ⁸⁹ παρακαλέσας καὶ om. A. ⁹⁰ τὰ περὶ A, τὸ περὶ vulg. ⁹¹ ταῦτα A e, τοῦτο vulg. ⁹² Ἀλεξανδρείας A, Ἀλεξανδρέων vulg. ⁹³ εἰ A, ἐν vulg. ⁹⁴ συνδράμοι A, συνδράμη vulg.

JAC. GOARI NOTÆ.

Indictionis primæ Aprilī mense rursum irruerunt Turci cum magnis viribus. Patricius autem Theophanes accubitor egressus pacis fœdera in annos quinque servanda cum eis composuit. Indictione secunda Paschaliū protospatharium et Longobardiæ ducem ad Franciæ regem Hugonem filiam ejus Romano Constantini ejus generis filio uxorem petiturum Romanus imperator misit, quam multis una cum opibus secum assumptam præfatus Paschalius in urbem adduxit. Septembri deinde mense nuptiæ celebratæ sunt. Hæc, cum viro annis quinque socialis vitæ decursis, mortua est. Temporibus imperii Constantini ejus soceri vento validissimo perflante, demī in circo, opposita regii throni regione erecti, deciderunt, subjectaque marmorum columnasque, pectoralia dictas, contriverunt. Anni autem vertente circulo, hoc ipso mense, Romanum **508** imperatorem e palatio eduxerunt. Urbe autem Edessa, in qua venerandum Christi sudarium repositum, a Romano exercitu obsessa, et in ultimam angustiam deducta, ad Romanum imperatorem obsidionem solvi missis legatis ejus iucolæ precati sunt, sacrum Christi sudarium simul exhibituos polliciti. Huic gratiæ compensandæ nobiles ex suis captivos recipere, fœdusque aurea bulla firmatum, ne regionem eorum Romanus exercitus devastaret, petierunt: quod et præstitum est. Sacro vero sudario ita misso, jamque Constantinopolim vicino, ad fluvium Sagarum cum magnifico apparatu et canibus, Theophanes patricius et accubitor obviam proressit, et Augusti mensis die decimo quinto imperatore ad Blachernas veniente, et ibidem adorante, in urbem intulit. Sequentē luce progressus est ad portam Auream: Stephanus autem et Constantinus, duo imperatoris filii, unaque Constantinus ejus gener cum Theophylacto patriarcha, universo præcedente senatu, debito honore susceptum sacrum pignus, prævia cereorum multitudinē, ad sanctæ Dei Sapientiæ templum pedes detulerunt: exhibitoque cultu adoratū in palatium induxerunt.

Θεοφυλάκτῳ, καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο ἀναλαβόντες τιμῆς, τῆς συγκλήτου πάσης προπορευομένης, καὶ φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Ἀγίας τοῦ Θεοῦ Σοφίας παζὺν διακόμισαν, καὶ προσκυνηθὲν ἐκείσε, ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

Temporibus istis portentum quoddam ex Armenia in urbem invecum: pueri duo masculi uno

νῶν (62). Διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς... δομέστικος δὲ ἀντικαθίσταται ὁ πατρίκιος Πανθήριος συγγενὴς τοῦ βασιλέως ὡν Ῥωμανοῦ.

Ἰνδικτιῶνι πρώτῃ Ἀπριλλίῳ μηνί ἐπῆλθον πάλιν οἱ Τούρκοι μετὰ πλείστης δυνάμεως. Ὁ δὲ πατρίκιος Θεοφάνης ὁ παρακοιμώμενος ἐξελθὼν σπονδὰς εἰρηνικὰς ἐποίησεν μετ' αὐτῶν, χρόνους πέντε τὴν εἰρήνην διαφυλαχθῆναι. Δευτέρᾳ Ἰνδικτιῶνι ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς Πασχάλιον πρωτοσπαθᾶριον καὶ στρατηγὸν Λαγοθάρον πρὸς τὸν ῥῆγα Φραγγίαν Οὐγωνα ἐπέστειλεν, τὴν τοῦ αὐτοῦ θυγατέρα ἐπιστητῶν εἰς νόμφην Ῥωμανῷ τῷ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ· ἣν καὶ ἀναλαβὼν ὁ εἰρημένος Πασχάλιος μετὰ πλοῦτου πολλοῦ ἐν τῇ πόλει ἀνήγαγεν. Γέγονε δὲ ὁ γάμος Σεπτεμβρίῳ μηνί, ἥτις καὶ ἐτελεύτησεν ζήσασα ἔτη μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς πέντε. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοκρατορίας Κωνσταντίνου τοῦ αὐτῆς πενθεροῦ ἀνέμου βιαίου σφόδρα καταπνεύσαντος Δεκεμβρίῳ μηνί, οἱ λεγόμενοι ἐν τῷ ἱππικῷ δῆμοι κατέπεσον (63), οἱ ἅπ' ἐναντίας τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἐτύγγαλλον, καὶ συνέτρυψαν τὰ ὑποκάτωθεν μάρμαρα, καὶ στήθεα λεγόμενα· χρόνους δὲ περικυκλωμένους τῷ αὐτῷ μηνί τὸν βασιλεῖα Ῥωμανὸν τοῦ παλατίου κατήγαγον. Τῆς δὲ πύλης Ἐδέσης, ἐν ἣ τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ ἔκμαγειον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος, καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην προῖσταμένης, ἀπέστειλαν οἱ ταύτης οἰκήτορες πρὸς τὸν βασιλεῖα Ῥωμανὸν διαπρεσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἔκμαγειον παρέχειν ἐπαγγελλόμενοι. Ὑπὲρ τοιαύτης δὲ χάριτος θεσμίους ἤτισαν τῶν ἐμφανῶν ἀντιλαβεῖν, χρυσοδοῦναι τε λαβεῖν, ὥστε μηκέτι τὴν τούτων χώραν παρὰ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ληΐζεσθαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Τοῦ δὲ ἁγίου ἔκμαγειο ἀποσταλέντος, καὶ ᾗδῃ τῇ Κωνσταντινουπόλει πλησιάζοντος, Θεοφάνης ὁ πατρίκιος καὶ παρακοιμώμενος ἐν τῷ ποταμῷ Σάγαρ ἐξελθὼν ὑπήντησεν αὐτῷ μετὰ λαμπρᾶς τιμῆς τε καὶ ὀμφορίας· καὶ τῇ δεκάτῃ πέμπτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθεν, τοῦ βασιλέως ἐν βλαχέρναις ὄντος, κάκει αὐτῷ προσκυνήσαντος. Τῇ δὲ ἐπαύριον ἐξῆλθεν ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ· οἱ δὲ τοῦ βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφανος καὶ Κωνσταντῖνος καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος σὺν τῷ πατριάρχῃ τῇ πόλει ἐπαφοιτῆται. Παῖδες συμφυεῖς ἄρρενες ἐκ

FRANC. COMBEFISH NOTÆ.

(62) Lacunam post vocem Ἀγαρηνῶν ita explens, quantum huic loco sufficit: Καὶ διὰ τὴν περιφανὲς τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς ἡθουλήθη ὁ βασιλεὺς Ῥωμανὸς εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἐγγονον Ῥωμανὸν τὸν ἐκ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ θυγατέρα ἀναλαβεῖν. Φθόνου δὲ αὐτῷ τῆς τοιαύτης ἐνεκεν ὑποθέσεως παρὰ τῶν λοιπῶν βασιλέων κινηθέντος, παύει τῆς ἀρχῆς, εἴκοσι καὶ δύο χρόνους καὶ μῆνας ἐπὶ τῷ δομέστικῳ ἀδιόδοχος τελέσας. Δομέστικος δὲ· Obque illustrem viri virtutem voluit Romanus imperator

ejus filiam nuptui tradere nepoti suo Romano ex Constantino filio. Qua ex causa mota in eum aliorum Augustorum invidia magistratū abdicatur, cum annos viginti duos, ac menses septem continuos domestici munus obisset. Ejus loco domesticus creatur Pantherus. Plura de eo, aliisque expectata Continuatione.

(63) Subgrunæ ceciderunt in circo, et comminuerunt subsellia et cancellos. Τὰ βῆθρα Anonymo et Cedreno quæ Leonī μάρμαρα λεγόμενα στήθεα.

μῆας προελθόντες γαστροῦς, ἀρτοιοὶ μὲν πάντα τὰ μέλη A
τοῦ σώματος, ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τῆς γαστροῦς καὶ
μέχρι τῶν ὑπὸ γαστέρα συμπεφυκότες, καὶ ἀλλήλοις
ὑπάρχοντες ἀντιπρόσωποι, οἱ ἐπὶ πλείστον τῇ πόλει
ἐνδιατρίψαντες, καὶ ὑπὸ πάντων ὡς ἐξαίσιόν τι τέ-
ρας ὁρώμενοι, τῆς πόλεως ὡς πονηρὸς τις οἰωνὸς
ἐξηλάθησαν. Ἐπὶ δὲ τῆς μονοκρατορίας βασιλείας
Κωνσταντίνου πάλιν εἰσῆλθον. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἕτερος
αὐτῶν [ἐ]τέθηκεν, ἱατροίτινες ἔμπειροι τὸ συγκε-
κολλημένον μέρος διέτεμον εὐφυῶς, ἐλπιδί τοῦτον
ἕτερον ζήσεσθαι· ὅς τρεῖς ἡμέρας ἐπιθιούς ἐτελεύ-
τησεν. Καὶ ἐν πᾶσι μὲν, ὡς ἀνωτέρω εἰρηται, μον-
αχοῖς πᾶσιν ἐκείνῳ τὸ βασιλεὺς, διαφερόντως δὲ
ἐτίμα καὶ ὑπερέσεθεν Σέργιον τὸν ἐν μονασταῖς
διαλάμποντα, ὅς ἀδελφὸς μὲν τοῦ μεγίστου ἐπεφύ-
κει Κοσμᾶ, ἀνεψιὸς δὲ τοῦ πατριάρχου Φωτίου ἐτύγ-
χανεν· ὃν πλέον τῆς σαρκικῆς εὐγένειας ἢ κατὰ
ψυχὴν ἐτίμα εὐγενεῖα. Τοῦτον δὲ τὸν ἀοιδίμον ἀδια-
λείπτως μεθ' ἑαυτοῦ εἶχεν ὁ βασιλεὺς, κανόνα ὄντως
καὶ στάθμην τὸν αὐτοῦ βίον αἰεὶ ρυθμίζοντα· ὅς πολ-
λὰ παρήναι τῷ βασιλεῖ τῶν παίδων ἐπιμελεῖσθαι,
καὶ μὴ ἀπαιδεύτους ἔῃν εἰς πονηρίαν ἐγκλίνοντας,
μὴ ποτε καὶ αὐτὸς πάθοι τὸ τοῦ Ἡλεί. Ἐπεὶ δὲ
τοῦ παλατίου τοῦτον οἱ παῖδες κατήγαγον, καὶ ἐν τῇ
Πρώτῃ νήσῳ ἐξώρισαν, πάλιν τοῦτον εἶχε τῶν συμ-
φορῶν παραμύθιον, καὶ τῶν θλίψεων ἀκασώδυνον
φάρμακον, ᾧ συνῆν τότε καὶ Πολύευκτος μοναχὸς
εὐλαβέστατος, καὶ αὐτὸς τὰ εἰκότα παραμυθούμενος·
ὅς τοῦ πατριάρχου Θεοφυλάκτου τελευτήσαντος πα-
τριάρχης ὑπὸ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου προχειρί-
ζεται. Ἐπεὶ δὲ πολλοῖς τρόποις ὁ Θεὸς βούλεται σώ-
ζειν τὸν ἄνθρωπον, συνεχώρησεν καὶ τὸν βασιλεῖα
Ῥωμανὸν συμφορᾷ ἀδοκῆτῳ περιπεσεῖν, ἵνα δι'
αὐτῆς σωφρονισθῇ, καὶ τῶν οἰκείων ἐν αἰσθήσει
παραπτωμάτων γενόμενος, σωτηρίας ἀξιώσῃ. Συν-
εχώρει γὰρ ἐπαναστῆναι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Στέφανον
ὥσπερ ποτὲ Ἀβессαλώμ ἐπανάστη Δαυὶδ τῷ οἰκείῳ
πατρί. Συμβούλοις οὖν οὗτος πρὸς τοῦτο χρησάμενος
τῷ τε ἀπὸ μοναχῶν Μαρνανῷ, καὶ Βασίλειῳ τῷ
Πετεινῷ, καὶ Μανουὴλ τῷ Κουρτίκῳ, συνειδόμεν
αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, τοῦτον [τοῦ] παλατίου
κακῶς κατήγαγεν, καὶ ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ ἐξορίσας
ἀπέκτειν μοναχόν.

Αὐτοκρατορία Κωνσταντίνου.

Ὑπελείφθη οὖν αὐτοκράτωρ Κωνσταντίνος ὁ τοῦ-
του γαμβρὸς, ὅς παρατίκα Βάρδαν τὸν τοῦ Φωκᾶ
τῇ τοῦ μεγίστου ἀξίᾳ τιμήσας, ὅς χρόνῳ πολλῷ
τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγαθίαν πολλάκις ἐπιδει-
ξάμενος, δομέστικον τῶν σχολῶν προχειρίζεται.
Εἴτα τὸν Βασίλειον, ᾧ ἐπὶ κλῆν Πετεινὸν, πατρίκιον
καὶ μέγαν ἐταιριάρχην, τὸν δὲ τοῦ γένους τῶν Ἀρ-
γυρῶν Μαρνανὸν τὰ μοναχικά ἀποδύσας πατρίκιον
καὶ κόμητα τοῦ σταυλοῦ πεποίηκεν, ὡσαύτως καὶ
Μανουὴλ τὸν ἐπιλεγόμενον Κουρτίκην πατρίκιον
καὶ δρουγγάριον τῆς βίγλας· οὐσίνας τρεῖς μετ' οὐ
πολὺν χρόνον ἢ τοῦ Θεοῦ δικαία κρίσις ὡς εἰς χρι-
στὸν Κυρίου παροινήσαντας, καὶ χεῖρας ἐπιβαλόν-
τας, τῆς βασιλείας ὀρεγομένους μετήλθεν. Ἐπὶ
καθουσίᾳ γὰρ καταληφθέντες, ἑκάτερος αὐτῶν

PATROL. GR. CVIII.

ventre progressi, et ad invicem complantati, a ven-
triculi ore ad pubem usque sibi invicem adherentes,
versisque ad invicem vultibus viscebantur : qui cum
diutino temporis spatio in urbe morati fuissent,
velut infaustum portentum et infestum omen ha-
biti, urbe ejecti sunt. Constantino vero solo impe-
rante rursus ingressi sunt. Ut autem eorum alter
mortuus est, medici quidam peritissimi cohære-
scentem partem alteram incolumem vivamque ser-
vatos se præstolati, solerter exciderunt : puellus
iste diebus tribus superstes mortuus est. Et in om-
nibus quidem, ut enarratum supra, monachis filium
habebat imperator : privatum vero præ omnibus
Sergium monasticis moribus præstantem colebat
et venerabatur. Ille magistri Cosmæ frater, nepos
vero Photii patriarchæ fuerat, quem animæ nobi-
litas, quem carnis ingenuitas reddebat illustriorem.
Istum itaque reverendum jugem comitem secum
ducebat imperator, quasi veram regulam et amus-
sim ipsius vitam dirigentem. Ille plurimum horta-
batur imperatorem filiorum curam ageret, neque
illos in malum absque disciplina proruiere sineret :
ne quando, quæ Heli, pateretur. Ut vero a filiis e
palatio dejectus est, et in Proten insulam relega-
tus, 509 hunc rursus habuit calamitatum sola-
tium, et angustiarum remedium lenitivum : eidenique
tunc temporis Polyuctus monachus piissimus ade-
rat, crebris cum hortamentis, ut decebat, consolatu-
rus : hic, patriarcha Theophylacto vivis sublato,
a Constantino imperatore patriarcha promotus est.
C Ut vero Deus miris modis hominem servare consue-
vit, imperatorem Romanum in calamitatem non ex-
spectatam incidere permisit : ut per eam eruditus,
et de propriis delictis admonitus, salutem conse-
qui dignus inveniretur. Toleravit enim filium ejus
Stephanum, velut quondam Abessalon in David
proprium patrem rebellis fuit, ita in eum insur-
gere. Constantinus quippe, Mariano exmonacho et
Basilio Petino et Manuele Curtice propositi con-
siliis, necnon aliis imperatoribus facinus promo-
ventibus usus, patrem e palatio improbe deturba-
vit, et ad Proten insulam relegatum monachum de-
tonderi jussit.

Supremum Constantinî imperium.

D Imperator itaque Romani gener Constantinus re-
lictus est. Hic statim Bardam Phocæ filium ma-
gistri dignitate ornavit. Qui cum multo tempore
bellicæ virtutis in præliis specimina frequentius
exhibuisset, scholarum domesticus institutus est.
Basilius etiam, cognomento Petinus, patricius et
magnus hetæriarcha provectus est. Imperator etiam
Marianum Argyrorum sanguine ortum monastico
habitu exutum creavit patricium et stabuli comi-
tem : Manuelem insuper, Curticem dictum, patri-
cium et excubiarum drungarium promovit : quos
quidem tres interjecto brevi spatio justum Dei ju-
diciū (velut eos qui in unctum Domini pec-
cassent, et in eum manus injecissent violentas)
imperii cupiditate motos incessit. Majestatis quippe

Lesæ rei deprehensi, singuli misera morte vitam abrupterunt. Proluxiorem autem et elaboratam magis de illis narrationem opere prædicto institui. Post dies vero quadraginta, Januarii mensis septimo supra vicesimum, Stephanum et Constantinum ejus fratrem, ne quandoque paria in se attentarent, suspicatus, et quod simile vero reputans, ut, qui proprio non pepercissent patri, minus ipsi condonarent, recumbentes secum ad mensam, escis adhuc in eorum ore positis comprehendi jussit: abripuerunt porro quidam Tornacii dicti, et patricius Marianus, et 510 qui ad hoc parati fuerant reliqui: palatioque eduxerunt, et clericali tonsura multatos in proximas insulas deportaverunt exsules. Haud diu post, videndi patris desiderio moti, ad Proten insulam profecti sunt: eumque monastico habitu vestitum conspicati, in luctum propulerunt immensum. Quibus pater collacrymatus ait: *Filios genui et exaltavi: ipsi autem spreverunt me.* Atque ita relegati sunt; Stephanus quidem in Præconesum, et a Præconeso Rhodum, e Rhodo denique in Mitylenem; Constantinus autem in Tenedum, et inde in Samothraciam, in qua tumultum et seditionem adversus custodes machinatus, ab eis trucidatus est. Michael autem Christophori imperatoris filium detractis imperialibus calcceis clericum esse jussit, Cæterum Romano imperatore in prædicta insula morante, Theophylactus patriarcha et Theophanes patricius et accubitor inierunt consilium, ut eum rursus in palatium eveherent. Re ipsi communicata et persuasa, tempus explorabant commodum, quo consilio finem imponent. Eo tamen detecto, et ad Constantinum imperatorem delato, consortes ejus pœnis debitis ultus est. Theophanem patricium misit in exsilium, protospatharium vero Georgium et pincernam, et Thomam primicerium verberibus multatos et detonsos, perque mediam urbem traductos exsules deportari. Decembri vero mense indictione sexta adversus Constantinum imperatorem structis insidiis, Stephanum imperatorem ex insula erutum in palatium inducere moliti sunt. Insidiis Constantino manifestatis per Michaelem nomine Diabolinum, auctores intolerandis subjecit verberibus: et hos quidem præcis naribus, alios auribus mulctatos asinisque impositos per mediam urbem traduxit. Cæterum Julii mensis die decimo quinto indictione sexta Romanus imperator in memorata insula præmoritur: corpusque ejus in urbem elatum, eo quod condiderat monasterio depositum est.

Recentiorum imperatorum Chronographia finem accepit a Leone Grammatico, absoluta mensis Julii die octavo, præclari martyris sancti Procopii festo, anno a mundi conditu sexies millesimo quingentesimo vicesimo primo, indictione undecima.

FRANC. COMBEFISII NOTÆ.

(64) Anonym., προηγούμενη, quod et congruit, velut dicat, cum de iisdem ex instituto in sequentibus disseram.

(65) Νεμπε Constantino genero, qui imperato-

οικτίστην θανάτῳ τὸ ζῆν ἀπέρρηξεν. Τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πλατύτερόν τε καὶ ἐπεξηρατικώτερον ἐν τῇ προειρημένῃ (64) ἐπεξηγήσει ἐκθῆσομαι. Μετὰ δὲ τεσσαράκοντα ἡμέρας τῇ εἰκάδι ἐβδόμῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ὑποπεύσας Κωνσταντῖνος τὸν τε βασιλεῖα Στέφανον, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, μήποτε κατ' αὐτοῦ τὰ ὅμοια διαπράξωνται· καὶ λογισάμενος, ὅπερ ἦν εἰκὸς, ὅτι εἰ τοῦ ἰδίου πατρὸς οὐκ ἐφείσαντο, πῶς αὐτοῦ φείσονται; ἐστιάσας αὐτοὺς ἤδη ἐν τῇ τραπέζῃ καθεζομένους, ἐτι τῆς βρώσεως οὐσης ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ἀνῆρπασαν τοὺς οἱ τε λεγόμενοι Τοννίκοι, καὶ ὁ πατρικίος Μαρριανδός, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ πρὸς τοῦτο εὐτρεπισμένοι, καὶ τοῦ παλατίου κατήγαγον, καὶ ἐν ταῖς πλησιαζούσαις νήτοις αὐτοὺς περιώρισαν, καὶ κληρικὸς ἀπέχειραν. Μετ' ὀλίγον οὖν αἰτησάμενοι οὗτοι τὸν ἴδιον πατέρα θεάσασθαι ἐν τῇ Πρώτῃ νήσῳ παρεγένοντο, καὶ τοῦτον ἐν τῷ μοναχικῷ σχήματι θεασάμενοι πένθει κατεσχέθησαν ἀφορήτῳ, οἷς ἐπιδακρύσας ὁ πατήρ, ἔφη· *Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὄντως αὐτοὶ δέ με ἠθέλησαν.* Εἰδ' οὕτως ἐξωρίσθησαν, ὁ μὲν Στέφανος εἰς Προικόνησον, ἀπὸ δὲ Προικονήσου εἰς Ῥόδον, ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Μιτυλήνην· ὁ δὲ Κωνσταντῖνος εἰς Τένεδον, ἐκεῖθεν εἰς Σαμοθράκην, ἐν ᾗ καὶ ἀνταρσίαν μελετήσας κατὰ τῶν αὐτὸν φυλασσόντων ἐσφάγη. Μιχαὴλ δὲ τὸν τοῦ Χριστοφόρου βασιλέως υἱὸν τὰ βασιλικά πίδαλα ἀφειλόμενος, κληρικὸν πεποίηκεν. Οὗτος δὲ τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ, ὁ πατριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης ὁ πατρικίος καὶ παρακοιμώμενος βουλὴν ἐβουλεύσαντο, ὥστε πάλιν τοῦτον ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν, ἣν καὶ αὐτῷ ἀνακοινωσάμενοι, καὶ παραπείσαντες τοῦτον ἐκαροσκόπων πότε τὸ πέρας τῇ τοιαύτῃ βουλῇ ἐπιθήσουσιν. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθησαν, καὶ κατεμνηνύθη Κωνσταντῖνον βασιλεῖ, τοὺς συνεργοὺς ταύτης ἡμύνετο· τὸν μὲν Θεοφάντην πατρικίον ἐξώρισαν, τὸν δὲ πρωτοπατῆριον Γεώργιον καὶ πινκέρην, καὶ Θωμᾶν πριμικήριον δεῖρας καὶ κουρεύσας, καὶ μέσον τῆς πόλεως θριαμβεύσας, οὕτως ὑπερορίᾳ παρέπεμψεν. Διεκομ. δὲ μηνὶ ε' Ἰνδικτ. ἐπιβουλὴν τινεσὶ κατὰ τοῦ βασιλέως Κωνσταντῖνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν βασιλεῖα Στέφανον ἐν τῷ παλατίῳ ἐκ τῆς νήσου ἀγαγεῖν. Ταύτης οὖν μηνυθείσης Κωνσταντῖνον διὰ Μιχαὴλ, τοῦ Διαβολίνου λεγομένου, τοὺς ἐπιβούλους δαρμῷ ἀφορήτῳ ὑπέβαλεν· τοὺς μὲν τὰς βίβλας καὶ τὰ ὥτα ἀπέτεμεν, καὶ θνοὺς ἐγκαθίσας διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐθριάμβευσεν. Πέμπτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ Ἰουλίου μηνὸς ἑκτῆς Ἰνδικτιῶνος Ῥωμανδὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ νήσῳ προτελευτᾷ (65), καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν, ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπατέθῃ μονῇ.

Ἐτελειώθη ἡ τῶν νέων βασιλέων χρονογραφία, πληρωθεῖσα παρὰ Λέοντος Γραμματικίου, μηνὶ Ἰουλίῳ ὀγδόῃ, ἑορτῇ τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Προκοπίου ἑτους ε' ς' α', Ἰνδικτιῶνι ἐνδεκάτῃ.

rem adl'gerat. Ejus reliquas res prosequitur Vaticanus Continuator, qui et ipse in Romano Constantini filium abruptit; sive ejus totam historiam non absolvit, sive codex mutilus exsistit.

GODEFRIDI HENSCHENII,

HAGIOGRAPHI ANTWERPIENSIS, E SOC. JESU,

DE CHRONOGRAPHIA S. THEOPHANIS DISSERTATIO.

(Acta sanctorum Bolland. Martii, t. III, p. v.)

CAPUT I.

*Repudiantur tabulae chronicae, saltem quoad annos
et seriem quinque patriarchatum.*

Ante omnia dicimus dubitari non posse, quin is, qui in operis sui exordio alium titulum non sumpsit, quam Θεοφάνους τοῦ ἀμαρτωλοῦ (ut fatetur egregius illustrator ejus atque interpret Jacobus Goar ord. Prædicatorum congregationis reformatæ sancti Ludovici vicarius generalis in suis ad pag. 1 notis), idem certo sit quem Magni-agri in Sigriana hegumenum egregiumque sub Leone Armeno confessorem festive quotannis colunt Græci die 12 Martii. Hujus enim veritatis habemus testem omni exceptione majorem, ipsum Theophanis antiquissimum interpretem ac pene coævum, Anastasium Bibliothecarium. Interpretem, inquam : quia ex Chronographia primum Georgii, deinde Theophanis decerpturum se proficitur, et vero plerumque decerpsit verbo tenus, quidquid ad historiam ecclesiasticam Latine condendam Joannes diaconus videbatur posse desiderare ex Græcis auctoribus, quos nominavimus. Postquam autem Georgii laudes brevibus attigit, « De altero, inquit, scilicet Theophane, quid dicam? cum et ejus conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit; qualiterve secutus Christum, abbas in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscaverit, et confessor obierit, satis superque per Byzantium et circum C quasque regiones, his qui prope et his qui longe sunt, clamet. »

2-3. Quo porro in statu inchoatum a Georgio opus Theophanes invenerit, qua ratione prosecutus ipse sit, juvat ex ipso præmio cognoscere, quod est hujusmodi : « Sanctissimi Constantinopoleos patriarchæ Tarasii olim Syncellus, Georgius abbas, vir eximius et eruditissimus, multis chronographorum et historicorum libris evolutis, compendiarium ab Adamo ad Diocletiani tempora chronologiam scripsit, discussisque studiose temporum rationibus ad invicem comparavit, emendavit, ac solertissime, ut ante ejus ætatem nullus, compo-

A suit : priscorum insuper regum ac nationum universalium statu et regimine annotato, singulorumque quantum licet observatis ætatibus, supremarum et universalium sedium, Romæ dico, Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymorum pontifices enumeravit, eorumque annos ac tempora egregio digessit ordine. Sed quoniam præveniente ipsum morte, opus, quod ad Diocletiani usque tempora scribendo, ut sumus præfati, perduxerat; non poterat ad propositum sibi finem prosequi; nobis velut sincerioribus amicis illud reliquit, multa excusantes pluribus hortatus, ut ne imperfectum relinqueremus laborem suum, atque ad eundem suscipiendum coegit. Quocirca monitis ejus morem gerere compulsi, molem robore nostro longe graviorem suscipimus. Multis siquidem voluminibus diligentius exquisitis et quantum facultas et ingenium dedit examinatis, præsentem chronographiam a Diocletiani temporibus ad Michaelis et Theophylacti ejus filii imperium compilamus; reges insuper et patriarchas, necnon eorum gesta et ætates, quæ par est sedulitate, describimus, nihil ex proprio adnectentes; sed potius ex antiquis historicis et oratoribus colligentes omnia, propriis quæque locis digessimus, secundum temporum rationem res gestas ordinantes, ut quoto anno quid factum sit in bello vel Ecclesia, in promptu habeant legere volentes. »

4. Hæc ibi, in quibus aoristos συνεγραψάμεθα et τετάχαμεν, maluit per verbum præsentis quam præteriti temporis explicare : quia præmiū illud operi non facto sed faciendo præmitti a Theophane, iis persuademur argumentis, quibus credere cogimur non omnia quæ præconceperat animo fuisse ab eo effectui mancipata : quorum defectum cum sciulus aliquis præsumpsisset supplere, præclarissimo auctori haud mediocriter injurius fuit. Etenim chronographia Theophanis, qualem nunc habemus, ex collatione quinque codicum mss. Regii scilicet, Peyreziani, Barberinī, Vaticanī et Palatini, duabus constat partibus : quarum quæ potior est et vere aurea omnique acceptione dignissima, historiam exhibet per annos digestam : altera vix

plumbea dici meretur, consistitque in tabulis chronologicis (Canonia vocat Goar) quibus per loculos divisus, primum annus mundi, tum Christi incarnati, dein imperatoris romani, proxime regis Persarum aut ducis Arabum, rerum post Persas in Palæstina potentium, denique ex ordine quinque episcoporum præcipuorum seu patriarcharum, Romani, Constantinopolitani, Hierosolymitani, Alexandrini et Antiocheni ordo et anni continentur. Tabulas autem istas magna cum diversitate non tantum præfixas annis non suis, sed etiam mendosissime conscriptas, esse, et plurimis hiare loculis, ac portentosis prorsus annorum, præsertim patriarchalium, supputationibus scatere, cum ipsemet Goar agnoscat fateaturque; mirum est aut ipsam, aut qui defuncti Goaris laborem eduxit in lucem Combessius, potuisse sibi persuadere, ab auctore Theophane esse. « Qui variorum auctorum sententias et numeros secutus sit varios, opusque proprium urgente persecutionis necessitate non recensuerit, proindeque exigere a lectore suo possit, ut qui dormitantem Homerum patitur, Theophanem quoque lapsum erigat corrigatque: cum nimirum succedentes et ad invicem coherentes numeros in sequiores transponit annos, seu etiam conjunctos annos in dissita canonia desultorie transfert: aut eidem viro nunc pauciores, mox plures diversis canonibus assignat annos: vel cum ejusdem viri pauciores anni plura occupant canonia: aut cum summa quapiam ætatis æquales loculos sive canonia quibusdam omissis non accipit: vel denique cum numero ejusdem anni repetito confusio infertur non mediocris. »

5. Verum si hæc tam multa, tam gravia volumus Theophani imputare, verendum est, ne plura ac graviora occurrant quam quibus lectoris, quantumvis benigni, lenitas possit ignorare. Nam ut emittam quæ circa sancti Cyrilli Hierosolymitani decessorumque ejus ac successorum chronotaxin fœdissime errata demonstravimus, « Emendationem superat omnem, inquit ipse Goar, Romanorum episcoporum nomen frequentius omissum, et ætas pag. 208 auctori penitus ignota: « quod uti ex indubitatis pontificum annis manifeste nobis constat, ita fortassis in aliis patriarchis deprehenderemus, si de eorum successionibus atque ætatibus pari nobis ratione constaret. Neque dixeris vitiosos catalogos præ oculis habentem Theophanem atque ex iis annos supputantem in istorum errorum partem non minimam prolabi potuisse: ubicumque enim in ipsa historia pontificis Romani occurrit mentio, non alium quam par erat nominavit uspiam: quomodo igitur ignotam potuit eorum seriem ætatemque habere? aut quæ potest tanta concipi ullius scriptoris oscitantia, ut annales ordinans, eosque in capite imperatorum et pontificum annis præsignans, nomen aliquod scribat diversissimum ab eo, de quo in ipsa historia acturus est: aut saltem, cum de aliquo egerit no-

minatim, non cogitet alium hunc esse ab illo, quem in fronte expresserat? Sic ad annum 10 et 11 Constantii narratur acta inter Athanasium et Julium Papam, qui in anno Constantii 15 et ipse pontificatus sui 15 annum ultimumque explevit: cum interim in tabulis totus ejus pontificatus ad sexennium retroactus, ipso quem diximus 10 anno Constantii, Liberium faciat succedere Julio.

6. Quid autem dicemus de regum Persarum serie? Exorditur eam Georgius Syncellus anno quarto Alexandri Mammææ, qui fuit vulgaris æræ Alexandrinæ 218, et expositis singulorum nominibus, et quot quique regnaverint annis, usque ad Persici imperii finem sub Saracenis, quintum regem Uracem (Arareuchem dictum in tabulis Theophani affictis) inducit in imperium anno Alexandrinæ æræ 264 conformiter ad annorum spatia singulis ejus decessoribus in catalogo assignata: eumque annos 17 regnavisse scribit. Tabulæ autem (quæ pene ubique quoad numeros annorum uniuscujusque regno attributorum cum Georgio consentiunt, sed ordinem quandoque et nomina commutant) cum totidem annis regnasse Arareuchem admittant, ultimum illius annum componunt cum primo Diocletiani, Alexandrinæ æræ 277 atque ita quatuor annos auferunt. Quis autem credat Theophanem continuatorem Georgii, nulla apparente ex causa ita ab auctore suo fuisse discessurum, si tabulas ipse conscripisset? Quis rursum credat omissurum fuisse Varanis, seu Uranis 3 nomen et annos 4, si præ oculis habuisset relictum sibi a Georgio Catalogum: ac deinde pro Urarane 5 Arsabelum, pro Samaspo Pecmasaphum fuisse scripturum, nominibus toti Georgianæ seriei ignotis?

7. Simili ratione licebit ab iis argumentari patriarchis, quos ultimo operis sui anno sic subnectit Georgius; ut ab iisdem exordiri deberent Theophanis tabulæ, a primo Diocletiani anno exordientes; licet de illo anno, utpote jam satis descripto, nihil scribendum sibi esse Theophanes putaverit: vel hoc ipso indicans prius opus a se continuari, non conscribi novum, quod alias auspicari debuisset ab illius ad imperium ingressu, qui primus offerebatur in historiæ argumentum. Hunc autem annum cum descripsit Georgius sic concludit:

Romæ episcopus 28, Caius, annis 15.

Antiochiæ episcopus 17, Cyrillus, annis 15.

Alexandriæ episcopus 16, Theonas, annis 19.

Hierosol. episcopus 38, Hymenæus, annis 12.

Ex quibus juxta priores Georgii calculos, Caius quidem et Theonas primum illum habuissent in episcopatu annum: Cyrillus, anno Alexandrinæ æræ 264 creatus, annum egisset 14; Hymenæus vero ultimum, nisi (quod est verosimile) dicas, librariorum vitio factum ut duodecim annis scri-

beretur sedisse, cui passim alibi anni plusquam A Theophane continuatæ præfixa, hujusmodi Canonium exhibet ipso in limine :

8. Interim tabula, chronographiæ exhibe a

Annus conditi orbis	Annus Incarnat. divinæ	Rom. imp. Diocletia- nus annis 20.	Rex Pers. Ara- renthes annis 17.	Romæ episcopus Caius annis 15.	Hierosol. episcopus Hymenæus annis 24.	Alexandr. episcopus Theonas annis 19.	Antiochiæ episcopus Tyrannus annis 13.
5777	277	1	15	7	13	11	2
5778	278	2	16	8	14	12	3
5779	279	3	17	9	15	13	4
5780	280	4	Varanisan.1.	10	16	14	5

Non quærimus utrarum tabularum calculi ad veritatem propius accedant, et num major fides adhibenda non sit Eusebio, proximos temporibus suis episcopos sic ordinanti, ut Caius, imperium suscipiente Diocletiano, egerit in episcopatu suo annum 5, Hymenæus 19, Theonas 4, Tyrannus nonnisi post annos octo successerit Cyrillo, circa Diocletiani initia agentis annum duntaxat 6. Hæc, inquam, non quærimus : sed istud potissimum lectoris æqui judicio æstimandum relinquimus, an cum Georgii chronotaxi tam male coherentia possit credi scripsisse illius continuator, aut omnino aliquis qui Georgium legerit ? nedum is qui omnia, quæ sibi ille ad texendam chronologiam conquisiverat instrumenta, hæreditavit.

CAPUT II.

Quomodo tabulæ confectæ videantur. Qua æra Theophanes usus sit. Quam recte ab anno ejusdem 277 exorsus sit. Quale sit Chronicon quod C Raderus Alexandrinum dixit.

9. Quid igitur ? inquires. Adeone impudens fuerit aliquis, ut Theophani allingeret tabulas, de quibus cogitaverit numquam ? Non hoc dicimus : sed omnino arbitramur, ejusmodi tabulas ab eo non tantum excogitatas fuisse (ut commodiores ad usum lectoris, quam modus ille quem tenuit Georgius, annos mundi Christique et imperatoris Romani præfigens historiæ ad instar tituli, ad caleem vero cujusque anni Persarum reges et quatuor episcopatum præsules subtexens), verum etiam lineas, intra quas essent describendæ per loculos divisas, ab eodem Theophane fuisse deductas, saltem in principio operis et ubi id non fecit, similibus lineis ducendis spatium in codice vacuum relictum fuisse a scribente. Dicimus tamen quod annos mundi Christique et Romani imperatoris scripsisse contentus, et episcopatum titulos cuique loculo præsignasse, loculos ipsos omiserit tantisper inscriptis nominibus episcoporum et singulorum annis implere, dum quod in opere præcipuum erat absolvisset : deinde autem vel morbis vel ærumnis impeditum, vel etiam rei difficultate absteritum (cum videret quomodo episcopales catalogi in designando uniuscujusque pontificatus tempore vel inter se vel cum notis certioribus pugnarent, et summa annorum initia in descensu ascensuque faciendo nunquam recte finiretur) desperasse de successu.

Satis ergo habuit omissa tantisper cura perte-

xendæ accuratius seriei, in ipso quandoque historiæ contextu nonnullos episcoporum eo anno sedentium nominare, quandoque eorum nomina certius sibi cognita inscribere loculis ad id præparatis : unde eos acceptos in Anastasii versione hoc modo reperias : « Mundi anno vi ∞ xcix. Divinæ incarnationis anno 599. Anno vero imperii Phocæ 5; Isacius Hierosolymitanus, Theodorus Alexandrinus, et Anastasius Antiochenus habentur antistites. » Et paulo post : « Anno imperii Phocæ 7, Sergius Constantinopolitanus, Zacharias Hierosolymitanus, et Joannes Alexandrinus habentur antistites. » Hæc enim aliaque similia, in Anastasio quidem non admodum rara, in Theophanis vero textu vix unquam reperienda, unde accepisset iste, si hic ea in dictis loculis non signasset ? Hoc autem eum credimus in melius sibi cognitis urbis Constantinopolitanæ Patriarchis diligentius frequentiusque fecisse, cum ipsi historiæ suæ tam accurate inseruerit eorum, qui suo ævo fuere viciniore, initia finesque. Quin et Romanorum pontificum tempora sibi propinquiora in eadem historia diligentissime expressit : et quamvis in antiquioribus aberravit subinde a veritate, non admodum correctos secutus catalogos; nunquam tamen sic est hallucinatus (incipiendo a Julio, cujus ad annum æræ Alexandrinæ 334 incipit), quin revera eo aut proximo anno is pontifex Romanæ Cathedræ præsederit, cujus factum aliquod in historia explicatur.

10. Tabulas autem ita vacantes in codice adhuc invariato reperisse Anastasium, omnino credimus : postea autem factum esse, ut sciolus aliquis, ex catalogis in sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani compendiaris chronographia repertis, prædictos loculos implere tentaverit, inde, ubi isti in suo desinebant manuscripto, sursum ascendens per annorum spatia, recte aut perperam definita; nihil pensi habendo quot quique menses diesque plures aut pauciores sederint quam annorum integrorum numerus adjunctus significat. Ita necessario fieri debuit, ut ejusmodi supputationes corruptis etiam quandoque in ms. numerorum notis vitiosiores redditi, non modo a veritate recederent plurimum, sed nec cum Theophanis historia sequente neque cum præcedente Georgii supputatione possent coincidere. Ut autem Anastasii versione movemur ad credendum, nequaquam Theo-

phanem vel semper vel ab initio inscripsisse tabulis episcoporum quæ diximus nomina : sic eadem moti auctoritate persuademur, non singulis annis præsignatum fuisse a Theophane mundanæ ac Christianæ æræ numerum ; sed item ut Anastasius facit, ad initia duntaxat Imperatorum, et quandoque alias : alibi vero solum signatum imperii annum, quod eo fere solo consuessent historici publica scripta signare. Hinc porro fieri non difficulter potuit, ut dum ad annos mundi subinde revocantur anni imperatorum, aliqua difficultate incidente, non semper facta fuerit uniformis progressio, quemadmodum infra docturi sumus, ostensurique non tam ipsius Theophanis errore id factum, quam receptæ per universum Orientem ex usu Alexandrinæ Ecclesiæ chronotaxis, cui aptare se auctor debuerit. Hic tamen ne tenebras multas offundat, Theophanis chronologiam ad æræ vulgatæ annos aptaturis, hanc dissertationem vulgare placuit.

11. Alexandrinæ porro sive ecclesiasticæ æræ differentiam, æra Græcorum seu Romanorum id est Constantinopolitanorum, ipse nobis Theophanes explicat ad extremum Zenonis imperatoris annum his verbis : « Cæterum annus, quo Zeno mortuus est et Anastasius imperare cœpit, ab Adamo $v \infty$ dcccxcix apto Romanos numeratur ; qui juxta diligentiorum et veriorum Alexandrinorum calculum $v \infty$ dcccclxxxiii, a Diocletiani imperio 207, a divina incarnatione 483, indictione 14, notatur. Qui annus cum citra dubium ullum fuerit vulgaris æræ 491, liquido apparet Alexandrinos, in mundanis quidem sedecim annos pauciores numerasse, æræ autem Christianæ annos detraxisse octo : Idque commodioris supputationis causa, ut apparet, quo toto uno sæculo unitatum ac decadam numeri æqualiter procederent in recensendis mundi Christianique ætatis. Hunc igitur calculum secutus Theophanes, et chronographiam a Georgio Syncello usque ad Diocletiani perductam initia porro perterritus, primum diei imperatoris animum composuit cum anno Christi 277, qui nobis, octennio addito, est 285, atque ita tacite correxit errorem auctoris sui, annum 278 æræ Alexandrinæ; primum Diocletiani facientis. Etenim hic Alexandri Mamertinæ annos tredecim recte in anno 215, qui nobis 223 fuit, exordiens, minus recte eidem dederat successorem Maximinum, anno 228, qui fuisset vulgaris æræ 236, cum dictum Alexandrum constet solis novem diebus ultra tredecim annos regnasse, atque adeo pridie Nonas Martias acclamatum, ipsis Idibus obiisse : ut consequens sit primum Maximini annum statui debuisse 227, et reliquos deinceps annos a Georgio numeratos, tali errore semel posito, excrescere supra numerum justum anno uno.

12. Optime igitur fecit Theophanes quod Georgianæ chronographiæ superfluum istum annum detraxerit : non item ii, qui ipsi Theophani annum

utrumque detractum volunt, existimantque etiam sic serius quam par est Diocletianum ab eo in imperium induci. Cum enim Græcorum annus a Septembri mense suum sumat exordium, et tum ex aliis auctoribus, tum ex Chronico, quod vocant Alexandrino, habeamus, « Diocletianum imperatorem 15, Kalendas Octobris Chalcedone renuntiatum, 5, Kalendas Octobris Nicomediam purpuratum intravisse, et Kalendis Januarii consulem prodisse, » evidens est nullam anni 276 partem ad ipsius imperium pertinuisse, nisi usque ad Kalendas Januarii differas anni initium numerare : quod non faciunt auctores uno anno Diocletiani initium anticipandum judicantes, sed alio nituntur fundamento, persuasi videlicet Palilibus festis, id est 5 Idus Maii, illum esse exorsum regnare. Verum hoc quam temere assumptum fuerit ex verbis Claudii Mamertini in chronico, in alium prorsus quam revera habeant sensum detortis, dilucide Petavius noster ostendit lib. 11 *De doctrina temporum* cap. 30, ingenue retractans, quæ alias ex inveterata, ut ait, chronologorum sententia scripserat. Eosdem autem prorsus nihil potest juvare 11 consulatus Diocletiani cum 11 anno tribunitiæ, id est imperatoris potestatis, in quibusdam lapidibus compositus. Aliud enim est utriusque initium : et cum hoc optime constat quod hunc consulatum adierit anno imperii sui primo, et Ideo recte « a consulibus Diocletiano 11 et Aristobulo ejusdem Diocletiani anni ad Pascha ordinandum digesti sunt, » quemadmodum in fastis Constantinopolitanis expresse dicitur.

13. Constantinopolitanis, inquam, licet notiori jam nomine chronicon Alexandrinum vocentur, ex opinione Raderi nostri eosdem Græce Latineque edentis : quam et nos appellationem (ut recepto serviamus usui) libentius usurpamus. Satis enim esse potest eruditum lectorem hic monuisse, quod chronicon illud revera nihil minus quam Alexandrinum sit ; quippe quod nihil habeat cum Alexandrinorum rationibus commune. Non mensium, non dierum nomina, quæ Alexandrinis Ægyptiaca erant omnia, chronico autem huic partim Græca partim Latina sunt, ut Kalendæ idus, etc. Non initium anni, quod Alexandrinis sumitur a mense Thoth, cujus primus dies respondet 29 diei mensis Augusti : in chronico autem a Kalendis Januarii Romano more ducitur. Non anni titulum, quem Ægyptii a regibus imperatoribusve sumebant, Chronicon autem sumit a consulibus ex more Romano. Non æram Christi ; quam qualem usurparint Alexandrini jam vidimus, chronicon autem prorsus non attingit, procedens Græcorum more per Olympiades, Ægyptiis in rebus publicis consignandis inusitatas. Ut autem ex tanta characterum chronologicorum ab Alexandrinorum usu discrepantia manifeste convincitur Alexandrinorum non esse, in quo illa reperitur, ita e converso indubitatum videtur ferri judicium posse, prædictos fastos

Constantinopoli seu Novæ Romæ scriptos esse, ubi in usu vulgari ista erant omnia, magna parte ex veteri Roma illuc traducta simul cum imperii sede; non item in reliqua Græcia, a Latinis nominibus magis abstinente. Istud vero maxime ex postremis prædicti Chronici annis liquet, quibus tam prolixè describuntur Acta boni Magistri, in templo Studitarum Constantinopoli sepulti anno Heraclii 17, ab aliis historicis vix leviter tacta; ut non tantum ibidem scripsisse auctorem, sed et ex Studitis unum fuisse, nobis appareat verosimillimum. Ast præfigitur chronicon hæc, quæ sequitur gnome Πέτρος Ἀλεξανδρεῖταις. « Hinc deinceps annorum ab Adamo protoplasto sive ab orbis conditi exordio summa colligenda est, respondentium inspiratæ a Deo Scripturæ et sancte institutis per divinos Patres atque in Ecclesia Catholica recte celebratis festivitibus. » Item de Agno typico et Paschalibus atque ex matheseos rationibus frequenter disputat: Alexandrinus autem episcopi scitur munus fuisse, ut definitis accurate solis ac lunæ cyclis, Pascha toti orbi Christiano, quo die esset celebrandum, indicaret. Quid autem tum, si eo non obstante, Cycli Paschalis rationes perspectas habere studuerint Heraclii ævo omnes qui docti cupiebant haberi apud Latinos? Gnome autem istiusmodi non magis indicat auctorem fuisse patriam Alexandrinum, ne dum urbis illius episcopum aliquem, quam similis alia ex Eusebii Cæsariensis, vel scriptoris alterius opusculo vel epistola quapiam accepta et libro præfixa, Eusebium aut ipsum cujus ea esset gnome auctorem probaret. Itaque haud paulo rectius Panvinus aliique fecerunt, qui dictum Chronicon, prius in Sicilia repertum quam illud ex Augustano ms. Raderus plenius accuratiusque vulgaret, « Fastos Siculos » nuncupavere, cum usu sit inter eruditos receptum (quem et nos in martyrologiorum antiquorum sequimur nomenclatura, quoties ignoramus ad cujus Ecclesiæ usum descripta fuerint) ut mss. codicibus nomen fiat a loco in quo reperti sunt, vel ab eo qui illos proprios in sua possidet bibliotheca.

CAPUT III.

De anno Constantii et Galerii coregnantium et quinto Phocæ in Theophanis Chronographia præteritis, ac demum post plurium annorum seriem, ad lacunam explendam, Juliano et Copronymo supra iustum tempus eorum adjectis.

14. Postquam ab infinitis propemodum erroribus, quos vitiosissimæ tabulæ Theophani impingebant, diligentissimi auctoris nomen vindicavimus, et prorsus indignas esse ostendimus, quæ cum chronographia ejus circumferantur, non hoc agendum nobis putamus, ut singula ejus capita revocemus ad examen, et quandoque exerrantem, quod humanum est, ex aliis certioribus quam quæ ipse vidit monumentis ac temporis signandi characteribus, revocemus in viam. Præstitit hoc magno studio et labore interpres ejus prænominatus Goar;

ejus egregio foetui post auctoris mortem in lucem producendo intentus Combefisius, Notas addidit posteriores. Itaque omissis iis quos ipsi observarunt et correxerunt in Theophane erroribus, et difficultatibus quas attigerunt prætermissis, duotantum hic puncta notabimus: non tam quia ab ipsis levi nimis manu tractata nec satis rite explicata, quam quia ad plurimos consequenter annos spectantia, totam Theophanis chronologiam obscurissimam reddunt, et ad æræ vulgaris numeros ipsius calculos aptare volentibus, incredibiles pariunt molestias: quas nos experiendo edocti, quod iis emolliendis nobis privatim comparaveramus remedium, libenter in publicum hic conferimus. Est autem hoc in eo situm, ut occasione exerrationis detecta, et statutis eidem utrinque terminis, doceatur lector, eo quod inter Magni Constantini et Joviani imperatoris exordia fluxit spatium, novem annorum differentiam inter vulgarem æram æramque Alexandrinam esse concipiendam, ut suis quæque aptentur temporibus: et rursus ab anno Phocæ quarto usque ad Constantini Copronymi mortem: eum alias communiter, sicut antea dictum est, soli octo anni adjici debeant ad numerum æræ Alexandrinæ, ut cum vulgari componatur. Utrumque autem tanto facilius libentius, quo certius ostendere possumus postremæ exerrationis culpam nequaquam penes Theophanem residere, sed commune tunc passim fuisse omnibus Alexandrina æra utentibus, ut annos mundi Christique, uno quam par erat pauciores, eo tempore numerarent, et sic imminutos cum vera indictione nihilominus componerent.

15. Huic simile aliquid etiam in primo casu accedisse suspicari possumus, demonstrare non possumus. Etenim Georgius Syncellus, cujus chronologicum opus pertexendum Theophanes noster suscepit, pag. 32 editionis Regiæ præfatur, se « Chaldaeorum dubiam conjecturam arte demonstrativa refutaturum, necessario interpretandos sibi ducere annos Egregiorum usque ad 165. Enoch, qui mundi fuit 1287, ut deinde, inquit, ad vigesimum Constantini ab Adam ordine servato numerandis seriem traducam: et regum unicuique genti imperantium nominibus prolatis, annorum $\nu\alpha\theta\kappa\kappa\kappa\epsilon\upsilon\iota$ summam me non oscitanter collegisse demonstrarem. » Hæc ille Goare interprete. Verum si quis respondeat $\tau\delta$ usque terminum significare, ut scholæ passim loquuntur, extrinsecum, adeoque Georgium censuisse, Constantini Vicennalia spectare ad proxime sequentem a dicta summa annum $\nu\alpha\theta\kappa\kappa\kappa\epsilon\upsilon\iota$ qui nostro 325, responderet, recte se habebit tota Georgii supputatio, sique erraverint soli, qui in ultimo præsignati numeri anno, eadem vicennalia collocarunt. Hoc autem manifeste Theophanes fecit, siquidem cum Vicennialibus Constantini et tempore celebratæ Nicænæ synodi indictionem 12 conjunxit, quam constat Coss. Paulino et Juliano die 20 Maii habitam, at-

que adeo ad 13 Indictionem pertinere. Tali porro errore jam posito, necessarium fuit, per annos 20 sursum ascensuro, primum Constantini annum statuere annum suæ æræ 297. Nec ullum sibi potuit reservare annum, quem Constantio Chlоро et Galerio Maximiano inscriberet, quasi post abdicationem Diocletiani et Maximiani Herculei (factam, ut tradit ipsemet et consentiunt omnes, æræ Alexandrinæ anno 296, 11 Kalendas Martii) solis quatuor mensibus vixisset Constantius Chlorus Constantini pater : quod ipsum manifeste ostendit se sentire, cum ait : « Anno imperii undecimo vita functum ; » quem anno 285 dixerat Cæsarem esse institutum.

16. Atqui non tantum Alexandrinum Chronicon dicit, quod Constantius, Constantini Magni imperatoris pater, cum annos 12 imperasset, vita cessit ; et ipsius Constantini annum primum componit cum initio Olympiadis 272, sed etiam ex fastis consularibus constat, præter illum annum quo, cedentibus imperio soceris, Augusti declarati sunt Galerius atque Constantius : etiam anno sequenti consulatus insignia gessisse Constantium. Fuit igitur Constantii imperium unius anni et quatuor mensium : post quos mortuo patre die 8 Kalendas Augusti, reliquum quidem tempus, quod Græcis duntaxat unius mensis usque in anni sui sub finem supererat, non potuit apud eos primum Constantii annum efficere : potuit tamen eorum posteros ambiguos reddere Latinorum supputatio, ad quos, adhuc quinque menses ad Januarium numeraturos, coeperat Constantinus imperare. Quidquid sit, et quocumque ex capite ii erarint, qui Theophani erroris dederunt occasionem ; potuit ipse errorem agnoscere atque corrigere, cum ad truculentiam illam famem describendam pervenit, quæ septima indictione imminente Orientem afflixit, quamque ex semel posita rerum per annum unum anticipatione retulit ad annum 324. Si enim tunc, cum habita est Nicæna synodus, Alexandrinus solum agebatur annus 316 et indictio 12 ; quæ post ætatem anni iisdem Alexandrinis 324 imminerebat indictio, non potuisset nisi sexta censi, adeoque scire potuit cum septimam dixit, res quæ illam præcedebant indictionem anno uno a se anticipari : et annum 225 a se numerari debuisse, ut haberet ætatem, quam septima sequebatur indictio. Maluit tamen positos semel calculos prosequi toto reliquo Constantini et successoris Constantii tempore ; atque ut hiatus unius istius, anni tandem suppleret, Juliani imperium (quod unum annum et menses octo non integre explevit) per tres pene solidos annos dividere.

17. Hac unius anni ad Juliani tyrannidem adiectione in viam regressus Theophanes, ab initio Joviani, id est ab anno Alexandrinæ æræ 356, cuius Januarius cum nostro 364 coincidit, inoffenso pede progreditur, et suos annos cum indictionibus (quas reliquo quarto et quinto sæculo rarius indicat, sæ-

culo autem sexto post Anastasii mortem pene quottannis designat) recte componit usque ad Phocæ et Heraclii tempora ; ubi novus occurrit nodus, etiam a Goare animadversus ; sed ita, ut animadvertisse contentus, ejus causam exerrandique principia ac finem non sollicite indagavit : cum tamen non modice referat ad chronologiam scire, quo loco exemptus annus unus sit, quo deinde alius unus substitutus. Idque eo magis operæ pretium est facere, quo certius est, non aliquam Theophanis hallucinationem casui intervertisse, sed ex eo quod aliquando publice usurpatum fuit, in necessitatem inductum tale quid faciendi, si ab usitatis calculis nollet recedere et tamen aliquando vellet in viam redire. Ita porro res habet. Postquam Alexandrinæ æræ anno 595 mense Novembri, indictione 6, occisos a Tyranno Phoca Mauritium filiosque narrasset, primum Heraclii annum cum Alexandrino 602 componens ita orditur : Hoc anno mensis Octobris die 4, indictione 14, Heraclius ex Africa appulit cum navibus, atque ita ex octo Phocæ annis eique respondentibus indictionibus, unam tollit. Si quæris, Quam ? respondemus, Decimam, in quam annus quintus Phocæ cadebat ; cum anno ejusdem quarto de industria confusus in unum, rejecta ad calcem ejus morte Cyriaci patriarchæ, quam hunc « obiisse 29 Octobris die Sabbati, ac funus curatum esse 30 ejusdem mensis die Dominica, » habemus ex chronico prædicto : qui temporum characteres in annum duntaxat 599, æræ Alexandrinæ et in 10 indictionem cadunt : reliqui autem tres anni Phocæ, uti et præcedentes quatuor, sic inter se narratione cohærent, ut interjici illis prorsus nihil possit.

18. Quid autem cogit Alexandrinos annum unum dissimulatum præterire manifeste doccebit præcitatum Chronicon ad annum imperatoris Heraclii primum hisce verbis : « A septimo Octobris præsentis indictionis 14 usque ad 15, Januarii indictionis ejusdem, scriptum est in publicis tabulis imperii Heraclii. Et a 14 ejusdem indictionis ejusdem mensis scriptum est in reliquum tempus anni usque ad Decembrem nempe expletum, 15 indictione et consulatu ejusdem religiosissimi principis nostri. » Itaque unus idemque primus Heraclii annus, in duas indictiones distractus, occasionem attulit primum Heraclii annum statuendi eum, qui revera initia ejus præcessit, et lotus Phocæ debebatur. Hoc autem semel posito, necesse fuit ab illis, qui talem tenebant ordinem, omnia Heraclii et successorum ejus gesta ad unum annum anticipari, magis quam æra Alexandrina integre numerata passa fuisset : quod deinceps usque in Palæstinam videbimus valuisse, etiam circa finem 9 sæculi, scilicet in ecclesiasticis scripturis, quæ æræ Alexandrinæ aptabant ; quam Theophanes utpote monachus sequens, et tandem exorbitantiam istam vel animadvertens primum vel corrigere volens in sua chronographia, Constantini

Copronymi annum penultimum distrahit in duos, A dissimulata rursum indictione, ipsique Copronymo (quem anno Alexandrino 768 « die 14 mensis Septembris, indictione 14 mortuum esse dicit postquam ab obitu patris imperasset annos 34, menses 2, dies 26), » totos 35 annos reliquit; quoniam in anno Alexandrino 753 propter rerum et indictionum anticipationem jam dictam, constituerat principium imperii ab eo suscepti, « mensis Junii die 27 ad insequentem indictionem 10 pertinente, » cum insequens, dictum diem indictio numerari tantum debuisset 9, nisi per indictiones primo Heraclii anno geminatas, unum annum æra Alexandrina amisisset.

19. Hæc autem quamvis ita solide deducta subsistant, ut clara sint utrumque terminum considerantibus, annum scilicet Phocæ primum et Copronymi ultimum, lubet tamen etiam exemplis ex ipso Theophane comprobare, toto illo annorum 173 spatio hebdomadæ serias, cum certis mensis alicujus diebus sic comparari, ut, nisi ad annum ab eo numeratum adjicias annos novem, nunquam sis verum vulgaris æræ annum habiturus vel in Theophane vel in alio scriptore similem chronotaxim tenente. Anno igitur Alexandrino 615 sic scribit Theophanes: « Hoc anno, indictione, 10 Heraclius, peracta mense Aprili die 4 solemnitate Paschali... in Persidem perrexit: » qui character Paschalis in 4 Aprilis, 10 indictione cadentis, cum annum vulgaris æræ 622 signet, clarum est ei debuisse in Alexandrina æra respondere annum 614 nisi annus unus, ut diximus, excidisset. Simile quid habes sæpius posterioribus annis: sed ut Heraclii temporibus immoremur, jungamus Theophani Chronicum præcitatum, et statim primo dicti imperatoris anno habemus « Epiphaniam Julio mense eadem indictione, » (14 ut præfertur, etsi per novam constitutionem imperator a 14 Januarii voluerit 15 indictionem nominari) « ex Eudocia natam: » idque, ut ait Chronicon « die mensis septimo, feria 4. » Atqui talis dies et feria cadunt in annum vulgaris æræ 611, Alexandrinæ 603: hic igitur cum sua 14 indictione primus Heraclio annus in imperio fuit, quamvis Theophanes annum 602 notaverit.

20. Adde ex posterioribus annis exempla, puta ex 752, sub cujus initium, « mense Octobris die 26, Indictione 9, feria 4, terræ motus ingens Constantinopoli contigit: » utique cum nos proximo Januario inchoaturi essemus annum 741, atque adeo 753, numerari ab Alexandrinis debuisset. Item ex anno 755, quo « mense Aprilis die 16, feria 5, Valid Arabum dux suorum factione sublatus narratur: » ubi apparet ex characterum collectione annum 756 signari debuuisse, nisi suos præcipientes calculos secutus Theophanes fuisset. Denique clarissimis notis insignitur annus, quo « Imperator Copronymus, trium uxorum vir, Eudociam tertiam conjugem Aprilis mensis die primo, indictione

septima, die Sabbati, Augustam renuntiavit: sequenti vero luce, quæ Aprilis secunda fuit, dies nimirum Dominica sancti Paschatis, liberos ex ea duos Cæsares declaravit. Hæc enim tam diserte signant annum vulgaris æræ 769, ut manifesto appareat quis octennio dempto deberet secundum Alexandrinam exsurgere, quamvis Theophanes annum 760 notaverit, paulo post ad æqualitatem venturus temporum, penultimo Copronymi anno, ut dictum est, in duos diviso. Quod autem Alexandrina æra utentibus passim communis fuerit eo tempore ac dlu etiam post Theophanem, quem ipse tenuit computandi modus, vide 20 Martii probatum in martyribus Sabaitis, quorum corvus scriptor nisi sic annos numerasset et annum unum ex more omisisset computare, non potuisset scribere eos mortem oppetisse anno ab orbe condito viro cclxxxviii a Christi incarnatione 788, indictione 5, cum quinta indictio annum nostrum 797 signet, et hunc ipsum probet tempus mortis vicinissimum Paschati, in 25 Martii cadenti, quod alii ex propinquis annis nulli convenit.

CAPUT IV.

Heraclii imperatoris chronotaxis, duobus annis in unum conflatis et altero in duos distracto intricata, evolvitur. Indictionum sub eodem ratio explicatur.

21. Quo tempore Chronographiam suam scripsit Theophanes, patriarcham Constantinopolitanum sanctus Nicephorus tenuit, cujus vitam dedimus 14 Martii: qui et ipse brevitarium conscripsit rerum post Mauricii mortem gestarum: quod Græco-Latine habemus editum cum eruditissimi viri Dionysii Petavii chronologicis notis. Harum bona pars eo spectat, ut ostendatur Heraclii imperatoris annum primum fuisse annum vulgaris æræ 611, quod et nos amplectimur, prorsusque confirmatur ex morte, quam post imperii annos triginta, et menses aliquot obiisse illum, æque Theophanes ac Nicephorus scribunt. Obiit autem Heraclius, ut ait ille, mense Martii indictione 14, adeoque anno 641, qui Alexandrino 633 responderet, nisi huic æræ, ea qua diximus ratione, annus unus fuisset ablati. Nec aliter quam ab isto principio numerari solitos annos Heraclii, probari etiam potest ex sancti Anastasii Persæ actis, ad 22 Januarii ex vetusta interpretatione Latina editis, ubi is martyrismum passus dicitur « anno decimo octavo imperii Heraclii Piissimi imperatoris et decimo sexto Constantini ejus filii. » Nam si geminatis intra unum annum indictionibus idem annus etiam pro duobus fuisset Heraclio imputatus in publicis tabulis, et si post 15 Januarii anni 611, ut cœpta fuit scribi 15 indictio, sic etiam scriptus fuisset annus Heraclii 2, annus quo passus est Anastasius, quemque ex ipsiusmet Heraclii epistola Constantinopolim scripta de rebus a se contra Chosroem et cum Syroë gestis, constat festum Pentecostes 15 Maii retulisse, et 3 Aprilis habuisse Domini-

eam in Albis, adeoque fuisse vulgaris æræ 628 A hic, inquam, annus debuisset Heraclii 19 numerari.

22. Quid igitur Theophanes, inquit, et ejus interpretes Anastasius res omnes inter Chosroem et Syroem gestas et imperatoris victorias post 1 indictionis initium obtentas, in annum Heraclii 17 compegerunt, suoque exemplo movere eum, qui sancti Anastasii acta politiori stylo ornavit, ut eundem annum etiam ipse dicto martyrio assignaret? Hoc nempe est quod ad acta prædicta diximus (x), annos 17 et 18, Heraclii confusos ab auctoribus esse. Quod satis quidem intellexit eruditissimus Petavius cum dixit, relatum de Razate Persarum ductore victoriam « anno 18 imperii jam inchoato cum 1 indictione : » non tamen explicuit, quid esset tota anni præcedentis 627 hyeme atque æstate actum : quare in ancipiti nos relictos crederemus, nisi ex ipso Theophane, suos ipsius calculos confundente, lux nobis aliqua afflueret. Etenim anno Heraclii 16, narrans vastos Chosrois cum duplici exercitu conatus, facile ostendit totum eum annum, rebus quæ ibi describuntur contra Saim gestis fuisse occupatum, idenque Turcorum ex Perside regressum et cum imperatorio exercitu conjunctionem, aut incidisse in autumnum eum, unde proxime sequens Græcorum annus ducit initium, aut forte etiam multo serius contigisse; interim dum alter Persicarum copiarum ductor Sarberus, continuata etiam per hyemem obsidione, Chalcedonem premit. In quo repellendo et hoste persequendo opus est insumptum fuisse quod esse poterat ex hyeme reliquum. Ilinc factis militibus data quies, et utrinque parandis ad extremos conatus viribus incubuere partes, præsertim Heraclius, idquo diligentia tanta, ut hostem prævertens, statim a mense Septembri, annum Constantinopolitanis 628 inchoante, in hostem moverit, easque res gesserit, quas, quia duos priores annos in unum Theophanes conflaverat, ad 17 Heraclii annum et indictionem 15 omnes est coactus referre.

23. Verum dum per menses singulos progrediens, tandem ad 12 « diem Decembris pervenit, quo ipse Imperator ante omnes prosiliens Persarum ductorem offendit, eumque Dei virtute et Dei Genitricis auxilio prostravit, » ipse suum errorem indicat, et pariter faciem nobis rursum effert, dicens : « Sabbati diem fuisse. » Hoc enim non quadrat in 15 indictionem, nisi ipsam a Januario in Januarium ducas; sed in indictionem 1 qua Cyclo solis 20, littera Dominicali D dies 12 Octobris concurrebat cum Sabbato, et annus 628, Græcis in cursu, nobis autem in januis esset. Itaque cum reliquis hujus anni rebus conjungendus est gloriosus Imperatoris regressus in urbem, et pax imperio parita; quibus solis duobus punctis Theophanes implet annum Alexandrinæ æræ, sicut diximus præcipitatæ, 619 cum alius ad eundem

spectet tota Chosroæ Syroisque tragediæ, et quæ missæ ultro citroque de fœderibus nuntii egere usque ad diem 15 Maii indictionis 1, quo lectæ sunt Constantinopoli ex suggestu in sanctissimæ Dei Magna ecclesia Laureatæ imperatoris litteræ, nuntiantes mortem Chosroæ et ināugurationem Syroæ, pacisque stabilitat ordinem atque conditiones : quas litteras ætate jam adulta, lætissimus excepit reditus Heraclii, crucem Dominicam reportantis, eum jam nova indictio cum anno communi Græcorum cœpta esset.

24. Atque nunc ita clare videntur elucidata, quæ olim duntaxat in transitu perstringere licuit, et omnia cum Alexandrino, ut vocant, Chronico, annis paulo post secutis scripto, conveniunt optime. Nunc libet ex eodem Chronico observare, quomodo primis Heraclii annis factum sit, ut per explicatam superius constitutionem jubentis, ut ab die 13 Januarii usque in anni finem « 15 indictio et consulatus Heraclii » scriberetur, initium quidem indictionum a Septembri ad aliud tempus translatum fuerit, non tamen earum Cycli uno anno acceleratus : quia nempe secundus Heraclii annus non fuit signatus indictione 1, quod Cycli quindenarii numerus anticipate expletus postulasset; sed ita scriptum fuit, « ind. 15, Hier. 11, post consul. Heraclii Augusti : » et sic consequenter anno tertio « ind. 1, Her. 111 post consulatum Heraclii Augusti 1 » quando etiam constitutum est, ut a die 23 Januarii sic scriberetur, « Imperii religiosissimorum nostrorum principum et maximorum beneficiorum auctorum, Flavii Heraclii piissimi, anno 111, post consulatum ejusdem anno 11, et Flavii Heraclii Junioris Constantini, a Deo custoditi filii ejus, anno primo, semper Augustorum imperatorum. »

25. Verum ad quod tempus dicimus translatum indictionum initium? Theophanes, nulla istarum novitatum habita ratione, et annos Heraclii imperatoris et indictiones a Septembri mense subducere se manifeste indicat, cum anno Heraclii secundum calculum ejus tertio, sed secundum veritatem et publicam scribendi formulam adhuc secundo, narrat coronationem Epiphaniæ a Sergio patriarcha factam « mensis Octobris die 4, indictione 1. » Et eodem deinceps passu progreditur. Chronicon vero supradictum sub 15 indictione factum illud adhuc relinquens, ipsam videtur usque ad Januarium protrahere : deinde vero clare indicat, non idem annorum imperii et indictionum censi initium, ideoque anno post consulatum Heraclii 111, cum 11 indictione juncto, subnectens gesta die 14, Gorpizæ mensis, qui Romanis est September, expresse iis addit indictionem 111. Ex quo posset consequens censi, jam tum propter emergentes ex præmonstrata mutatione difficultates, reductas fuisse ad initium Septembris indictiones, nisi in eodem Chronico, mox anno sequenti cum 111 indictione comparato referretur,

quid eo anno cœperit inter psallendum servari a prima Jejuniarum hebdomade indictione 4. » Quid? an jam tum cum initio Martii (Pascha enim 20 Aprilis expectabatur) incepta erat nova indictio, et pene iterum indictiones duæ in unum annum compingebantur? Potius scriptoris mendo 4 pro 11 irrepsisse credemus? Ita certe suadent annorum posteriorum exempla, nullum non mensem Septembri priorem ad eandem referentia indictionem, qua annus imperatoris signatur.

26. Hoc igitur præcitati chronici mendo admissio correctoque, dici potest, tertio post Heraclii consulatum anno adhuc currente usque ad Januarium, denuo cœpisse indictiones a Septembri numerari. Certe præter jam dictum locum, quem mendosum esse suspicamus, nihil potest afferri, quo sustineas ultra eum annum fuisse Januario attributum indictionis exordium: multo minus, etiam mense Martio aliquando illam inchoatam fuisse. Nam licet verba Heraclii in epistola anno 628 scripta τῇ καὶ τοῦ παρελθόντος Φεβρουαρίου, τῆς ἐνισταμένης ἐπιμεμήσεως, interpretes verterit, « 24 Februarii præteriti mensis, instante jam prima indictione, » quasi adhuc futura esset indictio, quæ pridem inchoata jam fluere debebat, secundum ordinarium Cyclum: erravit tamen manifeste, quod putaverit ἐπιμεμήσιν hic significare indictionem. Nusquam enim vel hic vel alius auctor aliter eam appellavit, quam Latino nomine Ἰνδixτιῶνος (y). Igitur, ut Heraclii epistolam recte intelligas, τῆς ἐνισταμένης ἐπιμεμήσεως (sic enim legendum) reddendum Latine est « instante jam primo vere seu prima pabulatione; » est enim ἐπιμεμήσις verbale ab ἐπιμέμω, luxuriantem in folia sementem depascor. » Hoc autem statim in Martio faciendum est in illis calidioribus regionibus: et hoc tempus fuit moturo in patrem Siroi necessario expectandum, ne defectu pabuli deficerent per hiemis asperitatem, equi in quibus præcipuum Persarum robur, et spes opprimendi celeriter Chosrois tota erat constituta.

CAPUT V.

Quædam chronologica menda per librariorum socordiam Theophani aspersa, et ab aliis non observata. Annorum Mauritiî imperatoris duplex epocha.

27. Restat nunc, ut omissis aliorum auctorum vel interpretum mendis, quorum correctio ad Theophanem illustrandum facit nihil, observationes chronicas, quæ priorum commentatorum videntur fugisse diligentiam, nobisque aliud agentibus occurrerunt, in gratiam curiosi lectoris adnotemus, ut si quis auctorem optimum, forma et modo ad usum publicum commodiori velit emittere in lucem, propriisque annotationibus ex sua et aliorum diligentia depromptis illustrare, hanc quoque racemationem nostram ad manum habeat.

Primo annus Alexandrinus 483 sic concluditur: « Coronatus est Anastasius, præfata indictione 14 mensis Aprilis, ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῇ μεγάλῃ τοῦ

Πάσχα magna paschali solemnitate feria 4. » Ita interpretis: verum si ex anni et indictionis indicio requiras, quis dies fuerit 14 Aprilis, invenies Cyclo lunæ 17, solis 24, ipsam Dominicam Paschalis fuisse: quare expungens τὸ πέμπτῃ, imperita manu nescio unde adjectum, ita clarum sensum Latine reddes: « Coronatus est . . . ipsa die magna Paschatis: » quo loquendi modo nihil est familiarius Græcis de Paschate agentibus.

ii. Annus 536 ita incipit: « Hoc anno mensis Septembris sexto die, hebdomadis primo ἡδixτιῶνος ἑξῆς, ut est in Græco: non igitur erudito interpreti vitio vertatur, quod librarii præcipientia Latine inveniat « indictione prima; sed legatur septima: » et debitus inter indictionem 5 anni 534, et indictionem 11 anni 540 ordo servatus invenietur.

iii. Anno 542 post medium, « Edis Sanctorum Apostolorum consecratio facta dicitur CP. Julii mensis die 28, tertia feria: » ubi in Græco αὐτοῦ ac Latino textu Junius mensis esset substituendus pro Julio, ut Cyclo solis 27, littera Dominicali B, dies, mensis, et hebdomadis feria recte conveniant: itaque Anastasius bibliothecarius ad annum præfatum legit et vertit, nisi quod in Parisiensi regia editione typographorum incuria in annis Mundi et Christi 46 pro 42 legatur, ex antecedentibus et consequentibus haud difficulter corrigendo errore.

iv. Annum proxime sequentem in Græco pariter et latino textu Narsetis adversus Gothos prefectio incipit, et signatur « Indictione quarta sive δ: » sed ex anno, quem immediate post « Indictio decima quinta, » α' notat facile deprehendes, quantumvis fores aliis adminiculis destitutus, unius cifra defectum supplendum, legendumque esse « Indictione decima quarta, ιδ. »

v. Econtra in anno 546, ubi « Horrendus in urbe CP. terræ motus accidisse dicitur mensis Augusti decimo quinto, α', tempore illucescentis jam Dominicæ diei post mediam noctem, » lege diem mensis solummodo decimum, ι', quia Cyclo solis 2, littera Dominicali E, in diem 10, non in 13 Dominica incidebat.

vi. Anno 551, « In Magna ecclesia Constantinopolitana Trulli, jam pene suis omnibus ornamentis instructi, pars orientior, collabente ad sanctum altare testudine, in terram decidisse legitur, mensis Maii die septimo, hebdomadis tertio, ubi diem mensis vigesimum septimum ut legas, vel diem hebdomadis quartum jubet littera Domicalis E, Cyclo solis 13. » Prælaet autem prior correctio, quia in notis numeralibus facilius est litteram unam omitti, quam diversas inter se commutari.

vii. Anno 622 (qui propter demonstratam superioris unius anni Alexandrini expunctionem Januarium mensem cum nostro 631 habet communem) « Indictione 1 Novembris 7 Heraclio David filius natus est. Eodem quoque die Heraclius Heraclii

nepos in lucem venit, et a Sergio die 3 Novembris A Indictionis 5, baptizatur in Blachernis : » quæ ne inter se pugnent, in fine sic mutabis, καὶ ἑδραπύσθη ἐν Βλαχέρναις ὑπὸ Σεργίου πατριάρχου τῇ δ' ἑνδικοῦνι, μηνὶ Νομβρίῳ ιγ'. « Et baptizatus est in Blachernis a Sergio patriarcha, indictione 4, mensis Novembris die 13. »

viii. Tertio post hæc anno, Alexandrinis 626, nobis 635, narratur prælium, ab imperatorii exercitus duce Baane contra Saracenos. Arabes infelicitè commissum, τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν τρίτῃ τῆς ἑβδομάδος, καὶ τοῦ Ἰουλίου μηνός : quæ nihilo saniori sensu Latine redduntur, « ipso primo die, qui fuit hebdomadis tertius, Julii vero mensis tertius ac vigesimus : » exacta autem ad rationes anni prædicti habentis litteram Dominicalem A Cyclo solis 28, sic reddenda sunt integritati debita: Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἥτις ἦν καὶ τοῦ Ἰουλίου μηνός. « Primo die hebdomadæ, qui fuit 23 Julii mensis. »

ix. Anno 671, nobis 680, Maviæ primi Saracenorum regis mors ascribitur « Indictioni primæ diei sexto Aprilis : » sed octavam indictionem esse legendam monstrat ipsarum indictionum ordo, cum anno 650, nobis 659, secunda indictio notata fuerit : quod etiam Goar animadvertit.

x. Anno 721, nobis 730 « Leo Armenus contra sanctas imagines silentium celebravit, ἐστέντων ἐκφύττειν, » id est, ne quis earum cultum propugnaret edixit, « die 7 mensis Januarii, indictione 13, feria hebdomadis 3 ; » sed cum tunc littera Dominicalis fuerit A, apparet diem mensis fuisse 17, ιζ'. Et hæc quatuor ad tempora spectant prænotatæ anticipationis : quæ sequuntur, ordinariam servant utriusque æræ differentiam, octo scilicet annorum.

xi. Anno 789, secundum Alexandrinos, « Junii mensis die 17 indictione 5 » fugit Constantinopoli Imperator Constantinus : sed jussu matris Irenes comprehensus ab amicis, reducit in urbem « Sabbato mensis ejusdem die 15 ; » quo loco errorem manifestum, ex comparatione utriusque dñei colligendum, emenda, et pro mensis Junii die 17 lege, mensis Julii die 7 ; anno enim nobis 797, dies 15 non Junii, sed Julii sabbatum fuit. Anastasius Bibliothecarius 16 Kal. Aug. vertens ubi de fuga agit 17 Julii videtur legisse : pro quo an 17 Aug. alicubi invenerit Philippe Labbe nescimus : certe in epitome chronologica Constantini excæcationem ascribit diei 19 Aug. quæ similiter sabbatum fuit.

xii. Anno 803, Leo, Armeniacorum dux sub imperatore Nicephoro, cum magna exercitus atque pecuniæ parte venit in manus Sarracenorum, mense Febuario indictionis quartæ (decimæ quartæ perperam apud Anastasium legitur), Sabbato primo quadragesimæ. Verum eo anno, Cyclo unæ 14, solis 8, littera Dominicali E, Pascha fuit 13 Aprilis, adeoque dictum Sabbatum cecidit in

1 diem Martii : ut igitur non erraverit Theophanes ipsomet anno, quo potuit scripsisse, et quo alias plures temporum notas recte composuit ; credendum librariorum incuria jam olim (nam etiam Anastasius ita scriptum reperit) excidisse voculam unam, ipsumque Theophanem (ut alias in simili casu de indictione vidimus anno Constantini 28, et de verno tempore in chronico Alexandrino) scripsisse μέλλοντος, sive ἐνσταμένου τοῦ πρώτου Σαββάτου τῶν Νηστειῶν, instante primo Jejuniarum Sabbato.

28. Hæc sunt, quibus observatis emendatisque, inoffenso ferme pede decurri poterit ab Orientalis historiæ studiosis tota Theophanis chronologia : nam si qua subinde pluribus gesta annis, eo quo cæpta sunt geri anno conjunctim legantur, ea non ita morari lectorem poterunt, ut propterea opus sit singula ad examen revocare. Si Romanorum pontificum aut aliorum patriarcharum successio, quandoque ipsi inserta texui, hinc inde a, 4, creat corrigenda ex certioribus monumentis, non ipsi auctori vitium imputetur, sed catalogis, quos nec ipse, nec qui simili in studio laboravit, S. Nicephorus, satis correctos habuit, ut alibi et maxime in S. Cyrillo Hierosolymitano episcopo § 3 ad 18 Martii probavimus. Si denique auctores quos potuit secutus optimos, aliquem temporis characterem ab iis vel perperam vel ambigue notatum præ oculis habuit, danda est venia humanæ imbecillitati, cui nulla possit præstare diligentia, ut non aliquando exeret a vero. Ita cum Theophylactus Simocatta sæculi 7 scriptor, historiam Mauritii imperatoris libris octo descripsisset, et lib. v, c. 16 pacato imperatoris armis Oriente ad res in Europa gestas transiens dixisset, quod eo die, quo ipse imperator ducturus exercitum, vere ineunte, « Egressus e regia, parasangam unam et semis usque in Septimum processit, sol pene totus est obscuratus, » subjunxissetque : Ἐννατον δὲ ἔρα τοῦτο ἔτος ἐτύγχανεν ὁν Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, id Theophanes, æque ac postea Simocattæ interpres Latinus Jacobus Pontanus, de « anno imperii nono » intellexit. Hoc porro si ex mente auctoris fecit uterque, erravit sane, ut mox patebit D Simocatta ipse : certum est enim, quod iste annus fuerit Mauritio imperii decimus. Si auctorem excuses eumque putes non annum τῆς βασιλείας imperii, sed τῆς ὑπατείας consulatus nonum, ut scriptum fortassis ante se repererat) numeravisse : excusabilis etiam Theophanes erit, quod magis obvium secutus sensum, ad minus usitatum alterum et in hoc casu specialem non advertit animum.

29. Errandi porro occasio huic vel illi fuit, quod anno duntaxat secundo imperii sui consul Mauritius appellatus sit solus absque collega : « primus quippe illius annus consulibus caruit, atque ex communi hominum consensu scriptum est : « Post consulatum divinæ memoriæ Tiberii Constantini

anno quarto, » uti in chronico Alexandrino expresse dicitur. Hinc autem nata est annorum Mauriti duplex epocha, altera Imperii, altera Consulatus. Itaque qui annus imperantis fuit decimus, ejusdem novies Consulatus dicebatur, vel etiam (ut Chronicon Alexandrinum numerat) « post consulatum Mauriti Tiberii octavus : » quo anno eodemque vulgaris æræ 592 ductas esse in Thraciam copias, non vero præcedenti, primum ex eo colligitur, quod nonnisi præcedenti anno, secundum Alexandrinum chronicon, restitutus regno suo Chosroes sit, itaque pacatus Oriens : potissimum autem idem demonstrative evincitur ex illa tam grandi obscuracione solis, quam ex Simocatta transcripsit Theophanes, et, ut diximus perperam anno nono Mauriti imperantis attribuit. B una cum rebus tunc gestis. Constat enim ex astronomicis calculis, quod eclipsis solaris, quæ anno 591 accidit, die 30 Martii, Constantinopoli vix aut ne vix quidem potuerit conspici, prout in nostri gratiam observaverunt viri astronomicarum rerum peritissimi duo Michael Seneschal S. J. et David vanden Nieuwenborcht Antuerpiensis presbyter. At vero anno 592, die 19 Martii magna illa eclipsis accidit, quam Petavius noster l. viii *De doctrina temporum*, pag. 853, docet Constantinopoli fuisse digitorum 10, et duravisse ab hora 9, matutina ferme ad medium horæ 12. Ut dubium nullum sit, quin hæc illa quoque eclipsis sit, cujus ad annum Guntramni 22, meminit Fredegarius, dicens : quod, « A mane usque in mediam diem ita obscuratus sit sol, ut tertia pars ex ipso vix appareret. » Imo non ex observatione apud Francos facta, sed ex alicujus Græci auctoris relatu ipsius eclipseos durationem innotuisse Fredegario, ex tempore per eundem designato apparet : nam (nisi forte mediam diem dici putes pro plena die) illa solis obscuratio in Gallia cœpit conspici, ut Petavius observavit circa horam 7 matutinam, et non duravit usque ad medium nonæ, fuitque secundum eundem Petavium non multo plus quam digitorum sex ; secundum calculos Davidis præcitatæ digitorum omnino octo ; « cum luna, inquit hic, habuerit latitudinem borealem minutorum 38, parallaxim minutorum 60, quæ ad incidentiam eclipticæ fuit minutorum 48, adeoque luna appropinquerit sole inferior minutis 10, » ut vere vix tertia pars solis conspici a Francis potuerit, quemadmodum Fredegarius scripsit.

50. Onuphrius Panvinius, lib. iii *Pastorum-*

A annis Mauriti imperatoris ordinandis tertiam epocham statuit, in anno vulgaris æræ 592, quo, ut ait, « Mauritius imperator sine collega secundum consulatum gessit, quem usque ad duodecimum continuavit, ut ex fastis Græcis et libro Maffaeiorum intelligitur. Fastos Græcos hic appellat, quos alibi Siculos, et novissime Raderus Chronicon Alexandrinum nuncupavit : sed in his (idemque de libro Maffaeiorum dici posse arbitramur) nihil simile dicitur, et nulla facta alicubi mentione consulatus secundi, indiscriminatim memorantur anni 18 post consulatum Mauricii Tiberii. Unicum igitur tertiæ ejus epochæ comminiscendæ fundamentum accepit Onuphrius ex eo, quod paulo post allegat, registro epistolarum S. Gregorii l. IX, Indict. 4, ubi sic incipit epist. 22 : « In nomine Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, imperantibus Domino Maurilio et Tiberio Augustis, anno incarnationis Dominicæ sexcentesimo primo, eodemque Domino undecies consule sub die 3 Nonarum Octobrium. »

31. Verum, uti in hac epistola manifestum est, oscitantis librarii mendum in eo, quod vel *Tiberium*, pro Theodosio scripsit (hunc enim non istum pater imperii consortem asciverat anno 590), vel quod duo unius imperatoris nomina interjecta conjunctione, et, in duas personas distrahens, notavit, « Imperatoribus Augustis, pro imperante domino Maurilio Tiberio Augusto : » sic potuit idem erravisse in numero consulatus ad longum præter consuetudinem antiquorum describendo, et ubi scriptum fuerat vel scribi debuerat, eodemque domino 18 consule, legisse undecies. Similiter eidem epistolæ inserta Probi abbatis supplicatio sic incipiens : « Imperante domino Maurilio et Tiberio piissimo, » corrigi debet deleta particula, etc. Quæ hic dicta sunt occasione sumpti a Maurilio consulatus, nullis posthæc, quoad vixit novis consulibus subrogatis, ut quæ sequenti exegesi dicturi sumus de Guntramni morte, ex illam prægressa anno uno eclipsi definienda, hac quoque ex parte maneant inconcussa ; utque Theophanem legens, ea quæ ipse ad annum Alexandrinæ æræ 582, velut uno eodemque anno gesta conjungit, D pro majori parte sciat ad annum 585 ejusdem æræ pertinere : et quæ huic anno una cum eclipsi imputantur conjungi debere historiæ anni sequentis, quo revera eclipsis accidit, et exercitum in Thraciam imperator duxit.

ANASTASII BIBLIOTHECARI

HISTORIA ECCLESIASTICA

EX NICEPHORO PATRIARCHA, GEORGIO SYNCELLO ET THEOPHANE CONTRACTA.

CAROLUS ANNIBAL FABROTTUS ICT, LECTORI.

Historiam Ecclesiasticam Anastasii, de Græcis Nicephori, Georgii Syncelli et Theophanis excerptam, nunc primum in lucem damus. Quanti autem facienda sit historia hæc non ignorant qui Theophanem Græce loquentem legerunt, qui non minore fide quam diligentia ea quæ tam ad rem Romanam quam Byzantinam pertinent exsequitur. Hunc Anastasius pene totum non infelici successu in Latinum convertit. Quod sane quisquis verum amat, inficias non ibit: nam et pleraque sunt in Theophane Græco-barbara, quæ viris etiam Græce doctissimis hodie negotium facerent. Cujus rei fidem facient glossaria nostra mixto-barbara, quæ aliis quoque sæculi sequioris auctoribus interpretandis facem præferre poterunt. Quædam esse barbara et eorum temporum infelicitatem redolentia in hac versione equidem non abnegem: sed hæc magis ineruditi sæculi vitia sunt quam scriptorum, quibus propositum erat monumentis suis posteritati prodesse, non Latinæ linguæ venustates et eloquentiæ flores in sterili solo querere. Quid autem in edendo Anastasio præstiterimus, breviter, Lector, monendus es. Romanum igitur exemplar ad nos Roma transmissum beneficio eminentissimi cardinalis Francisci Barberini, litterarum parentis, et opera Lucæ Holstenii, viri longe doctissimi, cum optimæ notæ codice contulimus, quem nobis celeberrima Thuana bibliotheca suppeditavit. Hujus ope fœda menda sustulimus, quæ in Romanum codicem fortean exscriptoris vitio irreperant, et hoc quoque nomine præclare de republica litteraria meritis ait perillustis vir Jacobus Augustus Thuanus, in primore regni curia præses amplissimus, magni parentis magna soboles. Sed et gratia habenda est illustrissimo et eximie doctrinæ viro D. Carolo de Monchal, archiepiscopo Tolosano, qui bibliothecam suam cum paucis comparandam doctis omnibus patere vult: codicem nempe manu descriptum nobis commodavit idem vir illustrissimus, cujus subsidio nonnulla sanavimus et pristino nitori restituvimus. Præterea si quæ erant subobscura in hac versione, ea Græci codicis collatione et aliorum auctorum allatis locis illustravimus, ut omnino pauca sint quæ mediocriter etiam eruditi non capiant, si cum Græcis comparare non graventur. Vale.

INCIPIIT PRÆFATIO

ANASTASII BIBLIOTHECARI SUMMÆ AC APOSTOLICÆ SEDIS

AD JOANNEM DIACONEM URBS ROMANÆ.

Ecclesiasticam, charissime frater et digne Christi Levita Joannes, auctore Deo, scripturus historiam, exigit a me quædam in Latinum styllum ex Græcis voluminibus transferenda, quo et ipsa quoque proposito inseras operi et intexas; his enim duabus linguis præcipue, quæ in Ecclesia gesta sunt, enarrantur. Ego vero, propriam incitiam et sermonis angustiam non ignorans, hoc agere tanto tempore merito recusavi, supra me videlicet esse tam arduum conamen procul dubio ratus. Sed quoniam ipse te propositum opus melius executu-

rum fore asseveras, si ea quæ in Latinis codicibus inveniri non possunt, prius ex Græcorum fonte haurienda percipias, faciam Deo propitio quod hortaris, præsertim cum Dei sit quod agendum proponimus, et multis procul dubio causa profectus atque salutis. Nec enim tibi tam charo tamque sapienti quidquam negare potero, qui profecto Apostoli documento imbutus¹ sapientibus et insipientibus debitor sum. Verum quia præcipue necessarium arbitror ea quæ a Theodosio principe juniore in Ecclesia gesta sunt enarrandi, ad cujus

¹ Rom. 1, 14.

videlicet tempora Theodoretus, Socrates et Sozomenus, Eusebium Pamphili subsequentes, libros ecclesiasticæ historiæ texuerunt, operæ pretium duxi ex Georgii summam quædam et Theophanis chronographia plura, sed succincte carpere, quorum prior usque ad Diocletianum, posterior vero usque ad Leonem qui post Michaelen imperavit, patrem scilicet Ignatii qui adhuc superest habenas Constantinopolitanæ tenens Ecclesiæ, prædicti operis sui stylum protraxit. Qui autem sint isti breviter annotabo. Horum igitur alter electa monastica vita mundoque contempto Christi se levi jugo et suavi sarcinæ mancipavit. Præterea contra hæreticos incessanti agone desudans, mundi principibus contra Ecclesiæ ritum sævientibus, multis verberibus diversisque pœnis affectus est. Sic ergo stigmata Christi in corpore suo portans, tam pro fidei suæ constantia, quam pro multarum virtutum insignibus sanctæ memoriæ Tarasii, reglæ urbis præsulis, syncellus affectus est. Sed ne multa prosequar, sufficere arbitror ad præconium ejus quod a sede approbatus sit apostolica, quando scilicet vicarii ejus una cum trecentis quinquaginta Patribus in Nicæa urbe secundo convenientes universalem synodum celebrarunt, siquidem et laus ejus in eodem septimo et sancto concilio reperitur. Porro de altero quid dicam? cum et ejus conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit, qualiterve secutus Christum, abbas in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscaverit et confessor obierit, satis aperteque per Byzantium et circum quasque regiones, his qui prope et his qui longe sunt, clamet. Sed et studia ejus ad nos usque perlata, quis vel quantus vir iste fuerit solertibus manifestant. Ex horum ergo chronographiæ amœnissimo quædam decerpam horto, quæ amplissimæ tui operis mensæ obediens obsecutor apponam; quæ nimirum contemnere non debes, sed inter tua saltem secundum sensus virtutem sine fastidio collocare, primo quia tuo sunt elicitæ frequenti prorsus hortatu, deinde quia inter crebras et assuetas delicias nonnunquam vilium escarum quasi delectabilium requiruntur edulia, tertio quia, donec propositæ opus historiæ per te ad perfectionem fuerit Deo favente perductum, poterit forte nostrum esse desiderantibus aliquantisper in usum, et qui opima vestra consequi non valuerint, erunt interim his exilibus nostris utcunque contenti. Huic sane operi

A ratum duxi beati Nicephori Constantinopolitani episcopi Ichronographiam præponere, ut scilicet et ex ea possis aliquantula carpere, et sicubi fortassis hac utendum judicaveris, tuam non lateat omnino notitiam. Obsecro autem charitatem tuam, quæ omnia secundum Apostolum suffert, et non quarit quæ sua sunt, — imo per se me obsecrat universa Latinorum Ecclesia ut sic scribendæ a te inchoetur opus historiæ, ut quæ ab ipso Christi adventu in Ecclesia gesta sunt et textu ecclesiasticæ historiæ non judicantur indigna, nullo modo prætermittas, exceptis his forte quæ Eusebius Theodorus Socrates et Sozomenus scripsisse noscuntur. Verum quia quosdam horum mentitos in quibusdam fuisse et quædam prætermisisse probatur, quemadmodum et sanctus papa Gregorius de Sozomeno apertissime scribit, obsecro mendacia eorum veris approbationibus arguas, et quæ omiserunt nihilominus suppleas.

B Accipe itaque hoc, charissime, incompositum opus, et nihil meum in hoc prorsus incertum prænosce. Et si decessus mei debito præventus propositum opus ego minus ad calcem perduxero, tu tamen id deperire minime patere, sed in quantum est, qualiter et ubi libuerit utere. Porro si forte a me tibi aut ex Græco tra sferri aut ex diversis Latinorum conscriptionibus, quæ historiæ tuæ inseras, deflorari desideras, libenter tuis satisfactionem votis. Tantum industria tua interim apostolice doctus in nomine Domini opus, quod hortamur, arripiat, et quod imminentibus nobis proposuit, exsequatur. Porro sic ego ex his duobus illustribus viris quædam deflorare proposui, ut pene omnia, quæ supra nominatis historiographis commemorata sunt, a me commemoranda non duxerim. Ex civilibus autem gestis quædam summam excerpsti, quamvis a Justiniano principe ac deinceps pauci omiserim eorum quæ ab his chronographis relata sunt. Non enim, ut prælatus beatissimus Theophanes se opinari testatur, modicæ fructum utilitatis carpit qui priscorum relegit actus. Oro autem omnium charitatem hanc editionem nostram legentium, ut si in ea proficuum quidquam invenerit, decentes gratiarum actiones Deo, ex quo est omne bonum, devote persolvat, et pro nobis ineruditis et peccatoribus propter Dominum orare ne pigeat. Porro si quid inhoneste positum repererit, indisciplinationi nostræ hoc imputans veniam donet. Gratum enim est Deo et acceptum quod ei secundum vires offertur.

* Ephes. ii, 17.

CHRONOLOGIA BREVIS B. NICEPHORI

CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI.

Exstat inter ejus opera nostræ editionis, hujusce Patrologiæ Græcæ tom. C, col. 1001; Patrologiæ etiam Latine tom. CXXIX, inter ipsius Anastasii opera.

ABHINC EXCERPTIO EX CHRONOGRAPHIA GEORGII.

Pompeius bello Hierosolyma percepta, Aristobu-
lum quidem vinctum cum filiis, Alexandro et Anti-
gono, tenebat, Roman properans triumphaturus, et
aliarum quoque gentium reges et duces. Hyrcano
autem hujus fratri summo commisso pontificio,
tributarios statuit Romanis Judæos. Qui Romam
victor ingressus amicitia jungitur C. Julio Cæsari,
qui creatus contra Gallos et Britannos prætor diri-
gitur, magnisque præliis per annos decem Gallos et
Britannos Romanis tributarios fecit; qui quingen-
tas civitates possidebant, ut Plutarchus scribit,
Chæronensis philosophus. Tunc Crassus succedens
Gabinio Syriacum obtinuit principatum, et contra
Parthos, id est Persas, exercitum movit. Porro An-
tipater amicos, sibi ubique Romanorum potentes
muneribus et aliis obsequiis faciebat. Inter quos
et Hareth Arabum, id est Saracenorum, regi valida
sociatus est amicitia, propter matrimonium insi-
gnis uxoris Arabicæ Cypridis, ex qua filios habuit
quatuor, Phasailum videlicet et Herodem, qui rex
post Hyrcanum exstitit Hebræorum primus alieni-
gena, et tertium Josephum, et Pheroran quartum,
jam tum Arabibus Judæorum, sicut nunc Chri-
stianorum, legitima confundentibus.

Pompelius igitur Hyrcano summum pontificium
roboravit, et ipse Romanis Judæos tributarios statuit.
Idem ipse Antipatrum alienigenam, Herodis filium, et
alterius Herodis patrem Palæstinæ ordinavit procura-
torem, At vero C. Julius Cæsar Romam rediens omni
parti Pompeii pepercit, de qua erat Cicero, Brutus et
Cassius, consulumque principatum destruxit. Tum
que Antonius Cleopatram Arabiam tradidit.

Romanorum C. Julius Cæsar primus monarchus
habetur. Mundi anno 545 C. Julius Cæsar veniens
in Judæam post Pompeii mortem ab Ægypto, ro-
borat summum pontificium Hyrcano, et Antipatro
potentatus divisionem dat; qui dolo Bruti et Cas-
sii occiditur, non ferentium Pompeii peremptionem
neque consulum depositionem. Hujus hæres adopta-
tus erat Octavianus Cæsar, filius Attiæ sororis ejus
et Octavii. Dein parata victoria venientes Romam
Augustus et Antonius dividunt cum Helpidio tripli-
citer totum Romanorum principatum, et, ut ita
dixerim, totius orbis terrarum; et Augustus quidem
Europam sortitur usque ad occidentum Oceanum,
Helpidius autem quæ circa Libyam sunt omnia,
porro Antonius totam Asiam,

Secundus Romanorum monarchus Cæsar Octa-
vianus, qui et Augustus appellatus est. A creatione
mundi usque ad initium tertii Augusti Cæsaris
anni, in quo et indictio promulgata est, sicuti
beatus Maximus in sermone suo de Pascha testatur,
anni sunt 5460. Cicero rhetor et senator Gaietia
Italiæ interemptus est; ut autem alii aiunt, ve-
neno sese necavit.

Principatus eorum septem qui apud Pergamum
imperaverunt cessavit, cum perdurasset 154 annis.

Sicut in quibusdam Latinis editionibus fertur,
ab Alexandro usque ad Augusti tempora fuerunt
anni plus minus 300.

Judæorum primus rex alienigena Herodes fuit
annis 37, qui Ananilum quemdam, Judæorum qui
in Babylone erant summum pontificem, accersiens,
in Jerusalem summum pontificem constituit. Et
hoc electo post modicum constituit Aristobulum
summum pontificem, fratrem uxoris suæ, filium
Hyrcani. Et hoc interempto rursus Ananilum post
annum provexit.

Anno mundi 5500 devoluto et 5501 incipiente
facta est incarnatio Domini et Salvatoris nostri
Jesu Christi, mense secundum Romanos Martio,
die 25, secundum divinam editionem, quæ per
Moysen prolata est, prima die mensis Nisan, qui
apud Hebræos primus creatus est, quæ Gabriel ar-
changelus ei, quæ vere est ac proprie Dei Geni-
trix, totius mundi gaudij obtulit evangelia. Sic
enim et vivificæ resurrectionis ejus dies eadem
prima mensis die concurret secundum apostolicas
traditiones.

Augustus pontifex maximus decretus est. Hero-
des priscam Samariam, cum esset deserta, a fun-
damentis crexit, Sebasten in honorem Cæsaris
nominans. Herodes templum quod Hierosolymis
erat duplex reedificavit, Herodes priscam Stratonis
turrin Cæsaream in honorem Cæsaris superædi-
ficans nominavit. Idem ipse Judæorum legisperitos
occidit et scriptas genealogias incendit.

Mundi anno 5500, divinæ vero incarnationis
anno 1, pastor bonus pastores primos ad ineffabi-
lum visionem et auditionem per angelos invitavit.

Mundi annus erat 5501, Sextus Pythagoreus
philosophus florebat. Judas Galilæus adversus Ro-
manos simultates agere hortabatur Judæos propter
descriptionem. Herodes mortuus est, cum vixisset

annis 70; qui Judæis inique imperavit annis 37. A Sub quo et prophetia Jacob adimpleta est, Hic primus alienigena præfuit Judæis, cum esset Idumæus Arabs. Idem ipse primus alienigenam Judæis pontificem constituit Ananiam.

Judæorum secundus alienigena Archelaus filius Herodis, cujus anno 9, mundi vero 5506, Augustus Archelaum quidem, filium Herodis, Judæorum gentis principem statuit, alios autem fratres ejus quatuor, Herodem scilicet homonymum patri, et Antipatrum avo æquivocum Lysaniamque et Philippum tetrarchas exhibuit.

Mundi anno 5515, divinæ incarnationis anno 15, sub Cæsare Augusto sapientes insignes erant Virgilius, Salustius, Livius, Hortensius, Terentius, Horatius, Athenodorus Tarseus et Silius Alexandrinus. Idem vero Augustus habitatoribus Romanæ urbis per facies dinumeratis invenit virorum habitantium eam 151057.

Mundi anno 5520 incarnationis divinæ annus 20 agebatur, quam Matthæus Lucasque describunt, Matthæus quidem regiam ex David per Salomonem, Lucas vero ex eodem David per Natham ejus filium referens.

Tiberius tertius monarchus Pontium Pilatum præsidem Judææ direxit.

Mundi anno 5532, divinæ incarnationis 32, Joannem Baptistam, dum ab omnibus ut propheta honoraretur, timens Herodes filius Herodis, ut Josephus dicit, peremit; ut autem verius evangelista refert, eo quod redargueret eum propter Herodiadem.

Mundi anno 5533, divinæ incarnationis 33, Dominus noster Jesus Christus post signa multa et suæ divinitatis revelata mysteria, sponte ad passionem accessit, et crucifigitur feria sexta, hora sexta, Martii mensis die 25, consulatu Neronis 3, et resurgit Martii die 25, cum illucesceret Dominicus dies, 8 Calend. Aprilium, prima die primi mensis, qui Nisan, id est Martius mensis, nominatur apud Hebræos et Christianos. De qua dicitur: *In principio fecit Deus cælum et terram; et rursus: Hic est liber generationis cæli et terræ, in die qua fecit Deus cælum et terram.* Qua ergo die mundus creatus est, ea Christus conceptus, et ea ex mortuis resurrexit.

Eusebii Pamphili de hoc ipso. Jesus Christus, Filius Dei et Dominus noster, secundum prophetias, quæ de ipso sunt, ad passionem properat anno nono decimo imperii Tiberii, secundum quod tempus, sicut etiam in aliis gentiliis reperitur historiis, per singulas dictiones, quæ acta sunt, enarrabimus. Nam sol defecit, Bithynia mota est, plurima Nicææ urbis ceciderunt; quæ omnia concinunt his quæ circa passionem Salvatoris nostri eveniunt. Scribens autem et Phlego, qui Olympiadas super ipsis enumerat, in decimotertio sermone eisdem verbis asserit hæc: Porro quarto anno

ducentesima secunda Olympiadis facta est defectio solis maxima, et nox hora sexta diei facta est, ita ut etiam stellæ in cælo parerent. Terræ motus etiam magnus in Bithynia factus plurima Nicææ subvertit.

Mundi anno 5534, divinæ incarnationis anno 34, prima die hujus anni, Martii mensis die 25, Dominus noster ex mortuis tertio die surrexit; quadragesimo vero die resurrectionis suæ, id est mense Maio die tertio, assumptus misit apostolis Spiritum suum paracletum in sancta Pentecoste. Cæterum, ut Clemens scribit, Jacobo Justo et Joanni ac Petro post resurrectionem tradidit scientiam Dominus, et isti cæteris tradiderunt, cæteri vero apostoli septuaginta. Eisdem diebus discipuli interrogaverunt Dominum in monte Oliveti, si in tempore hoc restitueret regnum Israel. Eodem anno Jacobus frater Domini primus episcopus Hierosolymorum ordinatur. Duo Jacobi erant, frater Domini, filius existens Joseph, qui dicebatur Justus, de quo etiam Paulus ait: *Alium autem apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem Domini*¹, qui de pinnaculo jactatus a Judæis ligno fulonis sancius moritur. Et alter qui capite truncatus est, frater videlicet Joannis deiloqui.

Judæis tertius alienigena præfuit Herodes filius Herodis, cujus tempore Pilatus, post similitudinem Judæorum propter imagines Cæsaris, corbonam, id est sacrum thesaurum, in aquarum advectionem consumpsit, et rursus similitudines agere compulsi. Idem ipse Pilatus Tiberio de Christo referens commovit eum ad amorem dogmatis et fidei Christianæ.

Mundi anno 5535, divinæ incarnationis 35, Petrus et Joannes in templum ascendentes claudum a nativitate curaverunt.

Mundi anno 5536 de Anania et Saphira Hierusalem per Petrum miraculum factum est, et Thaddæus ad civitatem Edessam mittitur, quæ universa usque nunc sine manu factum dominicum characterem colit.

Mundi anno 5537, divinæ incarnationis 37, persecutione mota fidelium multi dispersi sunt. Stephanus protomartyr et protodiaconus lapidibus est occisus. Simon magus a Philippo, uno ex septem diaconibus, in Samariam descendente calilide baptizatus est. Unde et hi qui ab ipso usque modo baptizari simulantur, penitus sunt a divinis mandatis et dogmatibus alieni, non suscipientes de resurrectione verbum, neque visibilem mundum Dei esse dicentes, omnemque abominabilem turpemque operationem sectantes. His quidem miseris patrem se vocandum tradidit, imaginemque Jovis factam nomine adorandam; Helenam autem meretricem, quæ cum ipso erat, pro Athena docuit adorari. Porro Judæis Christum se dicebat esse, et non patrem. Pontius Pilatus sub C. Cæsare, quarto imperatore Romanorum, qui dicebatur Ca-

¹ Galat. 1, 19.

ligula, in diversas ærumnas incidens, ut Romano-
rum aiunt historiographi, sui ipsius factus est in-
terfector. Hic et Iulium Canum, unum ex Stoicis
philosophis, interfecit.

Mundi anno 5539, divinæ incarnationis anno 39,
Agrippa, qui et Herodes, Herodis filius, Judæorum
quartus alienigena rex, cum sub Tib. Cæsare fuisset
custodiæ mancipatus propter accusationes adversus
patrem prolatus, deinde a vinculis dimissus, a
C. Cæsare rex Judæorum transmittitur. Herodes
autem, hujus pater, apud Lugdunum Galliæ civi-
tatem exilio relegatus extrema egestate una cum
Herodiade adultera moritur. Puellam vero, quæ
saltaverat in decollatione Joannis Baptistæ, vivam
terra glutivit. His temporibus Philippus, unus ex
septem diaconibus, resistebat Simoni de vico Gitio
Samaritanæ, qui etiam dicitur primus ex gentibus
eunuchum Æthiopem baptizasse.

Mundi anno 5540, divinæ incarnationis anno 40,
Petrus princeps apostolorum, Antiochena fundata
primo Ecclesia, Romam pergit evangelium prædi-
caturus, ubi primus usque ad finem suum Eccle-
siæ præfuit. Præterea primam epistolam suam,
quæ de catholicis est, a Roma misit, ut Eusebius
scribit, et Marcum evangelistam, qui tunc Ro-
manis potentibus exposuerat evangelium, ut Cle-
mens et Papias Hieropolitanus episcopus perhibent.
Alii sane hanc ab Joppe missam existimant. Hoc
quoque tempore Pauli et Silæ iter in Derbe et
Lystris agitur, in Phrygia quoque ac Isauria et
Cilicia et Galatia simul et Troade. Pauli rursus et
Marci acta, quæ Philippis ac Thessalonicæ et Beronæ
gessere, narrantur. Paulus item Ephesi et Cen-
chreis, Cæsariæ quoque et Antiochiæ, in Italia et
Phrygia laboravit. Pauli actus, quos Ephesi pro-
prie gessit. Paulus, quæ Troade ac Mileti ges-
sit, Ephesiis commendavit. Quæ in Hierusalem
a Judæis gesta sunt contra Paulum. Paulique
Cæsariæ contra Felicem et Drusillam. Item Pauli
quæ Cæsariæ gesserit, vel Judæi adversus ipsum.
Marcus evangelista Ægypto et Alexandriæ salutare
verbum evangelizabat. Antiochenæ Ecclesiæ primus
episcopus Euodius fuit annis viginti.

Mundi anno 5540, divinæ incarnationis 40, Clau-
dius imperat, Agabi prophetia fame per orbem
facta completur. Claudius cives Romanæ urbis de-
scribens invenit sexies mille millia 941.

Mundi anno 5546, divinæ incarnationis anno 46,
in diebus Azymorum dissensione facta in Hieru-
salem conculcati circa portarum exitus Judæi per-
iere circa 30 millia. Tunc et apud Athenienses
suprascripta est ara, *Ignoto deo*.

*Justini philosophi et martyris, de sermone primo
ad Antoninum imperatorem pro Christianis.* Post
ascensionem Domini in cælo proposuerunt homines
dæmones quosdam dicentes se esse deos; qui non
solum minime repulsi sunt a vobis, sed meruerunt
honores. Simonem quemdam Samaritanum, qui fuit
de castello quod dicebatur Gitio, qui sub Claudio

A Cæsare per operantem dæmonum artem virtutes
magicas faciens in urbe vestra regia Roma deus
existimabatur, et statua a vobis ut Deus honoratur
in Tiberi flumine inter duos pontes, habens super-
scriptionem Latinam hanc: *Simoni deo sancto*. Et
pene omnes quidem Samaritani, pauci autem etiam
in aliis gentibus, tanquam primum deum illum
constitentes adorant.

Mundi anno 5550, divinæ incarnationis anno 50,
Claudius imperat. Apollonius ex Tyanensibus Italiæ
Pythagoricus philosophus pollet, ita ut hunc ipso
quoque Pythagora Philostratus et alii acrioris in-
genii fuisse describant. His temporibus visa est
avis illa Phoenix, quemadmodum scribunt Ægyptii,
quæ ante 654 annos apparuerat. Et Læxippus in
hoc concordat.

Mundi anno 5553, Nerone imperante, divinus
ei Apostolus secundo est præsentatus. Denique
primo cum Nero mitior adhuc erga Christianum
dogma teneretur, audiens rationem ejus dimisit
illum spiritu dispensante ad perficiendam prædi-
cationem. Secundo vero ipse se postulavit a Cæ-
saria Palæstinæ mittendum ad Cæsarem, et ita
demum Neroni astitit et martyrium sumpsit. Unde
Judæi cum vidissent quod in hunc insidias occi-
dendi perficere nequiverant, ad Jacobum fratrem
Domini perimendum conversi sunt.

Mundi anno 5563, divinæ incarnationis anno 63,
Nero imperat, qui super omnia infortunia sua pri-
mam contra Christianos persecutionem monstravit,
cum videlicet Petrus et Paulus divini apostoli pro
Christo martyrii sunt agone coronati, unus quidem
deorsum capite, ut ipse sibi elegit, suspensus,
alter vero capite sancto truncatus. De quibus Ter-
tullianus Romanus scriptor hæc inter cetera refert:
*Hic ergo impugnator Dei in primordiis prædicatus
in apostolorum occisiones elatus est: nam Paulus
apud urbem Romanam capite truncatus, Petrus autem
eculeo est suspensus. Quam historiam credibilem
reddit Pauli Petrique narratio, quæ usque in præsens
in cœmeteriis illic positæ retinetur. His etiam Caius
historicus, vir ecclesiasticus, similia scribit, qui
cum Zephyrino episcopo Romano adversus quem-
dam Proculum Cataphrygem disputans dicit: Ego
tropæa apostolorum habeo, quæ ostendam: si enim
volueris pergere via regali quæ ad Vaticanum ducit,
aut ad viam Hostiensem, invenies tropæa eorum quæ
hanc stabilierunt Ecclesiam. His consona et Dio-
nysius Corinthius scribit, indicans quod per idem
tempus martyrizati fuerunt, ita dicens: Sed et vos
habentes commotionem a Petro et Paulo plantatio-
nem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ conjunxistis.
Et enim simul advenientes et in nostra Corinthio-
rum ecclesia docuerunt et per omnem Italiam,
atque in hac urbe simul docentes etiam martyrio
uno eodemque tempore coronati sunt. Secundum
idem tempus sub Nerone pollebant Romæ poetæ
Lucanus, Ovidius, satyrici Juvenalis et Persius,
Senecaque tragicus, Musonius atque Plutarchus*

philosophi. Romanorum Ecclesiæ post Petrum: A Nerva vir mitis sapienter imperium moderatum. summum Linus exstitit præsul.

Mundi anno 5565, divinæ incarnationis anno 65, Nerone turpiter vita soluto, septimus Vespasianus a militibus apud Judæam imperator Romanorum appellatus est. Apud Italiam vero Galba Hiberiæ prætor veniens Romam imperat mensibus septem; quem Otho unus ex senioribus interficiens imperat Romæ mensibus tribus; quo Vitellius occiso imperat mensibus octo. Hic Sabinum fratrem Vespasiani timore in Capitolium fugientem in templo Jovis peremit et templum subvertit. Verum ipse a Domitiano juniore Vespasiani filio protinus interfectus est. Tito namque seniore filio ad debellandos Judæos derelicto, Vespasianus in Græciam venit gaudens, ut Græci fatentur, in his quæ audiebat B Tyanensi Apollonio de tempore imperii ac cæteris bonis fortioris, loquens cum eo apud Ægyptum, ab Indis et Brachmanis ac gymnosophistis illic degentibus redeunte. Cum ergo venisset in Helladem, cepit refugas civitates. Denique Romam profectus imperavit ornate, Neroni resistens, et substantias ac jura revocans urbis.

Mundi anno 5566, divinæ incarnationis anno 66, Antiochiæ Ignatius episcopus deifer habetur. Igitur primus alienigenarum rex Judæorum Herodes fuit, qui pueros interfecit, annis 37; Archelaus filius ejus annis 9; Herodes frater ejus annis 24; Agrippa, qui et Herodes, filius Herodis, qui esca vermibus est factus, annis 7; Agrippa filius ejus, qui minor dicebatur, annis 25; ad quem usque ab alienigenis detentum regnum Judæorum perduravit annos 100 C primo Herode.

Mundi anno 5575, divinæ incarnationis anno 75, Vesuvius mons sub Tito Vespasiani filio in vertice scissus ignem emisit, adeo ut incenderetur adjacens regio cum civitatibus. Domitianus eunuchis viros jussit, et uxore nuncupari Augustam: qui post Neronem secundus persecutionem intulit Christianis; quorum multi martyrio coronati sunt, ut Bretius scribit; inter quos et Flavia Domicilla, consobrina Clementis Flavii consularis, ut Christiana fogatur, ipseque Clemens pro Christo perimitur. Hujus autem Stephanus quidam ex libertis, circa Clementem dominum suum amoris D affectu detentus, insidiis Domitianum peremit; unde honore a senatu dignus effectus est, eo quod a maximo malo Romanos cruerit.

Mundi anno 5578, divinæ incarnationis anno 78, quartus post summum Petrum Romæ præest Ecclesiæ Clemens, ejus et Apostolus in Epistola ad Philippenses secunda meminit dicens: *Cum Clemente et cæteris cooperantibus meis, quorum nomina sunt in libro vite.* Hujus Epistola fertur ad Corinthios missa, quam tota recipit, ut Egesippus testatur, Ecclesia. Romæ quoque sub Evaristo papa divinitus signa multa, et per totum orbem, effecta sunt.

Mundi anno 5589, divinæ incarnationis 89,

Nerva vir mitis sapienter imperium moderatur.

Mundi anno 5590, divinæ incarnationis 90, Trajanus imperat. Justus Tiberiensis Judæus conscriptor agnoscitur. Tertullianus historice narrat Plinium Secundum quarundam provinciarum gerere præsidatum, et morte plurimos affici Christianos, super quibus hæsitans quid esset agendum, Trajano suggerit nil eos morte gerere dignum, nisi quod idolis non immolarent et Christum veluti Deum anto lucem surgentes laudarent, a malis omnibus abstinentes. Ad quem Trajanus rescribit Christianos nullatenus inquirendos.

Mundi anno 5596, divinæ incarnationis anno 96, Joannem deiloquum et apostolum Irenæus et alii scribunt superstitem usque ad tempora permansisse Trajani, cum quibus Papias Hieropolitanus et Polycarpus Smyrnæ episcopus auditores ejus fuisse noscuntur.

Mundi anno 5600, divinæ incarnationis anno centesimo, Trajanus Lysio Quinto Judæos a Mesopotamia seditiones facientes jussit auferri. At ille pluribus Judæorum millibus trucidatis præses Judææ propterea constituitur.

Mundi anno 5609, divinæ incarnationis anno 109, Ælius Adrianus imperans, Quadrato apostolorum auditori et Aristidi Atheniensi philosopho pro Christianis sibi scribentibus, necnon et Serennio clarissimo duci scribenti injustum fore sine judicio Christianos occidi, scribit Minutio Funano proconsuli Asiæ neminem occidendum non exstante accusatore et crimine.

Mundi anno 5621, divinæ incarnationis anno 121, Hadrianus apud Athenas moratur, illic bibliothecas constituit. Judæis vero pessima sorte punitis bellum quod adversus illos agitabatur finem habuit, excidio Hierosolymis novissime desolatis, ita ut nec lapis super lapidem, secundum divinam vocem, sit in ea relictus. Per idem tempus Phavorinus et Palæmo rhetores insignes, necnon et Herodes Atheniensis et Marcus Byzantius rhetores habebantur. Porro post Joseph Hierosolymorum Judas ordinatur episcopus, ad cujus secundum annum perduravere e circumcissione episcopi 15. Sub quo videlicet perfectum et extremum factum est civitatis et nationis Judæorum excidium. Ergo primus ex gentibus Marcus fuit Hierosolymorum episcopus annis 8.

Mundi anno 5650, divinæ incarnationis anno 150, T. Antoninus cognomento Pius cum filiis imperat. Justinus philosophus pro recti sermonis nostri ratione librum apologeticum Antonino porrexit. Per tempora sane Hygini et Pii Romanorum episcoporum usque ad Anicetum Valentinus et Cerdo auctores Marcionis hæreseos apud urbem Romam fuisse noscuntur. Arrianus philosophus Nicomediensis prætor agnoscitur, necnon et Maximus Tyrius, Apollonius Stoicus, Chalcedonius, Basilides Scythopolitanus. Isti etiam magistri Perissini Cæsaris

orationes communicaret. Unde factum est ut divinus sermo ampliore fiduciam sumeret.

Mundi anno 574, divinæ incarnationis anno 244, Origenes gloriatus circumventionis suæ verbis et gentilibus fabulis tantam amisit coronam, non propter inopiam divinæ bonitatis, sed propter superbium et suasionis propriæ sensum. Verum ista Eusebio Cæsariensi non ita esse videntur, qui nimirum majorem omnibus sanctis atque magistris eum exhibere festinans, in sexto ecclesiasticæ suæ Historiæ sermone, favens ei, multis hunc laudibus extulit, nesciens quæ diceret vel de quibus affirmaret. Nimis enim paucorum sacratorum et beatissimorum Patrum, qui per idem tempus essulserant, memor, h' est Clementis Alexandrini, Hippolyti sacerdotis et martyris, Africani historici et magui Dionysii Alexandrini, necnon et aliorum, solum hujus vana sententia Origenis propectum, quem a puero subsecutus est, præconiis effert, usquequo ad martyrii palmam venturus succubuit. Et quidem super Fabiano sacratissimo martyre ac Romano antistite seu Babyla Antiocheno et Alexandro Hierosolymitano perpaucis verbis historiam texiit: at ubi ad virum sui sensus pervenit, id est ad Origenem, pluribus hunc laudibus et miris declamationibus extulit. Verum quamvis Eusebius plurimis Origenis impit præconiis usus fuerit, sine martyrio tamen passionem ejus reliquit et cursum inconsummatum. Qui enim perseveraverit usque in finem, ait Dominus, salvus erit, non qui patitur et lassescit. Inferit autem Eusebius in deo beato Dionysio episcopo Alexandrino testimonium, Origeni et sociis ejus gratiam præstans, quatenus non appareat solus Origenes in martyrio defecisse, sed habere videatur et alios suæ defectionis participes.

Præterea per hæc tempora Novatus Romanorum Ecclesiæ presbyter, episcopatum indigne desiderans et compos minime factus, eo quod super aliis pravitatibus et maxime avaritiæ, tumoris ac amoris privati vitii deprehensus exstiterit, sese ab Ecclesia separavit, sub obtentu quasi eorum qui Decii tempore in persecutione immolaverant et per pœnitentiam in communionem ab Ecclesia sunt recepti: auctorque ac hæresiarchas eorum qui se mundos per superbiam nuncupabant apparens, una cum ipsis pulsus est de paradiso Ecclesiæ sententia Patrum sanctorum quadraginta, qui synodice convenerunt in urbe Roma, una cum pluribus presbyteris et diaconibus, qui scilicet, abdicato eo una cum inhumanis consentaneis fratribus, qui lapsi fuerant; per pœnitentiam suscipi decreverunt. Porro tanto concilio Cornelius Romanæ præfuit præsul Ecclesiæ; qui etiam scribit ad Fabium episcopum Antiochenum tam quæ synodo placere, quam proprie de malignis Novati actionibus, dicens: *Scis autem quod ab olim desideraveris episcopatum mirabilis iste, occultans præsumptuosum in se desiderium, et latentis superbiæ velamento cooperiens. Ad quam in primordiis idcirco elatus apparuit, quo-*

niam socios ex confessoribus nonnullos habere meruerat. Denique Maximus, unus ex presbyteris nostris, et Urbanus, qui secundo ex confessione gloriam consecuti sunt, Sidonius quoque et Celerinus, vir qui omnia supplicia per misericordiam Dei perseverantissime pertulerit, et firmitate fidei suæ infirmitatem carnis corroborans potenter adversarium vicit, considerantes eum, et perspicientes calliditatem et levitatem quæ inerant ei, perjuriam quoque atque mendaciam, necnon et excommunicationem ejus, reversi sunt ad Ecclesiam, et omnia ejus artificia et molimina, quæ ex multo jam tempore habens subterfugebat et occultabat se, coram multis confessi sunt, hoc quidem episcopis, illud vero presbyteris et laicis quam plurimis cum luctu non modico manifestantes, et resipiscentes, super quibus dolosa malignæque bestię parentes ad modicum tempus ab Ecclesia recesserunt. Et post pauca: Impossibilem, frater charissime, conversionem et transmutationem in brevi tempore vidimus super eos effectam. Clarissimus enim hic, et qui juramenti terribilibus erat solitus affirmare se nullatenus episcopatum desiderare, subito episcopus quemadmodum ex stipite quodam in medium factatus apparet. Iste igitur dogmatista et ecclesiasticæ disciplinæ patronus cum attrahere ac usurpare episcopatum, qui sibi desuper datus non fuerat, niteretur, duos sibi socios propriæ salutis ignaros elegit, quatenus his missis in remotam Italiæ partem inde tres episcopos agrestes et simplicissimos fida quadam circumventionem seducere conaretur, siquidem ipse asseverans affirmabat oportere illos Romam occurrere, quo cuncta dissensio, quæ facta fuerat, una cum aliis intervenientibus episcopis solveretur. Quos prævenientes, sicuti prædiximus, circa malignorum molimina et figmenta simpliciores, et inclinatos a quibusdam sibi similibus et turbatis hominibus, hora decima ebrios et crapulæ deditos, vi coegit imaginaria quadam et inani manus impositione episcopatum sibi tribuere. Ex quibus tamen unus non post multum remeavit ad Ecclesiam lugens et confitens peccatum suum; cui et communicavimus laico, pro eo deprecante universo, qui aderat, populo. Ad loca autem in quibus reliqui episcopi fuerant ordinati successores transmisimus. Defensor ergo Evangelii nesciebat unum episcopum esse oportere in catholica Ecclesia, in quo non ignorabat presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolitos duos et quadraginta, exorcistas autem et lectores cum ostiariis 52, viduas cum afflictis supra 1050. Quos omnes Domini gratia et misericordia nutrit; quæ nec tanta et tam in Ecclesia necessaria per Dei providentiam multitudo, nec dives et multiplex numerus cum maximo et innumerabili populo a tanta desperatione ac tædio convertit, aut ad Ecclesiam revocavit. His inferens post alia dicit: Eia nunc cætera prosequamur, quibus operibus vel quibus conversationibus fuis episcopatum sibi vindicaverit. An forte, pro eo quod ab initio in Ecclesia fuerat conversatus, et multos agones pro ea subiecit, et in

ericulis multis et magnis propter divinum cultum affuerit? sed non est ita. Cui videlicet occasio credendi fuit Satanæ adventus in eum et habitatio in illo tempore multo, et ut adjuvaretur ab exorcistis. Cum sævum incurrisset languorem, cumque mori æstimaretur in lecto quo jacebat, perfusus est gratia, si tamen dicere oporteat hujusmodi quid gratiæ suscepisse. Sed nec cætera consecutus est, cum languorem fugeret, quæ percipere debebat secundum Ecclesiæ regulam. Sed nec signaculum ab episcopo consecutus est. Ergo cum hæc adeptus non sit, quomodo quæso Spiritum sanctum adeptus est? Et rursus infert: Qui propter formidinem et privatam quamdam gratiam tempore persecutionis presbyterum esse se denegavit: postulat enim atque rogatus a diaconibus ut exiret e cellula, qua sese coëcuerat, fratribus auxiliaturus ei, ut fas presbytero esset, pro viribus periclitantibus fratribus et sollicitudinis indigentibus opitulaturus, adeo parere diaconibus recusavit ut etiam hæviendo discederet. Non enim ultra se presbyterum fore asseverans, cum alterius esset philosophiæ amator. Dein post pauxillum subiunxit: Deserta enim clurus iste Ecclesia Dei, in qua credens meruit presbyteratus per gratiam episcopi, qui ad sortem presbyteratus ei imposuit, prohibitus est ab omni clero, sed et laicis multis asserentibus non esse licitum clericum fieri eum causa infirmitatis, qui in lecto positus gratiam sit adeptus. Verum episcopum poposcerunt, ut hoc sibi de isto solo concederet. His addit Cornelius pravisimam Novati impudentiam asserens: Faciens enim oblationes, et disperiens unicuique portionem et tradens, hoc jurare pro benedictione miseros homines cogit, tenens utraque manu manum accipientis, et non dimittens donec jurans hoc dicat: (illius enim sermonibus utar) « Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi quod nunquam me aliquando derelinquas vel ad Cornelium redeas: et infaustus homo non prius gustat quam sibi antea maledicat, et pro eo ut dicat accepto pane illo (1) » Amen, ulterius jam non redeam ad Cornelium » dicit. Præterea Fabio Antiocheno episcopo super Novato claudicanti Cornelius, quæ præmissa sunt, et qualiter eum multi deserentes ad Ecclesiam currant, necessario scribit. In quibus et de beato Moyse martyre meminit, qualiter ipsum Novatum ante martyrium una cum quinque schismaticis presbyteris ejus, deprehendens temeritatem ipsius, excommunicaverit. Additque in epistolæ fine catalogum episcoporum qui adversus eum Romæ convenerant per singula nomina, et parochiarum faciens mentionem, necnon et eorum qui cum ob necessaria obstacula non convenissent, consenserunt tamen propriis litteris divino contra ipsum deprompto judicio.

Mundi anno 5746, divinx incarnationis anno

A 246, Gaius et Volusianus imperant. Cornelius et Lucius circa horum tempora Romani episcopi erunt martyrii florent. Cum plurimi Scythæ, qui Gothi dicuntur, Histrum fluvium sub Decio transmeassent, Romanum imperium devastabant: isti Mysos Nicopolim fugientes obtinuerunt. Decius autem illos aggressus, ut Dexippus scribit, triginta milibus interfectis in confictu minuitur, ita ut Philippopolim desertam ab eis factam amitteret et Thracæ multi perirent. Porro Decius impugnator Dei valde ignominiose occiditur apud Abrytum qui dicitur Forothembroui una cum filio. Scythæ vero eum pluribus spoliis et captivis ad sua reversi sunt. Exercitus autem Gallum quemdam, qui olim consul exstiterat, imperatorem una cum Volusiano Decii filio acclamaverunt, qui et imperant secundum Dexippum mensibus decem et octo, nil dignum laude gerentes, secundum alios autem annis tribus, porro secundum quosdam annis duobus; peremptique sunt prodi a proprio potentatu in foro Flaminii, nequaquam Decii mores sectati, ut quodam in loco beatus Dionysius Alexandrinus, antistes Hermammoni, scribit. His temporibus Gregorius magnus et miraculorum patrator in philosophiæ, quæ secundum Christum est, perfectione fulgebat. Cujus condignam Cæsariensis Eusebius, nescio qua pro causa, mentionem non facit, præsertim cum irrationabilibus declamationibus impij Origenis moretur, quod agere potius super hoc debuerit, qui per universum orbem terrarum personat divinisque verbis coruscat atque prodigijs, ita ut ipsis etiam dæmonibus ut quibusdam mancipijs imperaret per multam ad Deum fiduciam et vitæ et verbi munditiam. Æstimo autem Eusebium ita deificæ virtutis mirabilis et deiferi Gregorii magnitudinem tacuisse, pro eo quod omnimodis purus et alienus ab Origenis deliramentis et Arii blasphemis fuerit, quibus Eusebius erat infectus. Qui nec Cypriani, magni Carthaginis Libyæ præsulis, martyrium scripsit. Primus Cypriano dogmatizanti per lavacrum quosdam, qui ex hæresibus convertuntur, purificandos, Stephanus, qui post Lucium Romanorum moderatus est sedem, restitit, utpote novum quiddam præter Ecclesiæ consuetudinem introducenti. Cui Stephano Dionysius primam suam de baptismo mittit epistolam, in qua inter alia scribit dicens: *Syriæ sane omnes et Arabia, quibus semper misistis, atque Mesopotamia, Pontus et Bithynia, ut conjunctim asseram, exsultant omnes ubique concordia et amore fraternitatis glorificantes Deum.* Præterea idem magnus Dionysius Alexandrinus episcopus de baptismo scribit tam eidem Stephano quam Sixto pontifici et Philomeni presbytero et Dionysio æque presbytero, viro rationabili et mirabili, qui et post modicum Romano præficetur throno.

NOTÆ.

(1) V. Observationes Nic. Rigaltii ad Tertullian. De spectaculis in fine, et Menard. in lib. Sacram. S. Gregor., p. 389 et 391. FARR.

Mundi anno 5748, divinæ incarnationis anno 248, Valerianus et Galienus imperant. Stephanus Sixtus et Dionysius Romanum pontificium gerunt. Paulus Samosatensis decimus quintus Antiochiæ præsul habetur, quique pulsus est divino decreto et iudicio sanctorum Patrum, cum Artemonis hæresim renovasset. Verum post Gallum et Volusianum secundum quosdam Æmilianus sumit imperium. Tunc et Scythæ rursus Histrum transeuntes Thessalonicam urbem Illyrici vastaverunt. Tunc et Athenienses reædificaverunt murum, qui destructus fuerat a Syllæ temporibus. Scythæ autem cum multis prædis ad propria remearunt. Tunc et Heluri cum quingentis navibus per Mæotides paludes ad Pontum navigantes Byzantium et Chrysopolim ceperunt.

Anno mundi 5753, divinæ incarnationis anno 253, Claudius imperat. Heluri etiam rursus sub isto infelicitate operantur. Post Claudium Quintilius obtinuit per dies 17, et mortuus est.

Mundi anno 5764, divinæ incarnationis anno 264, Aurelianus imperat, sub quo aiunt Philostratum Atheniensium historiographum et Longinum pollere. Qui, videlicet Aurelianus, cum persecutio-

nem adversus Christianos movere niteretur, divino fulmine prohibetur, fraudeque suorum oclusus est in Cænophrurio posito inter Byzantium et Heracleiam. Post quem imperat Tacitus; quo perempto imperat Philorhanus; quo interferto imperat Probus.

Mundi anno 5770, divinæ incarnationis anno 270, tertio anno Probo imperante Anatolius Laodiceus episcopus philosophicis studiis decorus agnoscitur. Quarto vero anno ejus vesanorum Manichæorum exitialis perditio vitæ hominum est illata.

Mundi anno 5775, divinæ incarnationis anno 275, Carus cum filiis Carino et Numeriano imperat; quorum unus, Numerianus scilicet, cum venisset Antiochiam, voluit intrare in ecclesiastica et explorare Christianorum mysteria. At vero sanctus Babylas prohibuit eum, dicens: *Non licet tibi videre divina Christianorum mysteria, cum sis pollutus idolis sacrificiis*; qui indignatus occidit eum. Circa hæc tempora Felix Eutychianus et Caius Romæ pontifices exstiterunt. Porro Numerianus cum triginta tantum diebus regnasset, a socero suo interfectus est, et Diocletianus sumit imperium.

ABHINC HISAACIUS, QUI ET THEOPHANES.

Mundi anno 5777, divinæ incarnationis anno 277, Diocletianus et Maximianus Herculus imperant, qui Cæsares fecere Constantium et Maximianum Galerium. Et Diocletianus quidem filiam suam ad nuptias Galerio dedit, Hercules autem Maximianus Theodoram filiam suam Constantino copulavit, quanquam uterque uxores haberet, quas repulit ob affectum quo erga imperatores flagrabat. Tunc quoque Marcellus episcopus Romæ floruit. Diocletianus et Maximianus Herculus persecutionem magnam et horrendam contra Christianos excitaverunt, et plurima martyrum millia patravērunt, diversa tormenta excogitantes et multas nequitias operantes.

Mundi anno 5788, divinæ incarnationis anno 288, Diocletiano imperante Romæ præsul Eusebius habetur. Qui, videlicet Diocletianus, apud Alexandriam Achilleum interfecit. Erat autem cum ipso et Constantinus filius Constantis, qui cum adhuc valde juvenis esset, fortiter agebat in præliis; quem intuens Diocletianus invidia motus dolo perimere satagebat: Deus autem hunc inopinate salvavit et patri restituit. Alias autem ita refertur. Constantino vero filio Constantii in Oriente ac Palæstina degente et cum Christianis sentiente, videns hunc Galerius Maximianus intellectu animæ ac corporis robore atque ingenio circa eruditionem

proficere, et deprehendens hunc futurum tyrannidis et ejus dogmatum destructorem, hunc morti addicere fraude tractabat. At ille divina providentia fraude cognita, quemadmodum David, fuga salutem mercatur, et ad patrem suum salvus rediens multas cum illo gratias Christo, qui se salvavit, agebat. Circa hæc sane tempora Miltiades et dein Silvester Romanæ gerunt Ecclesiæ præsulatum. Porro Theotecnus divinus, cui parens Galerius Maximianus, cum dæmonibus immolaret et responsa susciperet, adversus Christianos persecutionem commovit, monitiones salvatoris finxit, et ad omnia loca in injuriam misit, et litterarum magistris pueros docere præcepit, studens quo derideretur mysterium nostrum. Præterea Constantius in Britannia moritur, cum imperasset annis undecim; qui pro se Constantinum pronuntiaverat imperatorem, primogenitum filium suum, in conspectu totius populi, præsentibus quoque cæteris filiis suis, Constantini compatriotis, Constantio scilicet et Anaballeno, qui et Dalmatius dictus est, qui nati fuerant ex Theodora filia Herculi: nam Constantinus ex Helena fuerat, priori Constantii conjugē. At Constantius horum pater nepos erat Claudii imperatoris, ex filia ejus genitus. Porro Eusebius Cæsariensis dicit quod Diocletianus amens effectus una cum Herculo imperio deposito privatam vitam ac-

ripuerit; quorum unus quidem suspendio vitam mutaverit, alter vero, id est Diocletianus, languore prolixo consumptus emaruerit. Cæterum Gelasius, ejusdem Cæsariæ antistes, dicit quod pœnitentia ducti, et denuo Imperare volentes, communi senatus decreto perimuntur. His ergo de medio factis, et quæ Christianitatis sunt sentiente Constantio defuncto, imperium, ut prædixi, obtinere Constantinus Augustus, et Maximianus Galerius.

Mundi anno 5797, divinæ incarnationis 297, Constantinus sacratissimus et christianissimus imperat in Galliis et Britannia; cum quo per idem tempus pariter imperabat Maximianus Galerius cum duobus Cæsaribus Severo et Maximino. Romæ autem Maxentius tyrannus injuste imperans omnia sæve operabatur. Tunc et Licinium Cæsarem Romanum appellavere, gratiam Constantino præstantes, cum esset sororis Constantiæ nuptiis honoratus, quique pietatem Christianæ religionis fallaciter simulabat. Interea Severo mortuo Petrus episcopus Alexandrinus, cum esset in custodia præcepto Maximiani Galerii et Maximini filii ejus, capite reciso glorioso martyrizatus est; qui Arium diaconum existentem absque communione fecit, qui et post hæc pessimæ opinionis hæreseos patronus effectus multos a pietate removit. Multi vero et alii sub istis tyrannis martyrii pro Christo corona induti sunt, quorum sunt Phileas episcopus Thmæos Ægypti, Peleus et Nilus episcopi Ægypti, Anthemus episcopus Nicomedie, Tyrannio episcopus Tyri, Silvanus episcopus Henisæ et Silvanus episcopus Gaze, Lucianus presbyter Antiochiæ, Zenobius presbyter Sidonis, Pamphilus presbyter Cæsariæ, atque alii innumeri. Denique Galerius Maximianus omne præcepit Christianorum exterminium (2) fieri, non tantum propter impietatem suam quantum ob rapinam patrimoniorum ipsorum.

Porro Constantinus sexto imperii sui anno in destructionem tyrannorum surrexit. Maxentius autem impius facto in fluvio, qui circa urbem Romanam decurrit, ex navibus ponte contra magnum Constantinum aciem dirigit, qui Maxentii pavebat maleficia parvulus incidentis propter divinationes nefarias. Cumque in hæsitazione multa consisteret, apparuit ei, hora sexta diei, pretiosa crux ex luce formata, habens superscriptionem, *In hoc vince*. Astitit autem ei Dominus in visione noctis, et dixit: *Utere quod ostensum est tibi, et vince*. Tunc cruce aurea formata, quæ est usque in hodiernum diem, jussit ut ante se portaretur in prælio; factaque congressione superati sunt qui circa Maxentium fuerant, plurimis ex his interemptis. Maxentius autem cum residuis fugiens, ponte divina virtute discisso, in flumen demergitur, quemadmodum Pharo quondam cum omni exercitu, ita ut amnis necatis equis cum ascensoribus impleteretur.

At vero cives Romani, qui hunc poposcerant ut in suum exurgeret adiutorium, a maligni Maxentii tyrannide liberati civitatem coronant, cum gaudio victorem Constantinum una cum victoria faciente cruce suscipientes, et hunc salvatorem cum gaudio acclamantes.

Mundi anno 5803, Constantinus septimo imperii sui anno, cum divina ope Romam obtinuisset, autem omnia corpora sanctorum martyrum colligi et sanctæ sepulturæ tradi præcepit. Et erant Romani triumphalem festivitatem agentes et Dominum colaudantes, nec non et vivificam crucem per septem dies et Constantinum victorem magnificantes.

Constantini anno 9 Maximinus filius Galerii, insiliens et sibi imperium reflectens, turpiter in Cilicia vitam finivit. Audiens autem Maximianus Galerius pater hujus Maxentium filium Herculi Romæ a Constantino per virtutem crucis aduersum, timuit, et persecutionem quam adversus Christianos agitabat cessare fecit.

Constantinus autem decimo imperii sui anno una cum Licinio Cæsare, zelo Dei ductus, castra movit adversus Maximianum Galerium, qui moderabatur Orientem. At ille contra restitutus cum immensa multitudine aggressus est eos, fusus divinationibus dæmonum et maleficis adinventionibus. Cumque vivifica crux magnum præcederet Constantinum, tyrannus una cum congressione in fugam versus, dum multitudo caderetur, imperatoriam vestem deposuit, et militari circumdatus habitu, paucis ex fautoribus secum comitantibus, a villa in villam fuga clandestina properabat, et non solum sacerdotes idolorum et in magicis artibus diffamatos, sed et vates eorum collectos, utpote deceptores, occidit.

Interea Constantinus cum 11 gereret imperii annum, et vivum Galerium Maximianum easet aggressurus, divina præveniens ira comprehendit eum: flamma enim de medio viscerum et medullarum succensa cum dolore intolerabili primum super terram anhelantem præstravit, ita ut uterque oculus ejus exsiliret, et cæcus, ut re vera, scelestus relinqueretur. Porro cum carnes ejus putrefactæ præ innumerabili ossium incendio caderent, ipse impugnans Deum projecit animam.

Duodecimo anno imperii sui Constantinus Licinio, qui secum certare videbatur et dolose Christianismum simulabat, segregans partem Romanorum terræ largitus est, appellans eum imperatorem, et extorquens ab eo fœdera nil se contra Christianos acturum. Et hinc tyrannorum gratia Dei persecutio conquievit.

Mundi anno 5810, divinæ incarnationis 310, quarto decimo imperii sui anno Constantinus totius Romani orbis monocrator effectus omnem cu-

NOTÆ.

(2) *Exterminium*. Utitur Tertullianus *adv. Jud.* c. 8 et 11 et *adv. Valentinianos* c. 16. Interpret *epistolæ S. Barnabæ*. FABR.

ram transtulit ad divina, ecclesias erigens et liberaliter has ex ratione publica ditans. Iste primam legem scripsit, idolorum templa his tradi quæ Christo sunt deputata. Cum eo sane leges proferebat Crispus filius ejus. Secundam vero, Christianos solos militare gentibusque ac exercitibus principari, eos autem qui permanerent in idololatria, capitalem subire sententiam. Tertiam, duas paschales hebdomadas, unam scilicet ante et alteram post resurrectionem, sine labore cujusquam operis celebrandas. His ita gestis pax profunda et tranquillitas obtinuit orbem et exultatio fideles, concurrentibus assidue omnibus nationibus ad fidem Christi, et baptizatis, ac patria conquassantibus simulacra.

Quinto decimo imperii Constantini anno Licinius cepit contra Christianos persecutionem movere; et primo quidem Christianos qui erant in palatio persecutus est, oblivioni tradens destructionem præcedentium tyrannorum et pactorum magno Constantino factorum. In feminas autem furiendo et opprimendo atque Christianos occidendo minime quiescebat. Huic per litteras Constantinus jubens ab hujusmodi vesania recedendum, nequaquam compescuit. Hinc etiam et Basilea episcopum Amasiæ, et ut quidam aiunt, etiam sanctos quadraginta martyres et alios multos finire per supplicia fecit.

Sexto decimo anno imperii Constantini Arius ab insania cognominatus apud Alexandriam hæresin suam in ecclesia manifestavit et schisma operatus est, cooperante sibi maligno adversario, qui non fert videre pacem Ecclesiæ. Factus est autem et terre motus Alexandria gravissimus, ita ut caderent domus multe ac populus plurimus interiret.

Septimo decimo imperii sui anno Constantinus comperta Arij commotione valde tribulatus scripsit Alexandro et Ario communem epistolam, consilium dans nequam commotionem solvendi et ad pacem mutuam redeundi. Misit autem et Osiurn episcopum Cordubæ Alexandriam contra Arium et ad Orientem, correcturus Orientales Pascha pejus quam Judæi ex antiqua consuetudine celebrantes. Reversus est autem ad utrumque inefficax. Hoc etiam anno Constantinus Constantem filium suum Cæsarem fecit et misit in Gallias.

Octavo decimo sane imperii sui anno, ut quidam dicunt, Constantinus cum Crispo filio suo Romæ a Silvestro baptizatus est. Quotquot enim in seniori Roma consistunt usque hodie, baptisterium habent in testimonium, quoniam a Silvestro Romæ baptizatus est post tyrannorum peremptionem. Orientales autem apud Nicomediam aiunt eum circa mortem ab Eusebio Nicomediensi Ariano baptizatum, ubi et contigit eum dormisse: differebat enim, inquit, baptismum, sperans in Jordane flumine

A baptizari. Mihi autem verius apparet quod Romæ a Silvestro fuerit baptizatus, et quod nominatæ Constitutiones, quæ ad Melchhiadem feruntur, ab Arianis fictæ sint, qui gloriam hinc sibi festinant acquirere, vel etiam piissimum principem lacerare, dum scilicet ex hoc volunt eum non baptizatum ostendere, quod est irrationabile atque falsissimum. Si enim non erat in Nicæna synodo baptizatus, ergo nec diviuorum participator mysteriorum, nec orabat eum sanctis Patribus, quod nequissimum est et dicere et sentire. Quidam vero Arianorum atque paganorum quasi spurio magno detrahunt Constantino, quanquam et ipsi mentiantur. Genealogia enim ejus regia erat, et antequam Diocletianus esset. Constantius enim pater ejus nepos fuit Claudii imperatoris, et ex Helena priori uxore sua Constantinum habuit magnum. Cæterum habuit et filios ex Theodora filia Maximiani Herculi, quæ soror erat Maxentii, qui tyrannidem apud Romanam urbem exercuit, quique peremptus est a Constantino apud Molbium pontem, quando et crucis signum vidit in cælo, atque Fausta uxoris magni Constantini: et nemo miretur si ante baptismum, cum adhuc paganos ritus servarent, duas sorores duxerant pater et filius. Sunt autem generationes eorum sicut inferius annotantur.

CONSTANTIUS

ex Theodora filia Herculi gignit	ex Helena vero gignit
Constantinum, patrem Galli Dalmatici, ex quo fuit Dalmaticus junior, Juliani prævaricatoris frater.	Constantianum, uxorem Gallus. Licinii.

MAGNUS AUTEM CONSTANTINUS

ex Fausta filia Herculi gignit
Crispum, Constantium, Constantinum, Constantem, et Helenam uxorem Juliani refugæ

Mundi anno 5815, divinæ incarnationis anno 515, nonum decimum imperii sui annum pius Constantinus agebat; qui videns Licinium persecutione solito insanius abutentem et contra benefactorem consilium meditantem, armatur adversus eum per siccam (5) et mare. Cumque publicum prælium ageretur, vivus Licinius in Bithynia penes Chrysopolim comprehenditur et Constantini manibus traditur, qui consueta humanitate usus ei vita donata Thessalonicam mittit carceri mancipandum. Verum non multo post barbaris mercede conductis futurum erat ut rebellionem pararet, nisi hoc mitissimus Constantinus prænoscent gladio hunc recidi jussisset. Et sic de cætero perfecta freta sunt tranquillitate Christianorum conversationis negotia, per virtutem scilicet vivificæ crucis fugatis tyrannis, et singulariter obtinente divinitus adjuto Constantino Romanum imperium. Constitutis ergo pueris suis Cæsaribus optata pace potitus est. Erat autem vir per omnia clarus in virtute animæ, in

NOTÆ.

(5) Sicca sive arida pro terra, ut psalmo xciv: τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπλασαν. Γκαρ.

acumine sensus, in eruditione verborum, in acquitate justitiæ, in asperitate beneficentiæ, in decore vultus, in bellorum virilitate ac felicitate, in barbaricis magnus, in contribulibus insuperabilis; unde et contra omnes hostes victoriam orationibus obtinebat.

Mundi anno 5816, divinæ incarnationis anno 316, vicennalia imperii celebrata sunt Constantini Augusti, et facta est sancta et universalis prima synodus 318 Patrum, quorum multi miraculorum erant patratores et coangelici viri, stigmata Christi in corpore suo ferentes. Pro Romano autem Vitus et Vincentius aderant. Hæc sancta synodus Arium et consentaneos ejus deposuit, excepto Eusebio Pamphili, qui ad præsens homousii se tenere fidem voce profitebatur. Impius itaque Arius cum in synodo præsens adduceretur, Eusebius Nicomediensis et Theognis et Maris et Narcissus et Theopantus et Patrophilus hunc defendere moliebantur; qui componentes fidei verbum blasphemum synodo porrexere. Quod cum disruptum esset, hi qui fecerunt illud reversi damnaverunt Arium, exceptis Secundo Ptolmaidis Ægypti et Theona Marmaricæ. Quibus cum Ario repulsis et anathematizatis (4) sanctum symbolum fidei dictavere, subscribentes omnes cum augustissimo imperatore; et laude dicta solutus est cætus, anno quo Byzantium cæpit ædificari. Celebrata est igitur sancta synodus indictione 12, mense Maio, die 20, quæ scripsit epistolam in Alexandriam, Libyam et Pentapolim, per quam innotuit (5) ejectionem Arii, Secundi et Theonæ. Significavit autem et de Meletio, quod seorsum in civitate propria tacitus resideret. Eos vero qui ab ipso manus impositionem acceperant, magis mystica sacratione firmendos. Scripsit etiam de Pascha, id ulterius cum Judæis nullatenus efficiendum, sed secundum formam quæ per Italiam custoditur, in Dominica die potius celebrandum. Similiter et piissimus imperator epistolas scripsit ubique jubentes eadem quæ sancta synodus promulgaverat, et firmantes. Præterea cum imperii sui festivitas vicennalis instaret, omnes Patres ad convivium vocat, cum illis pariter convivatus; quos decenter honorans Paphnutii et similibus confessorum loca, ex quibus in persecutione oculi fuerant effossi, vel etiam cætera membra truncata osculabatur, sanctificationem ex eis lucrificare sperans. Porro libellos quos contra invicem quidam porrexerant igni tradidit iurejurando firmans, si vidisset episcopum mæchantem, se alacriter hunc operitutum. Multa quoque omnibus ecclesiis

A dona largitus, principibus singularum nationum honorare sacerdotes præcipiebat, et ita omnes gaudentes absolvit. Ædificavit autem Constantinopolim, qua summa liberalitate ditata in illustribus domibus eos qui ab urbe Roma erant viri rationabiles collocavit; et ex aliis locis secundum genus eligens, et domos magnas eis tribuens, ut habitaretur civitas egit. Tunc etiam et templum sanctæ Sophiæ et sanctæ Irenæ et apostolorum et sancti Mocii et archangeli Dei amicus princeps ædificavit. Tunc funditus templo Asclepii penes Ægas et Veneris in Aphacis sito destructo, atque aliis multis eversis, horum reditus donavit ecclesiis. Tunc multæ gentes ad baptismum accedere miraculis actæ, quæ patrata sunt a captivis sacerdotibus, qui fuerant sub Galieno imperatore captivati; et prius quidem ex Gothis et Celtis atque Galatis Hesperiarum partium, qui contra Romanos fuerant nisi, nunc autem et sub victore Constantino plurima multitudo gentium illuminata est ad Christum concurrens. Nam et interiores Indi et Iberes, uti Rufinus scribit, similiter et Armenii perfecte sub ipso crediderunt, per Teridatem regem et Gregorium episcopum suum salutem accipientes. Tunc et Dorotheus episcopus Tyri, qui multa sub Diocletiano mala perpeccus exilia et tormenta pertulerat, pollebat, numerosa scripta conficiens Latina simul et Græca, utriusque nimirum dictionis non modicam experientiam consecutus, et multarum per ingenium rerum gnarus effectus. Illic diligenter etiam super episcopis Byzantii ac aliorum multorum locorum historiam texuit; qui et in synodo repertus est, et ad propriam parochiam (6) remeans perduravit usque ad refugam Julianum. Et quoniam non manifeste, sed occulte per iudices execrabilis vir in Christianos debacchabatur, iterum beatus Dorotheus pergit Odysopolim, ubi et comprehensus a iudicibus Juliani, multisque effectus verberibus, in suprema senectute pro Christi confessione supplicii obit, cum jam 107 annorum esset.

Mundi anno 5817, divinæ incarnationis 317, Judæi et Persæ videntes Christianissimum in Perside magis ac magis pollere, detrahunt Simeoni archiepiscopo Ctesiphontis apud Saborem Persarum regem, quasi amico imperatoris Romani et Persiarum delatori negotiorum. Quamobrem persecutione magna in Perside mota multi pro Christo martyrio sunt adornati; inter quos Heustazades pedagogus Saboris et Simeon et super alios multos centum clerici et episcopi una die martyrizati sunt.

NOTÆ.

(4) *Anath.* Hist. Trip. 12, 6: « anathematizaverunt. » Sic enim nos Christiani contra blasphemos prolatum solemus appellare decretum. FABR.

(5) *Innotuit.* Anastasius in exilio S. Martini: « Potui ei scribere ac innotescero omnia quæ de ipso diffamabantur. » Ludovicus imp. in præc. ap. Flod. 1, 19: « Quia Ebo clementiæ nostræ innotuit quia. » — *Id.*

(6) *Parochiam.* Παροικίαν quidam mahunt, *parochiam.* Sed promiscue utrumque usurpatur. Avitus Viennensis ep. 90: « In parochia Eponensi. » Epiphanius Scholast. Trip. 1, 14: « In nostra igitur parochia. » Idem tamen frequentius *paraciam* vertit, ut II. 12 et IV. 24, V. 28 et 54, XII. 22; idque rectius est. *Id.*

et innumerabilis alia multitudo; ex quibus insignium decem et octo millia martyrum numerarunt, tormentis horribilibus et a natura extraneis a Sapore perempta. Per idem tempus et B. Helena dormivit in Domino annorum octoginta, multa filio mandans pro pietate quæ Christo debetur. Sepulta autem est in templo SS. apostolorum apud Constantinopolim, quod ædificavit filius ejus Constantinus ad sepeliendum mortuos Christianos imperatores. Prima vero in eo B. Helena est sepulta, monumentis claris et vigiliis honorata. Porro sacræ virgines, quarum mensis astans per semetipsam quasi famula ministrabat, divinis hanc monumentis prædicabant sine cessatione beatam.

Mundi anno 5818, divinæ incarnationis 518, Constantius cum 22 imperii gereret annum, per virtutem S. crucis Germanos, Sarmatas et Gothos extremæ servituti subegit. Tunc Eusebius Pamphili symbolum fidei a sanctis Patribus apud Nicæam expositæ omnem orthodoxiam habere testatur scribens suis concivibus et interpretans dicta secundum sensum. Athanasius autem in epistola ad Afros missa testimonium perhibet Eusebio, quod suscepit vocem consubstantialitatis (7). At vero Theodoritus dicit hunc concordem Ariarum, Eusebii scilicet Nicomediensis et eorum qui cum ipso sentiebant, fuisse. Unde et depositioni sacratissimi Eustathii Antiocheni consensit; cum quibus et imperatori persuadens hunc juste depositum egit ut apud Illyrium in exilium mitteretur.

Constantini vigesimo tertio anno in imperio percurrente, apud Antiochiam octagonum templum (8) cæpit ædificare; qui cum vigesimum quartum imperii ageret annum, Danubium transiens pontem in eum lapideum fecit, Scythasque subegit.

Porro vigesimo quinto imperii sui anno Constantinopolim novam Romam nuncupari decrevit, Marco Romæ præsulatum gerente. Constantinus præterea vigesimum sextum imperii sui gerens annum, extendit persecutionem suam in destructionem idolorum atque templorum. Per idem tempus et Athanasius Alexandrinus antistes habetur. Vigesimo septimo nihilominus imperii ejus anno Julius papa Romanus agnoscitur.

Mundi anno 5825, divinæ incarnationis anno 325, in Oriente fames facta est, ita ut modius frumenti 400 fieret argenteorum, imperante Constantino anno vigesimo octavo; cujus vigesimo nono imperii anno Arius ab exilio per fictam poenitentiam revocatus et Alexandriam missus non est receptus ab Athanasio.

Tricesimo anno imperii Constantini ejus tricennalia celebrata sunt, quando stella in cælo apparuit, apud Antiochiam interdiu contra orientalem partem fumigans vehementer, tanquam ex camino,

Ab hora tertia usque ad horam quintam. Arius autem cum Nicomediensi Eusebio et sectatoribus suis insurrexere cum juramento libellos orthodoxiæ porrigentes imperatori, silenti eorum qui divisi fuerant unitatem; et persuasere ei mentientes quod concordarent cum Patribus qui apud Nicæam convenerant. Siquidem his credulus imperator indignatus est adversus Athanasium pro eo quod Arium et Euzoium non suscepit, qui ab Alexandro depositi fuerant, cum Euzoii diaconus esset.

Porro primum et tricesimum imperii sui annum Constantino agente, Eusebius et hi qui cum ipso erant, inventa occasione adversus Athanasium decertabant utpote contra pugnatores rectæ fidei; cum quibus et Meletiani conveniebant. Et primo quidem ejus detrahebatur ordinationi, quamquam Apollinarius Syrius magna super Athanasii ordinatione testetur; secundo vero de linea veste, qua indui sanctum inimici calumniabantur; tertium super Philumeno, cui aurum multum hunc misisse mendaciter asserebant in insidias imperatoris. Accersito autem Athanasio imperator, et cuncta falsa reperiens, cum epistola et honore Alexandriam hunc remisit. Deinde Ariani diversis Athanasio apud imperatorem accusationibus derogantes, post multa cum juramento dicere præsumpsere quia Minutianum audivimus Athanasium, et prohibentem frumenti delationem quæ veniebat ab Ægypto Byzantium; unde et commoto in iram amico Christi principe, egere ut exilio relegaretur magnus Athanasius apud Tiberim Galliæ civitatem.

Porro tricesimo secundo imperii Constantini principis anno Persæ contra Romanos prælium indicavere. Tunc Constantinus cum transisset in Nicomediensium civitatem contra Persas præliaturus, languore præventus in pace dormivit. Tunc, ut quidam eorum qui cum Ario sentiunt aiunt, ab Eusebio Nicomediensi Constantinopolim translato sanctum meruit baptismum percipere; quod mendacium est, sicut superius est comprobatum: Romæ quippe a Silvestro baptizatus est, quemadmodum et præostendimus. Vixit autem per omnes dies vitæ suæ annis sexaginta quinque, cum imperasset annis triginta uno et mensibus decem.

Mundi anno 5825, divinæ incarnationis anno 325, cum Constantinus magnus et sanctus quievisset, tres filii ejus obtinere Romanos, et Orientem quidem Constantius, et Constantinus Italiam. Sed et Constantinus primo quidem homousio recepto, postmodum mentis levitate mutatus est, seductus ab Ariano presbytero et Eusebio eunuchorum primo atque Nicomediensi Eusebio.

Tertio itaque imperii Constantii anno Constan-

NOTÆ.

(7) *Consubstantialitatis*. Utuntur ea dictione Facundus et interpres Tripartitæ. FABR.

(8) *Templum*. *Κυριακόν*, Dominicum. Rufinus

Aquil. interpres Hist. eccl. Eusebii, 9, 9: «Orationum domos, i. e. Dominica sua.» Vide quæ diximus ad l. 3 c. Theod. de pagan. sac. et temp. &c.

tinus filius magni Constantini, profectus ad partes fratris sui Constantis et bellum aggressus, a milibus occisus est, et tenuit Constans solus totius Hesperiae terram. Porro Constantius in Oriente gerens imperium Gallum et Julianum tradidit erudiendos in villa Demacelle vocata, quæ juxta Cæsaream est Cappadociæ sita. Hi duo fratres lectores facti sunt, et ecclesiam ædificare S. Matæ martyri curaverunt. Verum in parte qua Julianum conservare contigit, terra quod ædificabatur nullo modo recipiebat. Porro detonsis capillis monasticum studium simulabat. Constantius autem et Constans leges edidit, Judæum non emere servum, alioquin auferri eum et publicis rationibus tradi. Porro si et circumcidere ausus fuerit servum, gladio puniri talia præsumentem.

Mundi anno 5834, divinæ incarnationis anno 334, Julius Romanum gerit pontificium. Constantius de Assyriis triumphavit, Sabor Christianos regni sui persequitur, Constans vero Francos devastavit. Per idem tempus terræ motu ingenti facto Neocæsarea Ponti cecidit, excepta ecclesia et episcopio (9) et ibidem reperti viris religiosi. Tunc et Paulus confessor ordinatur episcopus Constantinopoleos. Sane Constantius cum octavum imperii sui annum geret, Alexandrini Gregorium, qui more latronis super Athanasium insiliit et sedem per sex annos obtinuit, occiderunt. Sequenti vero anno Dyrrachium Dalmatiæ a terræ motu corruptum est, et Roma per tres dies commota dispendia pertulit. Circa hæc autem tempora Liberius Romano throno præsedit. Verum Athanasius et Paulus, et quotquot pro rectitudine sermonis ejecti fuerant, Romam ad Julium confugerunt, et unusquisque de se Julium docuit; quos ille cum litteris ecclesiis suis restituit. Athanasius autem et Paulus et hi qui cum ipsis erant, litteris Julii papæ Romani freti, thronos proprios receperunt. Interea terræ motu magno in civitate Beryto Phœnicis facto plurima pars ejus corruit, ita ut multi gentiles ingrederentur ecclesiam, se ritum Christianum servaturos more nostro spondentes. Hinc insurgentes quidam formas ecclesiæ quodammodo fraudantes rescaverunt, et locum orationis cognominantes in ipso multitudinem receperunt, cuncta quæ sunt Ecclesiæ imitantes, similiter apud nos effecti ut Samaritensium hæresis gentilibus penes Judæos viventium. Cæterum Constantius Liberio scribenti sibi pro homousio et sacratissimo Athanasio iratus mittit, et hunc exilio relegari præcepit apud Bretaniam Thraciæ. Tuncque pro illo Felicem consecraverunt, qui diaconus fuit ecclesiæ et Nicænum amplexabatur concilium. Porro jussione imperatoria synodus congregata est apud Mediolanum, Occidentalium quidem trecentorum episcoporum, Orientalium vero valde paucorum. Porro soluta est

A inefficax, Occidentalibus non recipientibus molimina quæ adversus sacratissimum Athanasium denuo parabantur. Sane Romanis postulantibus coactus revocat Liberium et sedi restituit. Felix vero egressus urbem ulterius minime rediit; cui succedit Damasus. Interea Constantius decimo octavo imperii sui anno Gallum, quem Cæsarem factum Constantium cognominavit, interfici jubens, Julianum hujus fratrem in custodia retinebat. Eusebius vero conjux Constantii hunc postulatam Athenas transmisit; quo cum pervenisset, studia instituebatur gentilia, bonis fundamentis superædificaturus malitiam, et non sicut oportebat ista secutus.

Mundi anno 5847, divinæ incarnationis anno 347, Maximum Hierosolymitanum deposuerunt Acacius B Cæsariensis et Patrophilus Scythopolitanus, cum essent Ariani, et subrogaverunt pro eo Cyrillum, putantes eum habere concordem. Tunc signum crucis apparuit in cælo die Pentecostes, speciem luminis habens, extensum a Golgotha usque ad montem Olivarum; in circuitu autem apparentis signi corona erat, habens velut Iris speciem. Hoc autem et Constantio eadem die apparuit. Hujus autem Cyrilli fertur epistola ad imperatorem Constantium, in qua piissimum eum vocabat. Unde quidam ei quasi Ariano derogant, dicentes hunc etiam homousii vocem tacuisse in institutionibus, quas exposuit ad profectum imperitarum plebium, ad baptisma propter miracula vivificæ crucis accedentium. Falluntur autem atque delinquant: oportebat enim et imperatorem ex simplicitate et non ex affectu versutiis Arianorum in hæresim surreptum, et a paganismo nondum perfecte conversum, piissimum dispensatorie dicere, ac homousii vocem interim tacere, quæ plurimos adhuc turbabat et baptizandos inimicorum contradictione recidebat, cæterum per dictiones vim æqualem significantes homousii vocem exprimere; quod et fecit beatus Cyrillus, Nicænam fidem secundum dictionem aperiens, et Deum verum Filium ex Deo vero Patre præconans. Porro Athanasius et Paulus mortuo implo Eusebio Constantinopoli, ubi præfuerat, iterum Romam ad Julium descendunt episcopum et ad Constantem imperatorem fratrem Constantii. D Populus autem Eusebio defuncto Paulum throno Constantinopoleos reddunt, dicentes quod Romam ad Julium profectus fuerit et ab eo cum litteris remeaverit. Quo comperto Constantius indignatus jubet Philippo præfecto Paulum insequi et Macedonium restituere throno. Præfectus autem populum metuens, Paulum Thessalonicam, ex qua ortus fuerat, usus ingenio destinavit. Imperator vero etiam tunc Athanasio necem minabatur inferre, quam ille timens fugax denuo Romam perrexit. Cui protinus Paulus quoque veniens a Thessalonica sociatur; qui abeuntes Constanti quæ passi fuerant

NOTÆ.

(9) *Episcopio*. Flodoardus 1, 20: « Sicque profectus in suum reversus episcopium. » FABR.

(10) *Quo* — *secutus*. Hæc de suo addidit Anastasius. Id.

nuntiarunt, qui condolens sanctis scribit Constantio ut aut redderet Paulo et Athanasio proprias sedes, aut certe praelium contrascesciret movendum. Hortatus autem est eum quo synodus apud Sardicam fieret, in qua Hesperiarum convenire episcopi trecenti, Orientales autem triginta sex. Isti Occidentalibus resistebant, petentes expelli prius Athanasium et Paulum. Osius autem Cordubensis episcopus et Prologenes Sardicensis passi non sunt quo minus adessent sancti Athanasius simul et Paulus. Tunc Orientales penes Philippopolim convenientes impudenter homousium anathematizaverunt: qui vero apud Sardicam orthodoxi sunt inventi, anomœum anathematizantes, rectum apud Nicæam expositæ fidei terminum firmaverunt. Porro reddidere thronos Athanasio et Paulo atque Marcello Ancyrano, consentienti homousium et rationem pro se reddenti, quod non intellexerint scripta sua hi qui se accusationibus impetebant. Interea Constantius vigesimo primo anno Romam contra Magnentium dimicaturus venit, ubi ab Eusebia propria uxore rogatus Julianum ex carcere ductum Cæsarem facit et in Gallias mittit, copulans ei ad nuptias sororem suam Helenam, quæ et Constantia dicta est.

Mundi anno 5850, divinæ incarnationis anno 350, facto magno terra motu Constantinopolis diruta est. Deinde mortuo Constantio vigesimo quarto imperii sui anno Julianus monocrator effectus impudenter vivebat atque gentilitèr, sanguine sacrificiorum sanctum baptismum diluens, et cuncta faciens quibus demones placari suescunt.

Mundi anno 5856, divinæ incarnationis anno 356, Jovianus chiliarchus, vir mitissimus et orthodoxus Christianus, imperator Romanorum ab omni exercitu ac magistratibus atque consulibus in eodem loco terræ Persarum, in quo prævaricator interit, nuncupatur; qui recusabat imperium, asseverans non se posse principari exercitui qui paganus sub Juliano sit factus; ad quem omnes unanimiter clamare se Christianos esse. Scripsit præterea Jovianus sacratissimo Athanasio immaculatæ fidei sibi significari in scriptis acribelam; quod et fecit, totius orthodoxiæ Joviano epistolam scribens. Unde Jovianus robustior in orthodoxia effectus his qui prædicabant homousium multa donavit, et sine tributo manere constituit.

Quo defuncto acclamatus est Valentinianus Augustus a militibus; qui continuo perveniens ad regiam urbem Valentem fratrem suum communicatorem sui fecit imperii, largitus ei partes Orientales, sibi retentis Occidentalibus. Interea Valentinianus Augustus Gratianum filium suum Augustum appellavit, communicatorem imperii patris, et consulem ante pronuntiatum, et Valentem fratrem suum imperatorem. Orthodoxi autem accesserunt ad Valentinianum per Hypatium episcopum Heracliae, deprecantes quo fieri conventum præciperet super correctione dogmatis homousii. Ad quos Valentinia-

ANUS: *Mihi, inquit, cum subiecto populo de huiusmodi negotiis curiose agere fas non est. Ut ergo videtur vobis sacerdotibus, facite.* Tunc venientes apud Lampsacum, et duobus illic mensibus commorati, novissime irrita fecere quæ ab Eudoxio et Acacio Constantinopoli sunt patrata, tenendamque fidem apud Seleuciam expositam decreverunt. Sed impius Valens, quæ apud Lampsacum gesta sunt, destruxit, et episcopos, qui ibidem convenerant, exilio relegavit. Interea Liberius papa Romanus et Athanasius et Meletius et Samosatensium Eusebius, qui Joviani præcepto ab exilio fuerant revocati, in orthodoxiæ sermone vigeant, necnon et Hierosolymitanus Cyrillus et alii episcopi orthodoxæ fidei propugnatores. Arianis autem præerant apud Alexandriam Lucius, et apud Antiochiam Euzoius, Paulinus autem uni parti orthodoxorum, alteri vero Meletius. Quidam sane aiunt quod Dominica uxor Valentis persuaserit ei tam valenter Arii sensum sectari. Porro alii scribunt quod postquam imperaverit ab Eudoxio baptizatus, juramento firmaverit in ipso baptismo cum Ario se sensurum et homousium minime recepturum, et sic utrique dena millia persecutionum in orthodoxos commoverunt. Mittunt autem et Liberio Eustathium Armenum et Silvanum Tarsensem atque Theophilum Castavallensem, repromittentes per ipsos recipere homousium. Qui pervenientes Liberio scriptum pro homousio porrexerunt libellum, profitentes se omnem hæresim aversuros, quæ synodo Nicænæ foret adversa; quibus et receptis Liberius communicavit, scribensque Orientalibus testimonium illis perhibuit orthodoxiæ.

Mundi anno 5864, divinæ incarnationis anno 364, concilium Tyanense celebratum est, in quo inventi sunt Eusebius Cæsariensis Cappadociæ, Gregorius Nazianzenus pater Gregorii deiloqui, qui et ipse Nazianzenus appellatur, et Trienus Melitenensis et alii; qui super Liberii litteris exultantes omnibus orthodoxis significaverunt episcopis quo Tarsum in confirmationem veræ rectæ fidei convenirent; quo audito Valens eos prohibuit convenire.

Cyziceni autem Eunomium insecuti sunt tanquam hæreticum et blasphemum, qui veniens unitus est Eudoxio. Erat enim blasphemus et acerrimus, præsumens dicere quia Deus de propria substantia nihil nobis amplius novit. Porro Valens paganis dedit sacrificia et solemnitates celebrandi licentiam. Pari modo et Judæos fovebat et honorabat, solos tantum orthodoxos in apostolica insecutus Ecclesia.

Hujus anno imperii nono S. Athanasius Alexandrinus migravit ad Dominum, cum episcopatum gessisset annis quadraginta sex, ex quibus quadraginta in persecutionibus pro pietate ac periculis vixit. Cui successit Petrus, qui Arianis in multorum hominum cædes grassantibus pulsus Romam fugiens ad Damasum properavit, ejus et erat sensus, quando et horrenda, quæ gesta sunt ab Arianis apud Alexandriam, per epistolam conscripserunt.

Eodem anno et Basilius episcopus Cæsariæ factus A
cat, cum Eusebius pie dormisset.

Mundi anno 5866, divinæ incarnationis anno 366, Ambrosius post Auxentium ecclesiæ Mediolanensium præst. Occidente vero totam Trinitatem homousion prædicante, postulavere quidam Valentinianum, et fecere synodum in Illyrico, et fidem roboraverunt Nicænam. Tunc et Gregorius deiloquus Constanti-
nopolitana præsidere nosebatur Ecclesiæ, pro Basili et Meletii ac reliquorum pietatis pugnans dogmatibus. Et nisi ante ad urbem Constantinopolitanam invitatus esset, tota nimirum Aril et Eunonii repleretur illuvie: omnes enim ecclesias ipsi possidebant, præter oratorium Anastasiæ martyris. Præerat autem illic Arianis Demophilus. Tunc Gregorius quoque Nyssenus et Petrus, fratres Basili, coruscabant, Optimusque in Pisidia et Amphilo-
chius in Iconiæ. Barsam autem episcopum Edessæ atque Pelagium Laodiceæ, utpote orthodoxæ fidei propugnatores, Valens in exilium misit. Sauromatarum autem gens, quæ pusilla et infirma est, contra Valentinianum insurgens et ab eo superata, legatis missis, pacem exposulat. Cumque Valentinianus a legatis sciscitaretur utrum Sauromatæ tales et tam vilium corporum omnes existerent, responderunt dicentes quia Meliores eorum hic habes et vides. Tunc validissime ille clamans ait: *Atracia Romanum imperium sustinet ad Valentinianum pertingens, si Sauromatæ tales existentes contra Romanos insurgunt.* Ex animositate autem nimia et inanum plausu vena recisa, et plorimo erumpente sanguine, in quodam municipio Galliæ moritur. Porro Valens Trajanum magistratum contra Gothos misit, qui victus ignominiose reversus est. Cui cum Valens molliorem exprobraret, respondit: *Non ego sum victus, imperator, sed tu, qui contra Deum pugnas et barbaris unum ejus concilias.* Damasus autem Romanus et Petrus Alexandrinus primi Sabbatianos condemnauerunt; et impius Eunonius presumpsit in una morsione baptismi celebrare, non in Trinitate, sed in morte Christi portare baptizare dicens, et eos qui in Trinitate baptizati erant rebaptizabat.

Per idem tempus et magnus Ephrem in studio et divina doctrina fulgebat, multos quidem sermones asceticos, plures autem dogmaticos ex divino Spiritu emanans. Quædam autem studiorum ejus etiam cantanda Syris tradidit, per melos pertrahens antiquiores. Aiunt itaque trecentas cum myriadas versuum elidisse, vere divina sapientia conditorum, in quibus invenies discendam viri virtutem.

Mundi anno 5868, divinæ incarnationis anno 368, Messalianorum hæresis, id est, Enchetarum et Enthusiastarum, exorta est. Hi psallentes incedunt et manibus plaudunt, quæ apud David sunt iussu-
sate ac velociter excipientes. Hujus hæresiarchæ Cadques et Sabbas et Adelphius exstiterunt, et ut quidam aiunt Eustathius Sebastenus; quibus resistere fortiter Amphilo-
chius Iconiensis, Litoius

Melitsenus, postmodum autem et Flavianus Antiochenus. Præterea Valens omni ecclesia devastata venit Cæsariam ab Oriente, contra sacratissimum Basilium insaniens; qui egit quæ magnus Gregorius in epitaphio Basili arguit. Deinde vero Mavia Saracenorum regina multa mala Romanis faciens pacem quesivit, et Mosen quemdam religiosorum in eremo commorantium episcopum dari Saracenis, qui apud se christianizabant, expellit. Imperatore autem alacriter hoc faciente, Moyses non.... a Luciano Ariano conservari, sed a quodam episcoporum qui in exilio fuerant; quod et factum est. Hoc suscepto Mavia multos Christianos de Saracenis effecit. Aiunt autem quia et ipsa Christiana erat, natione Romana, et captiva ducta placuit propter pulcritudinem regi Saracenorum, et sic regnum obtinuit. Scribit vero multa de eodem genere Sozomenus, unde originem cepit et unde sic nuncupetur, et quod 13 anno circumcidatur. Porro Gothi ab Hunnis impugnati auxilium ab imperatore postulant, et per Hulfam episcopum suum Arianum, qui moratus sub Constantio fuerat cum Eudoxio et Acacio Arianis. Hic Gothos Arianos esse docuit, qui adunati ferme viginti Græciæ depopulantur provincias. Quo audito Valens, cum Antiochiæ degeret, venit Constantinopolim. Byzantii vero convictis illum utpote invalidum et bellorum fugacem accumulabant. Hisacius autem, sacer monachus, tenens frenum equi Valentis, cum novissime egredere-
tur in prælium, ait ad eum: *Quo vadis, imperator adversus Deum pugnans et Deum adversarium habens?* Quem iratus carceri tradidit, mortem illi minatus, si rediret, quemadmodum Michæ quondam Achab. Post egressionem autem ejus quidam ex suis confessi sunt quod præceperit divinationes fieri de impetu belli, quod sibi imminerebat. Quo cum Gothis inito superatus fugit in quamdam domunculam, ad quam cum barbari pervenissent, domum incendentes, ignorantes, omnes qui in illa erant cremaverunt. Aiunt autem quod divinus Hisacius in carcere sœtoris Valentem, dum cremaretur, divina gratia et animæ munditia deprehenderet, prædixitque interemptionem ejus his qui secum erant, antequam nuntii advenissent qui gesta prælii nuntiarent. Quo comperto Gratianus Augustus Theodosium Augustum induit et appellavit imperatorem, et contra Gothos direxit. Gothos autem vulgo Scythas dici Trajanus patricius perhibet in historia. Erat autem Theodosius orthodoxus et in bellis mirabilis. Porro Gratianus et Valentinianus lego data episcopos exilio revocaverunt, Arianos autem persecuti sunt, Damaso cooperante papa Romano.

Mundi anno 5874, divinæ incarnationis anno 374, Theodosius imperat, cujus imperii quinto anno sancta et universalis secunda synodus celebrata est, cui præfuere Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosolymitanus et divinus Gregorius Constantinopolitanus. Hi vero qui cum Macedonio sensere triginta sex episcopi adhortati a

Fatribus dogmata Nicæna suscipere, secundum quod et Liberio repromittentes libellos porrexerant: hi qui circa Silvanum erant Romam transmissi, renuerunt veritati acquiescere, et recesserunt risus omnibus facti, alia sentientes et alia pollicentes, seductorie Liberii epistolas reportantes, testimonium sibi perhibentes orthodoxæ. Sancta vero synodus Gregorio delloquo episcopatum Constantinopoleos roboravit, et hunc invitum in throno locavit, utpote multum laborantem et urbem a læsione hæreseos liberantem. Cumque didicisset quosdam ex Ægypto sapientissimos et beatissimos iste huic rei invidere, compositorio sermone ostenso sponte a throno regnantis urbis abcessit; quo thronum refutante Nectarium imperator et synodus provehit, Tarsensem genere et prætorio tunc principantem; qui licet nondum baptizatus esset, religiosus tamen et vitæ venerabilis erat. Porro sancta et universalis synodus homousion firmavit, addidit autem et symbolo theologiam Spiritus sancti. Tunc Gregorius Nicænus in hac et Pelagius Eulogiusque Edessenus et Iconiensis Amphilochius coruscabant cum magno Gregorio et viris præfatis. Magnus autem Meletius Antiochenus, postquam synodus est finita, dormivit in pace. Ordinatus autem est Flavianus Antiochiæ præsul, vivente quodam Paulino, quamquam idem Flavianus præstitis firmaverit iuramentis nunquam se manus impositionem episcopatus ullatenus admissurum. Iterum ergo turbatio Ecclesiam obtinebat Antiochenam, aliis quidem Paulino, aliis vero Flaviano parentibus. Apud Palæstinam vero in castello Emmaus natus est puer perfectus, ab umbilico et sursum divisus, ita ut haberet duo pectora et duo capita, et unusquisque sensus, et unus edebat et bibebat, et alter non edebat; unus dormiebat, et alter vigilabat. Nonnunquam vero et simul ludebant ad alterutrum, et flebat uterque, et percutiebant invicem. Porro vixere annis ferme duobus, et unus quidem mortuus est, alter vero vixit diebus quatuor, et mortuus est et ipse. Theodosius autem undecimo imperii sui anno venit cum Honorio filio suo Romam, et locavit eum imperatorem in ea.

Mundi anno 5890, divinæ incarnationis anno 390, Nectarius Constantinopolitanus episcopus presbyterum prohibuit, qui erat super pœnitentiam (11) constitutus, propter peccatum quod a quodam diacono factum fuerat in ecclesia in mulierem quæ vacabat sub pœnitentia: apud Romam vero, et in toto Occidente diligenter conservatur usque in præsens, et locus pœnitentibus segregatur. Theodosius autem legem scripsit, mulierem in diaconissam non promovendam, nisi sexaginta transcenderit annos, secundum Apostolum. Interea Joannes Chrysostomus, presbyter existens Antiochenus, mirabiles sermones ad communionem eorum qui contra imperiales statuas agere præsumperant edidit.

A Præterea cum imperator Romam venisset, accessit ad eum episcopus consilio Innocentii Romani pontificis, contra Flavianum episcopum Antiochenum. Imperator autem, ea quæ ad pacem sunt admonens, eos univit post decem et septem annos, iubens episcopum de Oriente Romam venire, cum quo et Beroensis Acacius missus est.

Mundi anno 5890, divinæ incarnationis anno 390, Arcadius cum Honorio imperat, cujus sexto imperii anno Nectarius moritur. Theophilus autem episcopus Alexandrinus cum adesset, Joannis Chrysostomi prohibere satagebat electionem, Isidorum quemdam presbyterum suum, qui sibi ministraverat, dignum episcopatu regiæ urbis testificans. Imperator autem et tota civitas Joannem ab Antiochia ad id ab ipso vocatum consecrari voluit. Erat enim Joannes ex clarissimis Antiochenis, patre Secundo et Anthusa matre genitus. Hic cum esset disertissimus ex divina maxime gratia, etiam acerrimis gentiliū sophistis mirabilis habebatur; unde Libanius circa mortem interrogatus a discipulis quisnam eruditionem post eum susciperet, ait: *Joannes, nisi hunc Christiani a nobis furati fuissent.* Eruditus namque est Scripturis divinis Chrysostomus apud Carterium quemdam abbatem cujusdam monasterii, encycliis vero penes jam dictum Libanium. Macedonianus autem quidam per hujus doctrinam accessit ad Ecclesiam, qui propriam uxorem hortatus ut converteretur et communicaret, vix persuadere prævaluit: illa vero dans communionem ancillæ suæ, quæ erat ex Macedonianis, jussit habere secum. Cumque accessisset ad Chrysostomum, suscepta ex sanctis manibus ejus communionem, hanc se fingens sumere postremo porrexit ancillæ, et acceptam Macedonianorum communionem ad os affert, et invenit eam lapidem factam. Tum deterrita et tremefacta pedibus incurvatur Joannis, lemeritatem confitens et sinceriter ad Ecclesiam rediens. Porro lapis repositus est in vasorum custodiario reservandus. Per idem tempus Arsenius, qui magnus ad sæculum fuerat, contemptis omnibus divinam philosophiam apud Ægyptum sectabatur, vita et verbo atque miraculis in ordine monastico fulgens.

D Mundi anno 5896, divinæ incarnationis anno 396, Joannes Chrysostomus multis in vita et verbo divinisque charismatibus splendens, et circa omnem virtutem districtus existens, diligebatur a populo, qui ædificabatur valde doctrinis ejus. Hi vero qui luxuriose vivebant se avertebant ab illo, qui et in bello, quod adversus eum gestum est, operati sunt; inter quæ contigere quæ circa Eutropium eunuchum gesta sunt, quin et contentio Severiani Galbalensis contra Serapionem archidiaconum Joannis, et illud quod actum est de Longis, qui ex Ægypto fugerant propter Theophilum; necnon et illud de litteris Theophili ad Epiphanium. Ex quibus omni-

NOTE.

(11) *Super pœnit.* Hist. Tripart. ix, 35. FAER.

bus famulus dei Joannes insidiis appetebatur. Interea Epiphanius Cyprius veniens in Ebdomum consecrationes et synaxes præter Joannis voluntatem fecit. Verum hæc Joanne ob divinam charitatem parvipendente, non est placatus, criminationibus Theophili contra beatum Joannem factis præoccupatus. Sequenti vero anno Joannes sermonem contra malas mulieres fecit, quo vesani et veritatis inimici Eudoxiam irritaverunt, dicentes adversus eam habitum fuisse sermonem. At illa dicens ad Arcadium atrociter se a Joanne fuisse perpassam, egit ut Theophilus accersiretur, quia manifestus erat inimicus Joannis; qui accedens contra Joannem insidiatus est, et tunc emisit ab urbe. Quo comperio populus magnam excitavit seditionem, non indulgens pelli Joannem; inter quos et Eudoxia plorationibus plebis inclinata rogavit Arcadium, et misso Crisone eunucho a Preneto Joannem reduxit, qui publicam synodum introire minime passus in proastio morabatur. Populus autem ad imperatorem vociferatus Joannem intrare et in throno locare coegit, ita ut Theophilus, et qui cum illo erant, metuentes de civitate fugerent. Tunc sexaginta episcopi convenientes irrita omnia quæ a Theophilo et sociis contra divinum Joannem acta fuerant jure constituerunt. Porro sequenti anno imperatrix Eudoxia suam argenteam statuam faciens statuit in loco qui nuncupatur Pittacia, juxta sanctam Irenem. Urbis autem præfectus cum esset Manichæus, et quæ paganorum sunt saperet, plausus et choros et saltationes celebrans tumultusque faciens contristabat pontificem, non permittens eum quiete divina officia celebrare: sæpe namque turbabat psallentes. Verum Joannes hunc verbis mitigabat, ille vero Eudoxiam contra Joannem excitavit, quasi contra honorem statuæ ejus gereret. Ergo contra Joannem iterum odium, iterum ira. Ipse autem sermonem edidit, cujus initium est: *Iterum Herodias scivit*. Tunc inimicitia consummata imperatricis adversus eum commota est, et iterum depositio et exilium. Populus autem ecclesiam incendit, multique pro Joanne periclitati sunt; qui pulsus ab urbe in exilium missus est, ubi et in Domino obiit. Qui cum esset in exilio, consecratus est Arsacius frater Nectarii, qui ante Chrysostomum episcopus urbis regiæ fuerat. Innocentius autem Romanus non communicavit ejectioni Joannis, sed per litteras clerum consolatus est civitatis, et super temeritatibus indignabatur. Epiphanius vero ad Cyprum navigavit, Deo nimirum migrationem ejus prænuntiante. Aiunt autem quod et Joanni finem in exilio prænuntiaverit affuturum, similiter et Joannes Epiphанию prædixerit quam in navi pertulit mortem. Eodem anno mortua est et Eudoxia. Arcadius autem cum se completo decimo quarto im-

perii sui anno mori cerneret, videns Theodosium juniorem parvulum esse, et considerans ne a quocquam insidiis appeteretur, hunc imperatorem appellavit, et ei curatorem per testamentum fore statuit Hisdigerdem Persarum regem. Hisdigerdem autem Arcadii testamento suscepto, pæcque sine invidia erga Romanos usus, Theodosio imperium conservavit, et Antiochum quemdam mirabilem atque rationabilem virum ei tutorem et pædagogum mittens, hæc Romano senatui scribit: *Arcadio dormiente meque curatorem filii ejus constituite, qui suppleat locum meum direxi. Ne quis ergo insidiat puero conetur, ne prælum intolerabile contra Romanos commoveat*. Antiochus vero cum imperatore venerat. Ab Honorio autem patruo suo et Pulcheria

sore sua Theodosius perite in his quæ Christianorum sunt erudiebatur, et erat pax inter Romanos et Persas, Antiocho maxime pro Christianis multa scribente; sicque dilatata est in Perside Christianitas (12), Marutha episcopo Mesopotamiæ mediante. Mundi anno 5901, divinæ incarnationis anno 401, Theodosius junior imperat; ejus imperii anno secundo Atticus episcopus Constantinopolitanus Judæum quemdam paralyticum monens, suadens atque baptizans sanum ex lavacro eduxit: secundum Deum enim dicitur fuisse proventus. Septimo imperii Theodosii anno, obeunte Theophilo Alexandrino, Cyrillus consobrinus ejus pro ipso episcopus ordinatus est. Tunc et Hesychius presbyter Hierosolymitanus doctrinis effloruit.

Mundi anno 5912, divinæ incarnationis anno 412, Theodosius imperat; ejus decimo quinto imperii anno Honorius moritur, et Joannes quidam ex imperialibus subscriptoribus Romæ imperium arripit, legationemque ad Theodosium mittit, in imperatorem suscipi deprecans. At vero Theodosius legatis in carcerem trusis Ardaburium strategon mittit adversus eum; quem tyrannus apud Ravennam aggressus inclusit. Quo Theodosius cognito Asparem hujus filium mittit adversus eum. Tum Deo amabilis imperatoris oratione angelus Domini, in habitu pastoris apparens, deduxit Asparem et eos qui cum illo erant, et ducit eos per paludem inviam, quæ Ravennæ adjacet, quam Deus perviam operatus est, quemadmodum Israelitarum tempore; et transmeantes per aridam, apertis portis civitatis inventis, tyrannum quidem occiderunt, Ardaburium autem a vinculis absolverunt. Sequenti autem anno Maruthas episcopus Mesopotamiæ filium regis Persarum Hisdigerdis a dæmonio vexatum sanavit. Interea Theodosius imperator multa benignitate motus, licet Persas potentissime vicerit, parcens tamen Christianis qui habitabant in Perside, pacem amplectitur; ejus rei gratia mittit legatarios (13) Heleonem patricium, quem valde honorandum

NOTÆ.

(12) *Christianitas*. Vetus interpretes epist. ad Magnes. quæ sancto Ignatio ascribitur: « Non enim Christianitas in Judaismum credidit, sed Judaismus in

Christianitatem. » FABR.

(13) *Legatarios*. Flodoardus Hist. Eccl. Rem. 4, 25: « Legatarius animi felle commotus. » Ib.

ducebat, et Anatolium Orientis stratigon. Varar- A
nes autem sciens superationem suam suscipit lega-
tionem, et ista persecutio cessavit quæ in Christia-
nos agitabatur. Cæterum Theodosius imperator
communicatrices habens hymnodæ proprias sorores,
quæ virginitatem tota vita sectabantur, super
hujusmodi beneficiis Deo gratias agens hymnis
hunc laudare penitus non cessabat. Sisinnius autem
Constantinopolitanus episcopus Proclum consecrat
episcopum Cyzici; quem Cyziceni non suscipien-
tes, monachum quemdam præter votum Sisinnii
Dalmatium dictum consecrant. Proclus autem pro-
priam ecclesiam non habens Constantinopoli hor-
tatu Sisinnii doctrinis pollebat; qui ejusdem urbis
non multo post ordinatur antistes. Sequenti vero
anno Philippus presbyter Sidæ Christianam histo-
riam in triginta sex libros descripsit.

Mundi anno 5923, divinæ incarnationis anno
425, Sisinnio defuncto Nestorius Constantinopoli-
tanus fit episcopus. Mox vero thronum conscendit
nequam fides ejus, et perversus in dogmatibus
sensus ostendebatur. Homeliam quippe de fide
protulit, syncello suo præcipiens ut hanc coram
ecclesia prædicaret, habentem ita : *Dei Genitricem*
Mariam vocet nemo : Maria enim homo erat, et ab
homine Deum gigni impossibile est. Hanc vocem
primum reprehendit Eusebius quidam scholasticus
imperatoricis Constantinopoleos; unde multi Byzan-
tiorum turbati sunt. Nestorius autem verbum fir-
mare festinans, vocem qua Dei Genitrix dicitur
ejecit, purum hominem dicens Dominum. Quadam
vero Dominica die, præside Nestorio, jussus
Proclus recitare homeliam dixit in Dei Genitricem,
cujus initium est : *Virginalis sollemnitas hodie,*
fratres. Tunc odibilis factus est apud omnes impius
Nestorius propter typhum et malam fidem. Eodem
vero anno terribile miraculum sanctorum septem
puerorum Ephesi factum est, resurgentibus eis
post 181 annos. Porro Cyrillus Alexandrinus epis-
copus compertis Nestorii blasphemias scribit ei, ro-
gans et monens ut discederet a perversis dogmati-
bus suis fidemque rectam susciperet. At vero Nesto-
rius ei e contra misit injurias et blasphemias. Tunc
Cyrillus scribit Cælestino papæ Romano quæ Nesto-
rius prædicaret; et blasphemias, quæ sibi
scriptæ fuerant a Nestorio, ei manifestas exhibuit.
Tunc Cælestinus scribit Nestorio, definiens ei die-
rum decem inducias cessandi a blasphemia et pœ-
nitendi : quod si perdurasset in prava opinione,
sacerdotii communicator ulterius esse desisteret.
Scribunt autem similiter Cælestinus atque Cyrillus
Antiocheno et Hierosolymitano archiepiscopis de
Nestorio et hæresi ejus. Joannes autem scribit Nesto-
rio dans consilium recedendi ab hæresi, quin et
ad memoriam ducens illud Apostoli dicentis : *Misit*
Deus Filium suum factum ex muliere. Cognoscens

vero Nestorius quod patriarchæ taliter ecclesiis
conturbatis silere minime paterentur, suavit
imperatorî mittere Cyrillo sacram stigmatibus plenam;
quem putans ex his compescere magis erexit. Sur-
gens enim scribit imperatori et sororibus suis tam
de recta fide quam de sinistra opinione Nestorii,
simul et postulans universalem fieri synodum ad
examinandum canonice de Nestorio. Tunc impera-
tor Theodosius scribit omnibus episcopis ut absque
ulla dilatione post Pascha Ephesum convenirent,
definiens quia nullam apud Deum et apud nos ex-
cusationis rationem habebit, qui die sanctæ Pen-
tecostes in concilio inventus non fuerit apud Ephe-
sum. Cælestinus autem Romanus scribit Cyrillo
Alexandrino locum suum in concilio retinendi. Ita-
que vicesimo quinto imperii Theodosii anno apud
Ephesum celebratur tertia sancta synodus. Omni-
bus sane antistitibus convenientibus, Joannes An-
tiochenus et Orientales in dicta die, et quæ ante
statuta fuerat, minime concurrerunt. Porro decima
sexta die post præfinitam, Joanne non veniente,
pervenit Nestorius cum multa jactantia, vicesima-
que mensis Junii die celebrata est synodus, Nesto-
rio, Cyrillo et Juvenali præsidentibus. Porro Cyrillo
Romani pontificis vices agente et cuncta theologicæ
disputante, dicit Nestorius cum multa jactantia :
Ego illum qui bimenstris et trimenstris factus est,
nunquam Deum nominaverim, et ideo mundus suus
a sanguine vestro, et ex hoc ad vos nullatenus re-
pedabo; et his dictis cum sex episcopis, qui vo-
luntarie secuti sunt eum, abiit. Hi vero qui circa
Cyrillum erant postera die convenientes, misere
tres episcopos vocare illum, et non obaudivit. Pari
modo secundo et tertio et quarto a synodo convo-
catus non venit : sed et illos qui missi fuerant
injuriis fecit et contumeliis affici. Tunc synodus
injuriis et ignominia laceratis episcopis, qui missi
fuerant, receptis, sententiam protulit in eum, et
alienum fore ab omni sacra dignitate decrevit, in
faciem (14) ei depositione ipsius transmissa. His
ita finitis venit post tres dies Joannes Antiochenus
episcopus viginti sex secum episcopis habitis; qui
cum didicissent Nestorium jam depositum, scissi
a sancta synodo et cum Nestorio consistentes de-
posuere, ut opinabantur, Cyrillum et Memnonem
Ephesinum. Theodoritus sane putans Cyrillum in
duodecim capitula offendisse, præter veritatem
narrationem faciens, ibidem Nestorii venenum evo-
muit. Cyrillus vero potenter exurgens pro eisdem
capitulis rationem reddidit, ea quæ in eis habentur
interpretans, et ecclesiasticum thesaurum esse
demonstrans, atque piam intensionem suam mani-
festans omnibus. Itaque Antiochenus Joannes a
concilio tertio vocatus, et non obaudiens ut veni-
ret, sententiam una cum his qui secum erant ex-
cepit, ut alieni forent ab omni ecclesiastica com-

NOTÆ

(14) *In faciem.* Hist. Tripart. iv, 24 : nam qui de suis dictis confidunt, etiam ad faciem probare non
sugunt. + FARR.

munione, usquedum sese recognoscentes proprium A
 confiterentur excessum. Tuncque synodus defini-
 vit, quæ ab Orientalibus in injuriam sanctissimo-
 rum Ecclesiæ præsulum Cyrilli et Memnonis prolata
 sunt, utpote sine lege et sine canone deprompta,
 nullam vim prorsus habere. His igitur omnibus
 per suggestiones Theodosio imperatori relatis,
 jussi sunt episcopi ex utraque parte ascendere
 Constantinopolim; qui cum ascendissent, coopera-
 tione Dei vicere hi qui ex parte synodi fuerant,
 firmataque depositione Nestorii Maximianus Con-
 stantinopoleos consecratur episcopus. Orientales
 vero susceptum Nestorium secum duxere. Porro
 quarto Nestorii depositionis anno Joannes Antio-
 chenus episcopus amore Dei detentus, vidensque
 multos Antiochenorum viros egregios a Nestorio B
 aduiterina pravitate infectos, scribit rogans impe-
 ratorem hunc ab Oriente pellendum. Imperator au-
 tem Nestorium quidem exsilio relegavit apud Oasim,
 præcepta vero mittit Cyrillo et Joanni sine dilatione
 et ad universas Ecclesias. Joannes autem accepta
 præceptione scribit Cyrillo fidem suam et Patrum
 apud Nicæam et Constantinopolim collectorum
 confessionem, recipiens etiam quæ apud Ephesum
 gesta sunt. Quibus Cyrillus susceptis scribit Joanni
 et Orientalibus epistolam, cujus initium est: « Læ-
 tentur cœli et exsulet terra. » Et in eadem confes-
 sione utrisque convenientibus unitæ sunt ad pacem
 atque concordiam, quibus præminebant, Ecclesiæ.
 Per idem vero tempus Nonnus regebat Edessensem
 Ecclesiam, qui primam Antiochenarum mimarum C
 Deo dicavit et pro Margarita meretrice Pelagiam
 Christo exhibuit. Iste ergo exsultans super horum
 concordia scribit Joanni archiepiscopo monita et
 verborum magisteria, in quibus et hoc ait: *Munda
 Ecclesiam, o homo Dei, a Nestorianis sicanis et
 ejus impietate.* Porro impium et blasphemum Ne-
 storium in exsilio divinum judicium subsecutum
 est, tabefactis omnibus membris ejus, et maxime
 lingua, qua consumpta morte prævenit iter quo
 ab Oase ad alium locum erat ducendus.

Mundi anno 5926, divinæ incarnationis anno 428,
 veniens Valentinianus filius Constantii et Gallæ
 Placidie ab urbe Roma Constantinopolim duxit
 uxorem suam, filiam Theodosii imperatoris, Eu-
 doxiam nomine, quam sibi Eudocia genuerat, et
 Romam rediit. Sequenti vero anno Theodosius im-
 perator Eudociam uxorem suam Hierosolymam
 misit gratificos hymnos oblaturam Deo; quæ plu-
 rima dona ecclesiis contulit, et adoratis tam san-
 cta cruce quam colendis locis reversa est ad rega-
 lia. Tricesimo dein imperii Theodosii anno Proclus
 episcopus Constantinopolitanus postulatus ab im-
 peratore Theodosio corpus sancti Joannis Chry-
 sostomi a Comenis ad regiam urbem detulit, et pro-
 ximo anno post triginta tres annos id coram omni
 processione una cum imperatore ac imperatrice
 Pulcheria pompis funebribus publicans in Aposto-
 lorum ecclesia posuit. Et ita eos qui propter illius

depositionem ab ecclesia separati erant, ecclesiæ
 rursus univit. Sub hoc sanctæ memoriæ Proclo
 terræ motus facti sunt magni Constantinopoli per
 quatuor menses, ita ut timentes Byzantii extra ci-
 vitem, in loco qui dicitur Campus, essent perse-
 verantes una cum episcopo, ad Deum precibus et
 litanis vociferantes. Quadam ergo die fluctuante
 terra, et omni plebe attentius exclamante Κύριε,
 ἐλέησον, circa horam tertiam omnibus videntibus
 contigit a divina virtute sustolli quemdam ado-
 lescentulum in aere, et audiri divinam vocem ad-
 monentem eum episcopo ac populo nuntiare ut lita-
 nias sic faceret et dicerent: *Sanctus Deus, San-
 ctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis,*
 nihil aliud apponentes. Proclus autem hac suscepta
 sententia præcepit populo psallere sic, et statim
 terræ motus cessavit. Porro beata Pulcheria super
 miraculo una cum fratre supra modum admirata
 sanxit per universum orbem divinum hunc psallere
 hymnum; et ex tunc recepere omnes Ecclesiæ per
 singulos dies hunc canere Deo.

De cætero imperante Theodosio juniore Valen-
 tinianus non solum Britanniam et Galliam et Hi-
 spaniam salvare nequivit, sed et occidentalem Li-
 byam, quæ videlicet regio vocatur Afrorum, amisit
 hoc modo. Duo prætores erant, Aetius scilicet et Bo-
 nifacius, quos Theodosius postulante Valentiniano
 Romam direxit. Cumque Bonifacius principatum
 occidentalem Libyæ percepisset, invidia inflam-
 matus Aetius accusationem facit adversus eum
 tanquam rebellionem meditantem et obtinere Li-
 byam satagentem; et hæc quidem Placidie fateba-
 tur, Valentiniani matri. Cæterum Bonifacio scribit
 quia, si accersitus fueris, accedere noli: incusatus
 enim es, et te dolose volunt imperatores. . . . Hæc
 suscipiens Bonifacius, et veluti proprio servo Aetio
 credens, accersitus accedere distulit. Tunc impe-
 ratores Aetium quasi devotum receperunt. Erant
 autem Gothi tunc et gentes multæ ac maximæ,
 trans Danubium in Hyperboreis locis inhabitantes,
 ex quibus rationabiliores quatuor sunt, Gothi scilicet
 et Hypogothi, Gipedes et Vandali, nomen
 tantum et nihil aliud mutantes, unaque lingua
 utentes. Omnes autem fidei erant Arianæ mali-
 gnitatis. Isti sub Arcadio et Honorio Danubium
 transeuntes in terra locati sunt Romanorum. Et
 Gipedes quidem, ex quibus postmodum divisi sunt
 Longobardi et Avars, villas quæ sunt circa Siggid-
 onem et Sirmium habitaverunt. Hypogothi vero
 post Alaricum Romam depopulantes in Gallias
 abiere, et quæ ibidem sunt obtinuerunt. Gothi
 autem Pannoniam habuerunt primum, dein decimo
 nono anno imperantis Theodosii junioris Thraciæ
 villas habitaverunt per quinquaginta octo annos
 in Thracie morantes, Hesperium quoque obtinuerunt
 principatum. Porro Vandali Alanis sibi sociatis,
 et Gerimanis, qui nunc Franci vocantur, ascitis,
 transeuntes Nivum fluvium Modigisclo duce habito
 habitaverunt in Hispania, quæ est prima Europæ

provinciarum ab Hesperio Oceano. Bonifacius autem metuens imperatores Romanos, transfretans a Libya in Hispaniam, ad Vandalos venit. Cumque Modigischum invenisset mortuum et filios ejus Gonzarin et Gizericum principatum moderantes, hortatus est ut hesperiam Libyam in tres partes dividerent. Polliciti sunt unicuique tertiæ parti se una cum ipsis principaturos, in communi tamen in quemlibet hostem ulturos. In talibus ergo professionibus Vandali fretum transmeantes Libyam habitaverunt ab Oceano usque Tripolim, quæ est circa Cyrenen. Hypogothi vero surgentes a Gallia tenuere etiam Hispaniam. Quidam autem senatus Romani, amici Bonifacii, falsam accusationem Aetii intimavere Placidia, ostendentes quoque et Aetii ad Bonifacium pridem scriptam epistolam, quam ad eos idem miserat Bonifacius. Ast stupefacta Placidia Aetium quidem in nullo læsit, Bonifacio vero verbum cum juramento misit exhortatorium. Porro Gonthario mortuo Gizericus Vandalorum factus est imperator. Bonifacius ergo verbo suscepto contra Vandalos armatur, exercitu magno sibi veniente tam a Roma quam a Byzantio, cujus Asperis erat magister. Inito autem contra Gizericum prælio superatus est Romanorum exercitus, sicque Bonifacius cum Asperi Romam veniens suspicionem dissolvit, rei veritate monstrata. Porro Africa taliter est Vandals subacta. Tunc et Marcianus, qui postmodum imperavit, cum miles esset et Asperi deserviret, vivus a Gizerico comprehenditur.

Mundi anno 5937, divinæ incarnationis anno 437, Romanæ sedis Leo pontificium gerit, imperante Theodosio, cujus imperii tricesimo nono anno Proelus Constantinopolitanus moritur, cui succedit Flavianus presbyter et sceuophylax ecclesiæ Constantinopolitanæ, vir sacer et strenuus. Atque Cyrillus Alexandrinus obiit antistes, cui subrogatur in sede Dioscorus, qui nullatenus erat didascalicus, sed immitis et ferus.

Mundi anno 5940, divinæ incarnationis anno 440, Chrysaphius eunuchus palatium et ipsum imperatorem tenens, cum invideret Flaviani consecrationi, suggestit imperatori, sine malitia existenti et apud Chalcedonem degenti, mandare patriarchæ ut mitteret pro consecratione sibi benedictiones (15). Quo facto (16), Chrysaphius avertens mandavit aureas imperatorem querere benedictiones. At episcopus renuntiavit non se habere pecunias ad mittendum, nisi forte quoque utar (inquiens) ex sacris vasibus. Fit ergo ex hoc inter illos, Pulcheria hæc ignorante, non modicus moeror. Verum hæc apud Constantinopolim. Cæterum penes Alexandriam Dioscorus confestim Cyrilli cognatos in primordiis suis devastat et horum

patrimonia deprædatur, filium autem fratris ejus Athanasium presbyterum sine culpa deposuit. Hæc autem faciebat rectæ Cyrilli fidei adversatus, cum esset hæreticus et ex mollibus unguis ea quæ sunt Origenis sentiret. Irasciebatur autem et Flaviano, eo quod modicum quid opis beati conferret Cyrilli cognatis. Cum ergo Chrysaphius esset impius, videre non ferens Ecclesiarum concordiam, operam dabat ut conturbaret eas, et diversis modis agebat ut Flavianum ab episcopatu depelleret, volens Eutychen quemdam sensus sui archimandritam ad episcopatum ejus provehere; et quoniam Pulcheria res civiles retinente nihil valuit, primo insidiatur Eudociæ insidiarum ejus nondum expertæ, et in livorem eam instigat contra propriam matrem, et immittit ei, ut et illi derogat apud imperatorem et tollat ad se præpositum, quoniam præpositus ad dispositionem rerum pernecessarius erat Pulcheriæ. Imperator autem ab uxore molestis fatigatus, mittit ei dicens: *Ne te hoc tristem reddat: præpositum enim te habere non est possibile, neque meam sororem bene et perite ac pie omnia disponentem ego repello.* Inefficax ergo Chrysaphius super hoc effectus ad aliud vertitur instrumentum, et suggerit Eudociæ ut molesta imperatori suaderet ei, quo præciperet patriarchæ consecrare illam diaconam, tanquam quæ virginitatem elegisset. Et diutius Eudocia imperatori molesta persuasit levitati ejus. Super quo jussus Flavianus ab imperatore tristatus est valde, C

prospiciens futura ex hoc scandala nascitura. Et imperatori quidem repromisit, Pulcheriæ vero scripsit rogans eam ne saltem ante faciem ejus veniret. *ne cogar, inquit, agere quid eorum quæ te contristant.* Illa ergo ex his quæ scripta fuerant intelligens quod meditabantur, et præpositum Eudociæ transmittit, et ipsa exiens in Ebdomum siluit. Ex hoc itaque imperator et Eudocia valde contra Flavianum tristes effecti sunt, quod suum retelasset secretum. Porro Eusebius scholasticus, qui primus Nestorium reprehendit, ad episcopatum Dorilæi promotus, et de fide cum Eutychæ archimandrita disputans, invenit eum non recta sapientem; qui cum multum commonens juvare illum nequivisset, retulit de eo Flaviano episcopo, qui quadraginta episcoporum concilio congregato adducit Eutychen, et juxta omnem consequentiam regularum ecclesiasticarum discutiens inventum subdolum et hæreticum deposuit. Chrysaphius autem hujus concors palatium tenens, his cognitis in iram peramplius contra Flavianum accenditur, et intimat Dioscoro Alexandrino se in his quæ cordi ejus essent per omnia cooperaturum, si sibi in calumniis contra Flavianum et Eusebium ipse concurreret pro Eutychæque salageret. Movet

NOTÆ.

(15) *Benedictiones.* V. Menardum ad Concordiam re-natum. Flodoardum *Hist. Eccl. Rem.* II. 11. FABR.

(16) *Quod factum,* Fabrotus. Idem mox aureas posuit pro eo quod erat autem Andreas.

autem ad id etiam Augustam Eudociam, tristitia de Pulcheria contra Flavianum memorans apud illam; et agit uterque quo imperator sanciret secundum Ephesi congregari concilium, cui Dioscoro praeesse concedunt, mittentes ei exercitum plurimum in auxilium; cumque latrociniali huic concilio praesedisset, non permisit adesse notarium alium concilio, sed suos tantum fecit scribere quae gerebantur. Quæstio ergo cum fieret, exigebatur Eutyches propriam exhibere opinionem, qui respondit dicens: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem: post adunationem vero unam naturam confiteor.* Tunc Dioscorus dixit: *Et nos omnes his assentimus;* et loci servatores (17) quidem Leonis papæ Romani, Dioscori videntes impetum, et quod epistolam papæ ad Flavianum non permiserit legi, neque illam quam ad synodum miserat, sed despexerit, fugerunt et descenderunt Romam. Porro Dioscorus Eutychi sacerdotium reddit, Eusebium vero Dorilæi et Flavianum Constantinopolitanum in promptu deponere habuit, qui et ante depositionem impulsione et calcibus a Dioscoro submissus tertianus vitam mutavit; et de cætero vi militum et gladio episcopi subscribere coacti sunt. Domnus autem Antiochenus episcopus, postquam vi subscripsit, in se reversus erexit se contra Dioscorum principem, vociferans adversus ea quæ gesta sunt, et impietatem concilium nominans, et subscriptionem suam querens recipere. His cognitis papa Leo accedit cum lacrymis ad imperatorem Valentinianum simul et Augustas, petens epistolas imperatori Theodosio pro emendatione patranda eorum, quæ apud Ephesum nequiter et irregulariter acta sunt, destinandas; qui rescribit Eudociæ filiæ ita: *Hoc dulcedini tuæ ita notum esse volo, quia Flavianus divino iudicio ab ecclesiis ejectus est ut multarum turbationum auctor.* Porro Dioscorus deposuit et Theodoretum, et Ibam, et Andream, et Domnum Antiochenum et alios Orientales episcopos. Theodosius autem imperator mobilis erat omni vento circumlatus, unde et in chartis non lectis subscribebat. Eodem anno Gezerichus Vandalica multitudine opimus effectus, et se regem vocans terræ ac maris insularumque multarum, Theodosium contristabat. Sane non multo post resipiscens Theodosius, et recognoscens se a Chrysaphio versutiis fuisse deceptum, tristabatur super impietate ac iniustitia quæ facta fuerat in Flavianum et reliquos episcopos. Et indignatus vehementer primo quidem exulem fecit in insulam quamdam Chrysaphium, in Eudociam vero valde commovetur, hanc omnium malorum causam appellans, quippe quæ et Pulcheriam ex imperialibus insecuta sit simul, et improperans ei quæ gesserat circa Paulinum. Illa vero desperata rogavit

A Hierosolymam se dimitti, et assumptis Severo presbytero et Joanne diacono Hierosolymam venit. Discens interea imperator quod isti et in urbe frequenter ad eam accederent et cum ipsa rursus Hierosolymis essent, multaque illis largiretur, mittens decollavit eos. Tunc imperator beatam Pulcheriam oppido rogans ad imperialia reduxit, quæ mox mittens Ephesum asportavit inde corpus sancti Flaviani, et cum multo deferens obsequio per medium urbis sepelivit apud sanctos apostolos. Interea Attilas Scythia, vir fortis atque superbus, deposito Bdella seniori fratre solus Scytharum, quos Hunnos vocant, principatus regno, per Thracem discurrit, et omnem civitatem et castra in servitutem redegit, præter Hadrianopolim et Heracliam, quæ quondam Perinthus vocabatur. Cogitur ergo Theodosius legationem Attilæ mittere, et sex millia librarum ei pro recessu præbens mille librarum annum tributum persolvere pollicetur. Igitur cum Romana virtus a bello rediisset quod adversus Attilam fuerat destinatum, non multo post Theodosius moritur. Porro beata Pulcheria, nondum cuiquam imperatoris morte comperta, Marciano accersito, in religione ac pudicitia conversante, sene videlicet et idoneo viro, dicit ei: *Quoniam imperator mortuus est, et ego te elegi tanquam beneplacentem ex omni senatu, da mihi verbum quod custodias virginitatem meam, quam Deo commisi, et pronuntiabo te imperatorem; quod eo pollicente, accersito patriarcha pariter et senatu, pronuntiavit eum imperatorem Romanorum.*

Mundi anno 5943, divinæ incarnationis 443, Marcianus pius divino decreto imperator ostensus omnes qui in exilio erant revocavit. Pulcheria vero perosum Chrysaphium eunuchum tradidit Jordani filio Joannis, qui tyrannidem apud Romanam urbem exercuit, multisque Christo erectis ecclesiis, præcipueque in Blachernis laudabilis Dominae nostræ Dei Genitricis in principio imperii pii Marciani ecclesiam fecit. Porro beatus papa Leo scripsit Marciano, petens ut quæ præsumpta fuerant a Dioscoro et Eutyches apud Ephesum in S. Flavianum requirerentur coram universali synodo, et iussit imperator colligi cunctos episcopos. Secundo itaque imperii Marciani anno Chalcedone sancta quarta facta est synodus, mense Octobrio, indictione quinta. Omnibus autem episcopis in martyrio S. Euphemie una cum senatu convenientibus, discussa sunt quæ in prima indictione super Eutyches gesta sunt, et quæ apud Ephesum sunt a Dioscoro temere perpetrata. Queritans autem Dioscorus de his ad ignorantiam gestorum confugit: sed effugere redargutionem, quæ in actis efferebatur, non valens deficiebat, et veritas denudabatur. Tunc excusationem non habens confusus est. Hi vero qui cum eo latrociniali concilio conse-

NOTÆ.

(17) *Loci serv.* Anastasius in collatione S. Maximi martyris: « compunctus divinitus prætor, imo loci servator prætoris. » V. Gloss. ad Cedren. FABR.

derunt, redarguebant eum super violentia et necessitate quam ab ipso pertulerant, et veniam a synodo postulantes recepti sunt; quorum unus erat Juvenalis Hierosolymitanus episcopus. Cumque defecisset Dioscorus, non habens excusatoriam rationem, ultra in synodo apparere ausus non est. Tunc synodus, præsente quoque imperatore Marciano et senatu, sententiam protulit contra Dioscorum et Eutychen, eosque deposuit. Imperator autem Dioscorum quidem in Gangris exsilio relegavit, synodum autem laudans dixit: *Gratias confiteor maximas omnium nostrorum Deo, quoniam ablata discordia in unam eandemque confessionem cuncti convenimus*; et amabiliter honorans sexcentos illos et triginta Patres, ad sua in pace unumquemque absolvit. Porro consecratus est Proterius pro Dioscoro episcopus Alexandria.

Mundi anno 5945, divinæ incarnationis anno 445, Pulcheria beata et pia dormivit in Christo, quæ multa bona fecit et omnia sua pauperibus dereliquit; quæ Marcianus, cum multa essent, alacriter dedit. Construxit autem eadem et multa oratoria, domosque pauperibus et hospitibus, necnon et sepulcra peregrinis ædificavit; inter quæ S. Martyris Laurentii templum construxit. At vero Theodosius monachus, vir pestifer, cum descendisset cursum Chalcedonensi facto concilio Hierosolymam, et didicisset quod Augusta Eudocia erga Dioscorum a synodo depositum affectu flagraret, coepit clamare adversus synodum quasi rectam fidem subvertentem, et subreptis Augusta et monachis, propriis cædibus usus more barbarico, archieraticum thronum rapit, et homines Augustæ ministros habens episcopos promovet per civitates, cum episcopi adhuc essent in synodo. Severianum autem episcopum Scythopoleos, qui non fuerat ejus mala opinione deceptus, a civitate pellens occidit; et excitavit perseverantiam contra illos qui sibi non communicabant, et multos quidem tormentis affecit, quorundam vero domos tradidit igni, ita ut æstimaretur urbs a Barbaris capta. Necavit autem et Athanasium diaconum S. Resurrectionis, exprobrantem et arguentem ejus impietatem, et ejus sanctum corpus per civitatem pompis circumdans canibus tradidit. Dominus vero archiepiscopus Antiochenus in eremum fugit, et Juvenalis Hierosolymitanus. Porro cum pestilens Theodosius per 20 menses thronum Hierosolymitanum tenuisset, jussus est comprehendi; qui fugiens in montem Sinæum properavit; quo fuga lapso una cum his quos ipse provexerat, iterum Juvenalis thronum suum recepit.

Interea Maximus Maximi nepos tyrannum Valentinianum peremit, et Eudoxiæ vi associatus imperium quoque obtinuit: per quæ namque quis peccat, per ea quoque et corripitur. Inter hæc ergo Eudoxia coarctata et nullum fore auxilium a Byzantio Theodosio patre suo et Pulcheria defunctis existimans, arcessit Gezerichum ad urbem Romam,

A rogans a Maximi tyrannide liberari. Magna vero cum classi Gezerichum Romam navigantem Maximus timens fuga usus est: hi vero qui cum ipso erant, interemerunt eam. Præterea Gezerichus nemine sibi resistente introivit Romam tertia die Maximi fugæ, et sublati omnibus pecuniis, et civitatis miraculis in naves receptis, in quibus erant ecclesiastica cimelia tota ex auro, lapidibus pretiosis ornata, et vasa Hebraica, quæ Titus Vespasiani filius post captivitatem Hierosolymorum Romam detulerat, una cum Eudoxia imperatrice ac filiabus ejus in Africam navigavit.

Erat autem Marcianus admodum religiosus, et timens Deum, qui cum litanis Campi pedes excedebat, multa egentibus beneficia præstans. Quod intuens Anatolius patriarcha et ipse de cætero non phorio portatus secundum morem, sed pedes litanias faciens incedebat. Timotheus autem Helurus molimine usus noctu cellas monachorum circumibat, unumquemque vocans ex nomine, quo respondente dicebat: *Ego angelus sum dicere omnibus, ut absecedant a communione Proterii et eorum qui Chalcedone convenere, et Timotheum Helurum in episcopum Alexandria provehant*.

Mundi anno 5950, divinæ incarnationis anno 450, Leo imperat coronatus ab Anatolio patriarcha. Timotheus vero cognomento Helurus Alexandriam civitatem turbabat. Multitudine quippe inquietorum virorum empta tyrannice Alexandria sedem obtinuit, et cum depositus esset, a duobus depositis provehitur. Unde omnia scandala penes Alexandriam orta sunt: cunctis enim orbis terræ sacerdotibus definitionem synodi Chalcedonensis recipientibus, iste scelestus rabie quadam infectus injuriis appetebat, et ordinationes episcoporum faciebat, cum esset ipse inordinatus, et baptizabat, cum presbyter non existeret. Beatus autem Proterius sentiens contra se confectum concilium dat locum iræ, et prima die Paschæ ad venerabile baptisterium fugit. Ast ille Antichristi præcursor, neque sanctam diem neque colenda loca reveritus, mittit et occidit insontem pontificem, una cum sex aliis qui erant cum ipso; et funibus trahentes hujus cadaver a sancto lavacro emiserunt, et pompose per civitatem portatum postremo etiam igni sine ulla misericordia prodiderunt, et cineres ejus in aerem consperserunt. Eodem anno delatum est corpus S. Anastasiæ a Syrmio, et repositum est in templo ejus in porticibus Domini. Timotheus autem Helurus scripta magni Cyrilli non edita reperiens in multis locis adulteravit, sicuti scribit Petrus Alexandrinus. Sequenti vero anno Leo imperator iniqua Proterii morte et injusta Heluri promotione comperta, mittens Cesaream linguis mutilatis exsilio relegavit eos qui Proterii neci communicaverant: Timotheo vero scelesto adversi nil intulit, judicium in eum dicens inferre antistitibus convenire. Qui litteras ad unumcujusque provinciam misit episcopos, ut singuli scriberent

sibi proprium solum, utrum quæ apud Chalcedonem definita sunt sibi placerent, et super Helurum creatione quid dicerent. Inter quos et S. Simeoni stylitæ et Bardæ monacho atque Jacobo miraculorum patratori scripsit, contestans ut ita iudicium controversiarum depromerent, ut essent rationem Deo cunctorum Domino reddituri. Qui omnes unanimiter et consonanter et Chalcedonensem synodum sanctam esse affirmant, et terminum ab ipsa depromptum admittunt, Timotheum autem consonanter reprobant tanquam homicidam pariter et hæreticum. Satagebat autem et Gennadius apud imperatorem quo ulcisceretur super his quæ temere fuerant perpetrata; cui e diverso resistebat Asper Arianus. Porro imperator pius Helurum quidem apud Gangras exsilio relegavit: Ipse vero et illic cœpit conventicula congregare turbationesque patrare, quas comperiens imperator rursus eum in exsilium misit apud Chersonam, et consecratus est pro eo episcopus Alexandriae Timotheus alius cognomento Leucos, qui et Salophaicalus nuncupatur, vir orthodoxus et bonus cunctisque prorsus amabilis. Interea vasto incendio Constantinopoli facto, Marcianus œconomus ascendens super tegulas S. Anastasie, tenens Evangelium, orationibus et lacrymis illæsam domum servavit. Sequenti anno cum pictor quidam pingere Salvatorem secundum similitudinem Jovis præsumpsisset, arefacta est manus ejus; quem peccatum suum confessum sanavit Gennadius. Aiunt enim quidam historicorum quod crispis et raris capillis schema in Salvatore magis vernaculum sit. Per idem tempus Leo imperator Zenonem generum suum magistratum totius Orientis fecit, et Basiliscum fratrem Verinæ Augustæ magistratum Thracæ constituit. Zeno autem veniens Antiochiam invenit episcopum in ea sacrum Martyrium. Petrus autem Cnapheus sequebatur Zenonem, cum esset presbyter; qui persuadens Zenoni ut sibi cooperaretur ad conducendos mercede quosdam Apollinarij sectatores, turbationum dena millia excitat contra fidem et Martyrium episcopum; et anathematizat eos qui non dicunt Deum crucifixum esse, et scindens populum Antiochenum addit in trisagio hymno: *Qui crucifixus es propter nos*. Quod ex tunc hodieque apud Theopaschitas dici obtinuit. Martyrius autem ad Leonem imperatorem venit, et susceptus est cum honore multo, studio Gennadii episcopi Constantinopoleos. Rediens autem Antiochiam, et inveniens populos dissidentes Zenonemque his faventem, coram ecclesia abrenuntiavit episcopatu, dicens: *Clero non subdito et populo dissidenti et ecclesie squalenti abrenuntio, servans mihi met sacerdotii dignitatem*. Quo discedente Petrus Cnapheus in thronum Alexandrinum insiliit, et mox Joannem quoque promovit Apamenum episcopum, qui erat ex depositione. His vero compertis Gennadius cuncta imperatori exponit, et jubet Petrum Cnapheam exsiliari. Quod audiens Petrus exsilium fuga evasit. Electione vero com-

A muni Julianus quidam episcopus Antiochiæ promovetur.

Eodem anno translatus est apud Alexandriam propheta Helisæus in monasterium Pauli leprosi: leprosum enim sanavit, et leprosum fecit, et in ea quæ leprosi erant translatus est.

Circa hæc tempora Anthimus et Timocles tropariorum factores agnoscebantur. Præterea Cassius quæstor Antiochenus atque philosophus derogatus est apud imperatorem ut paganus, et jussit imperator examinari eum a præfecto prætoriorum Constantinopoli. Cumque duceretur in Zeuxippum vinculus retrorsum manibus, dixit ad eum Poseus præfectus: *Videsne, o Cassi, in quo habitu constitutus sis?* Qui ait: *Video, et non miror: homo enim cum sim, humanas incurri calamitates. Sed judica in me, ut mecum judicabas*. Quibus auditis concilio laudavit imperatorem, quo comperto imperator gavisus est et dimisit eum in regionem suam.

Mundi anno 5063, divinæ incarnationis anno 465, cum Eudoxia neptis Theodosii sexdecim annos in Africa cum viro suo Honorico fecisset, et puerum Gildericum ex ipso genuisset, difficile ferebatur erga maritum, cum esset Arianus. Unde aditu invento fuga lapsa venit Hierosolimam, et adoratis venerabilibus locis, salutatoque sepulcro Eudociæ aviæ suæ, ac paucis diebus in sancta demorata civitate, mortua est in pace, omnibus sanctæ Resurrectioni dimissis.

C Mundi anno 5067, divinæ incarnationis anno 467, Basiliscus in Campo acclamatur imperator. Marcum filium Cæsarem fecit, et Zenobiam uxorem suam Augustam coronavit, et statim contra fidem præliatus est, Zenobia maxime incitante illum ad istud, Timotheumque Helurum revocavit per typum, et Petrum Cnapheam, qui absconsus erat in monasterio Acœmetensium. Et quotquot alij inimici sancti Chalcedonensis erant concilii, fiducialiter contra veritatem agebant. Helurus autem congregatis inquietis quibusque Alexandrinis, qui Constantinopoli peregrinabantur, de palatio cum litania venit in ecclesiam, vectus asino; qui perveniens in locum qui dicitur Octagonus, expavescens pedem contrivit, et cum confusione reversus est. Basiliscus

D hunc Alexandriam cum typis contra synodum misit, et Petrum Cnapheam Antiochiam, contra veritatem confortans utrumque. Timotheus autem Salophaicalus episcopus Alexandrinus, comperiens Timotheum Helurum advenire, recessit ad monasteria Canopi. Multis autem afflictis Helurus Timotheum lædere non valuit, eo quod diligeretur ab omnibus. Cumque ingrederetur Helurus Alexandriam, vaciferabantur studiosi ejus, illud turpe dicentes: *Cibasti inimicos tuos, papa*. Ast sceleratus contra clamabat: *Etiā vere cibari*. Hic impius etiam Chalcedonense concilium anathematizabat. Julianus autem Antiochenus episcopus præ tristitia eorum quæ fiebant defunctus est. Petrus autem Cnapheus ad sedem perveniens in anathemata et turbationes

erupit. Hinc caedes hominum et rapinae propter A additamentum trisagii factae sunt. Præterea Basiliscus typo generali Chalcedonense abiecit concilium, iubens Acacio Constantinopolitano id ipsum facere: sed tota civitas cum mulieribus et liberis in ecclesiam contra Basiliscum conveniens hoc fieri vetuit. Porro clero et monachis Constantinopolitanis pro Chalcedonensi synodo propugnantibus, timens Acacius multitudinem cum eis concordare simulabat; unde coram ambone contra Basiliscum et Zenonem acclamabat. Basiliscus autem compertis his, metuens fervorem plebis, e civitate exiit, iubens senatui neminem loqui cum Acacio. Futurum enim erat ut populus incenderet urbem. Daniel autem mirabilis stylites assumptis monachis et populi æmulatoribus exivit contra Basiliscum, et ei cum multa fiducia disputavit. Interea Zeno cum Areadne ad regiam perveniens urbem susceptus est a populo ac senatu. Basiliscus vero veniens ad ecclesiam, imperiali deposita in divina mensa corona, ad baptisterium confugit cum Zenobia malae opinionis uxore sua. Porro Zeno Petrum Cnapha avertit eo quod Basilisco concurrerit. Decreto autem Orientalis synodi depositus est, et cum eo Joannes, qui post tertium mensem ejectus est, et post eum Stephanus vir venerabilis est Antiochiæ proventus episcopus. Petrus autem apud Pityussam in exilium ducturus, sed educentes decipiens, confugit ad sanctum Theodorum Euchaitensium. Timotheus autem Helurus inter hæc moritur, pro quo Petrus Moggus introducitur, vir C malignus et veritatis inimicus, qui jam depositus fuerat. Consecratur autem ab uno episcopo, et ipso deposito; in quem irruentes per zelum Dei monachi triginta solis diebus latrocinialiter eum obtinentem episcopatum repellunt, et Timotheum iterum Salophacialum jure throno restituunt. Stephanus interea electione communi proventus ad Antiochenum episcopatum a Petri Cnaphæi sequacibus quasi Nestorianus criminatus est apud Zenonem. Sed hunc Orientalis synodus apud Laodiceam conveniens jussione imperatoris utpote innoxium sedi restituit.

Septimo vero imperatoris Zenonis anno, Stephanus episcopo Antiocheno dormiente, Stephanum pro eo alterum consecravere, quem inimici fidei voto, quo erga Cnaphæa flagrabant, in natatorio sancti martyris Barlaæ calamis acutis trucidantes in Orontem fluvium projicere, furore armantes amentiam. Zeno autem propter illa quæ præsumpta sunt in Stephanum, jussit Acacio Constantinopolæo episcopo Antiochiæ constituere, qui ordinavit Calandionem. Consecraverunt autem et Antiocheni per ignorantiam Joannem, qui dicebatur Codonatus; quem Calandio in Tyrum, quæ primus thronus est Antiochenæ dioceseos, translatus inthronizavit. Eodem anno et Alexandriæ Timotheus Salophacialus defunctus est, et consecratus est Joannes Tabennesiotes, vir sanctus et rectorum

dogmatum propugnator, qui fuerat Alexandriæ presbyter et œconomus ecclesiæ. Porro Hillus patricius cum Leontio et reliquis venit ad castellum Papyrii, et educta Verina Augusta in Tarsum Ciliciæ fecit eum coronari extra civitatem apud S. Petrum.

Decimo præterea Zenonis anno Petri Moggi spudastæ per pecuniam et seductiones persuaserunt Zenoni ejicere Joannem Tabennesiotes Alexandrinum episcopum tanquam præter votum ejus consecratum, et Petrum Moggum iterum reducere Alexandriam. Tunc et enoticum fecit Zeno, ut quidam aiunt, ab Acacio Constantinopolitano dictatum, et ubique transmisit. Petro autem Moggo ante regressum ejus in Alexandriam jussit Zeno communicare Simplicio Romano atque Acacio, qui, videlicet B Acacius, scripsit Alexandrinis suscipere Moggum et Joannem abjicere. Joannes vero audita Petri præsentia, licet clerus cum populo exire illum prohiberet, quæ præsumenda erant a Petro considerans, sapienter et sine turbatione recessit.

Mundi anno 5972, divinæ incarnationis anno 472, Theudericus Valamer, cujus multus inter Barbaros et Romanos est sermo utpote fortis et providi, sed nec rationum inexpertis, penes Byzantium quippe obses quondam traditus, optimis magistrorum adhæsit, cum pater solus Valamer post Attilæ filios dux esset, sub Leonis imperio, Gothorum. Interea Orientales episcopi scripsere Acacio vituperationes eo quod receperit Moggum in communionem; qui parvipendens eos omnes impudenter communicare Moggo coacte fecit. At vero qui erant ex regia urbe, necnon et de Oriente, deprecati sunt Felicem Romanum episcopum, significantes Acacium esse malorum auctorem. Inter quos et Joannes Alexandrinus eadem dicens Romam profectus est. Felix autem synodo in templo summi apostoli Petri facta duos episcopos et Ecclesiæ defensorem. Constantinopolim misit, scribens Zenoni et Acacio ut Petrum Moggum tanquam hæreticum ejiceret ab Alexandria. Sequenti vero anno his qui a Roma missi fuerant apud Abydum Zenonis et Acacii voluntate retentis, litterisque ablatis in carcerem missis, comminatus est Zeno illos occidere, nisi Acacio et Petro Moggo communicassent. Porro Zeno D consilio Acacii Orientis episcopos cogebat subscribere enotico et communicare Petro Moggo. Responsales vero Felicis Romani conveniens et pecunijs decipiens, Acacio communicare contra quæ sibi fuerant imperata persuasit, quanquam e contra ter contestarentur orthodoxi, primum quidem hamo circumponentibus funem, et unum eorum publice instruentibus, secundum autem in librum immiserunt, et tertium in cophinum olerum imposuerunt. Felix autem compertis quæ ab apocrisiariis suis gesta sunt, deposuit eos, scribens Acacio depositionem. Porro is qui hanc deferebat, effugiens eos qui erant in Abydo, pervenit ad monasterium Dii. Monachi vero Dii Dominico die in sacrario porrexerunt epistolam Acacio. Ast hi qui

erant ex parte Acacii peremerunt quosdam ex monachis, qui epistolam dederant, quosdam autem punitos carceri tradidere. Verum Acacius insensate ac habuit circa depositionem, nomenque Felicis a diptychis abstulit. Præterea Calandio episcopus Antiochenus asportavit corpus Eustathii magni a Philippis, ubi et exilio retentus dormierat, et cum honore multo huic decimo milliario tota civitas obviam venit. Hi vero qui se ab Ecclesia separaverant propter eundem sanctum, rursus uniti sunt post centum annos dormitionis ejus. Mortuo sane Acacio cum Phravitas per tres menses episcopatum tenuisset, scripsit Felici quod ei quidem communicaret, Petro vero Moggo non communicaret. E diverso autem Moggo scripsit quod ei quidem communicaret, Felicem autem Romanum averteret. Verum exemplaribus, quæ ad Moggum destinata fuerant ab orthodoxis, Felix, antequam apocrisiarii Phravitæ cum synodicis pervenissent, acceptis, hos cum inhonestate remisit. Defuncto autem Phravita Euphemius presbyter et ptochotrophos Neapoleos episcopatum Constantinopoleos tenuit, confestim propriis manibus nomen Moggi delevit a diptychis, sicque in eis sedens in throno nomen Felicis inscripsit.

Mundi anno 5982, divinæ incarnationis anno 482, Petrus Moggus mortuus est Alexandriæ, pro quo Athanasius consecratus est cognomento Ciliates. Ast imperator Zeno requie potitus a Barbaris, ab Antiochena Calandionem pellit ecclesia, exsulcm faciens apud Oasin, Petrumque Cnaphea constituit. Nestorem autem Tarsensem, Cyrum Hieropolitanum, Joannem Cyrestensem, Romanum Chalcedonensem, Eusebium Samosatenum, Julianum Mopsuestinum, Paulum Constantinensem, Manum Hermeniensem et Andream Theodosiopolitanum, sub obtentu quidem favoris quasi circa tyrannos exhibitum, sed veritate propter non receptum enoticum abigi præcepit ecclesiis. Petrus autem Cnapheus Antiochiam ingressus multa mala operatus est, anathematismos videlicet synodi Chalcedonensis, irreprehensibilium dejectiones episcoporum, subrogationes et creationes illicitas, et his similia, ante omnia trisagio hymno addens: *Christe rex, qui crucifixus pro nobis*. Petrus autem iterum veniens amputavit: *Christe rex*. Porro Xenochias servus Satanæ Dominicam et sanctorum dicebat non recipiendam imaginem. Cum enim esset natione Persa et fortuna servus, dominum suum sub Calandione fugiens villas, quæ circa Antiochiam sunt, a fide retrahabat, cum non esset baptizatus, se clericum esse dicens. Hunc Calandio quidem pepulit, Petrus vero Cnapheus episcopum Hierapoleos ordinans Philoxenon mutato nomine nuncupavit. Cum autem postmodum eum baptizatum non esse didicisset: *Sufficit*, inquit, *ei pro baptismo consecratio*. Euphemius autem cum esset orthodoxus, Anastasium silentiarium, qui post hæc abusus imperio est, ab Ecclesia pepulit ut hæreticum et Eutychis consentaneum, quem et

A turbas excitantem intuens sedile ipsius, quod erat in ecclesia subvertit, comminatus ei quod nisi cessasset a talibus, tonderet caput ejus et turbis traderet publicandum. Questus autem apud Zenonem contra illum obtinuit potestatem. Sequenti vero anno, quo agebatur decimus septimus imperii Zenonis annus, Felix synodicis Euphemii receptis ei quidem tanquam orthodoxo appositus est, episcopum autem illum non recepit, eo quod nomen Acacii et successoris Phravitæ de diptychis non emisit. Eodem anno Petro Cnapheo mortuo promotus est episcopus loco ejus Palladius presbyter Seleuciensis ecclesiæ sanctæ primæ martyris Theclæ, cum quo ejectus est et Joannes Constantini atque Anastasius silentiarius, qui male post hæc imperavit. Nam Zenone mortuo, Longinoque fratre ipsius imperium affectante repulso, Areadnæ senatusque consulto ac totius exercitus Anastasius silentiarius pronuntiatum est imperator; qui cum imperium suscepisset, professionem in scriptis expetitus est ab Euphemio facere non commovendi quidquam ab Ecclesia vel de fide, indignum ac Christianis et imperio vocans. Vim autem ei faciente imperatrice Areadne atque senatu, suscepit propriæ manus ejus scriptum, quod reciperet in definitionem fidei dogmata Chalcedonensis concilii, et ita coronatus Areadnem ducit ad nuptias, nondum ante uxori sociatus. Porro anno quo Zeno mortuus est et Anastasius imperare cœpit, ab Adam secundum Romanos quidem annis erant 5999, secundum diligentem vero supputationem Alexandrinorum 5983.

Mundi anno 5981, divinæ incarnationis anno 484, Anastasius imperator Petrum Cnaphea Antiochiam redire ad propriam sedem jubet. Sed licet hunc ab exilio revocasset, Antiochiam tamen abire non passus est, Palladium faciens Antiochiæ consecrari. Euphemius autem Constantinopolitanus, congregatis peregrinis episcopis sanctum prædicavit Chalcedonense concilium. Porro Joannes Tabennesiotes cum esset Romæ, audiens quod Anastasius imperaret, venit Byzantium, vicissitudines bonas sperans ab eo, quoniam Alexandrinæ sece-
 rat illum œconomum, quem et nudum ex naufragio susceptum sustentare curavit, ita ut faceret eum de calamitate nihil omnino sentire. Anastasius autem audiens quod veniret, fide rupta multaque ingratitude usus in exilium præcipit destinandum, nullatenus ab ipso susceptum. Porro Joannes hoc prænoscebat Romam fingendo salvatus est. Interea facta Barbarorum prædonumque ac intestinorum bellorum turbatione, his Cono episcopus Apamiæ derelicto throno in armatum et prætorem taxatus resistit. Imperator autem fatigatus eo quod bellum protelaretur, fidenter credidit Euphemio episcopo quod cuperet pacem, et colligi peregrinos præcipit episcopos quasi pro Hisauris rogaturos. Euphemius autem secretum imperatoris Joanni patricio revelavit, quocirca videlicet Athengodori primatis ty-

rannidis, qui currens hoc imperatori nuntiavit; A quæ res in irreconciliabilem contra Euphemium inimicitiam imperatorem Anastasium excitavit. Unde et Hisaurorum Euphemio congressiones ascripsit. Euphemio vero quidam insidiantes persuaserunt cuidam ante martyrium gladium contra caput ejus incutere. Sed Paulus quidam defensorum Ecclesiæ plagam quidem in capite suo recepit et periclitatus est, insidiatorem vero peremit. Iterum ergo in Collecta insidiati Euphemium consiliati sunt interimere, qui privato habitu indutus fuga salutem mercatus est. Porro Anastasius imperator ab Euphemio professionem suam, de qua prædictum est, violenter extorsit. Cuique, victis Hisauris, mandat per Eusebium magistrum dicens: *Orationes tuæ, o magne, amicos tuos fuligine contaminaverunt.* Episcopis ergo peregrinis collectis imperator contra Euphemium queritur; qui faventes imperatori depositionem patriarchæ et excommunicationem sanciebant. Provehit autem imperator Macedonium episcopum Constantinopoleos, qui tunc sceuophylax erat ipsius ecclesiæ. Populus tamen propter Euphemium dissidebat, et in Hippodromion currens litanias agebat, quanquam nihil proficere valuerit, imperatore male vincere satagente. Porro Macedonius nequiter obaudiens Anastasium subscripsit enotico. Imperator autem Euphemium in Euchaitam exsulem misit; qui verbum (18) petiit per Macedonium accipere, ut illæsus maneret, cum duceretur. Jussus autem Macedonius dare verbum, et ingressurus in baptisterium ad Euphemium, superhumerales a se archidiacono præcepit auferre, et ita purus ad Euphemium ingressus feneratusque pecunias dedit Euphemio, ita ut laudaretur a multis. Religiosus enim erat et sacer, quippe qui a Gennadio fuerat enutritus, cujus et fratrueilis erat. Eodem anno Athanasio episcopo Alexandrino defuncto consecratus est pro eo Joannes monachus presbyter et œconomus, cognomento Hemula. Præterea Macedonius consilio imperatoris unire monasteria regiæ urbis satagit, quæ scissa fuerant propter enoticon Zenonis. Sed non valens consilium dedit imperatori, quo peregrinos episcopos convenire et quæ Chalcedone bene dogmatizata fuerant in scriptis confirmare faceret. Quod et factum est per descriptam actionem. Et hortabatur monasteria ad unitatem, maximeque Dii monasterium et Basiani et Acæmetensium atque Matronæ, quæque magis scindebantur ab eo qui recipiebat Zenonis enoticon, et exsilia alacriter sustinebant. Cum ergo insisterent, consideravit Macedonius magis in propria voluntate dimittere eos quam persecutionem erigere contra illos. Matrona vero sancta adhuc vivens, et non communicans una cum religiosis monachibus quæ cum illa

erant, propter enoticon Zenonis, inopinata multa monstravit, Chrysaorio ecclesiæ diacono illam cogente. Et alia quædam Sophia vocata, insignisque inter sanctimoniales, multa passa magnam patientiam demonstravit. Porro Theodoricus Afer diaconum habens orthodoxum admodum a se dilectum, qui cum in Arianismum fuisset conversus, Theodorico favens, interemit eum gladio dicens: *Si Deo fidem non servasti, nec mihi servabis.* Palladio vero episcopo Antiocheno defuncto, imperator elegit Flavianum presbyterum et apocrisiarium ecclesiæ Antiochenæ, quem aiunt dogmatibus Chalcedonensis concilii adversatum. Præterea Olympius quidam Arianus, dum in Helianensium balneo lavaretur crudeliter blasphemans, miserrime in eo mortuus est, quod in imagine est depictum. Eutychianus vero quidam, primus diatariorum, muneribus suavis erectam imaginem Olympii deposuit; qui ab illo die dire corpore tabefactus interiit.

Mundi anno 5992, divinæ incarnationis anno 492, Festus senator urbis Romæ, missus ad Anastasium propter quasdam civiles utilitates, memorias Sanctorum Apostolorum festivitate majori petiit celebrari, quod et tenetur usque in præsens. Macedonius autem ad Anastasium Romanum episcopum synodicum per Festum mittere volens prohibitus est ab imperatore. Porro Festus rediturus Romam pollicitus est imperatori Anastasio persuadere Anastasio papæ Zenonis enoticon recipere; quem vivum non reperiens corrupit per pecunias multos, et elegit præter consuetudinem Romanorum episcopum Laurentium quemdam, qui ordinatus est ab una parte. Orthodoxiores autem consecraverunt Symmachum, unum ex diaconibus. Hinc ergo turbationes multæ ac hominum strages et rapinæ patratae sunt per annos tres, usquequo videlicet Theodoricus princeps tunc Romam tenens, quanquam Arianus esset, synodo celebrata locali Symmachum quidem episcopum Romæ firmavit, Laurentium vero in Nuceria civitate locare præcepit episcopum, qui tamen nullo pacto quiescens, sed seditiones commovens a Symmacho deponitur et in exsilium mittitur, et ita simultas cessavit. Eodem anno Anastasius removit auri argentique metalla et venationes, principatusque cum venales essent gratis promovebat.

Sequenti vero anno cum Romanum pontificatum Symmachus, imperium autem Anastasius regeret, Saracenorum incursum in Phœnicem et Syriam rursus effectus est, post mortem Agari Vadicharino fratre ipsius instar turbinis, et adhuc velocius, discurrente per loca. Hoc etiam anno, id est Symmachi papæ primo et imperii Anastasii undecimo, Vulgares per Illyricum et Thracem discurrunt, priusquam agnoscerentur. Apud Neocæsariam deinde cum futurum esset ut fieret terræ motus,

NOTÆ.

(18) Verbum, securitatem. Justinianus Nov. 7, c. 5: Ἀλλὰ μὴδὲ τοὺς τοὺς καλουμένους λόγους προχεῖρας δίδοναι σπεύδειν. Vetus interpres: « Sed

neque hæc quæ dicuntur verba prompte dare festines. » Idem Anastasius De vitis PP. in Gregorio II: « Verbum immunitatis expetiit. » FABR.

miles iter faciens duos milites super eam vidit, et alium militem post tergum clamantem : *Conserve domum in qua sepulcrum Gregorii est.* Cum autem terræ motus factus fuisset, plurima pars civitatis corruit, excepta domo Gregorii thaumaturgi.

Mundi anno 5999, divinæ incarnationis anno 499, Anastasius quiete potitus a præliis, Macedonium patriarcham avertire ab orthodoxa fide satagebat. Multi autem episcoporum Anastasio gratiam præstantes Chalcedonensi resistebant concilio, quorum primus erat Eleusius Sasimensis. Quemdam autem Manichæum Syrum simul et Persam Anastasius adduxit a Cyzico in habitu presbyteri, qui aliena ab Ecclesiæ sanctis imaginibus scribere præsumpsit et fabulosa in palatio Helenianensium, voto imperatoris Manichæis congratulantis. Unde et seditio populi facta est magna. Tunc et præfectum Anastasius in collectis et litiis excogitavit subsequi : timebat enim orthodoxorum seditiones, et factum est in consuetudinem. Xenaiam vero Manis consentaneum duxit Anastasius Constantinopolim tanquam sectatorem suum, quem Macedonius neque communione neque verbo dignum clero, monachis et populo conturbato iudicavit. Unde et eum Anastasius latenter ab urbe eduxit. Macedonius vero Acholium quemdam, qui exemerat adversus se machinam ex submissione inimicorum suorum, per singulos menses annonas præcepit accipere, super mansuetudine collaudatus. Hoc autem et in egenis sacrilegis egit.

Mundi anno 6001, divinæ incarnationis anno 501, Anastasius imperator Flavianum Antiochenum coegit enotico Zenonis subscribere; qui facta synodo episcoporum subdegentium versuum multorum epistolam scripsit, Nicænam, Constantinopolitanam et Ephesinam conflens synodos, Chalcedonensem autem tacuit. Reprobavit autem Diodorum, subdens capitula quatuor, per quæ cum Chalcedonensi apparet non consonare concilio, maxime vocem duarum naturarum impugnans. Aiunt præterea quidam hæc Acacii Constantinopoleos esse. Porro Flavianus secretam epistolam scripsit Anastasio, intentionem ejus sectatus. Similiter Xenaias impius, qui et præsumptuose gerens addidit his capitulis anathema contra divinissimum Leonem Romanum et synodum ac illis consentientes. At vero Constantinus episcopus Seleuciæ Chalcedonensem synodum anathematizabat. Porro Flavianus ut derogans scripsit imperatori, indicans hæc. Imperator autem indignatus est adversus eum, Constantinum potius et Xenaiam suscipiens. Heiham vero episcopo Hierosolymitano scripsit Anastasius jubens contra Chalcedonensem decernere synodum; qui rescripsit imperatori anathematizans Nestorium, Eutychen atque Diodorum, et concilium Chalcedonense recipiens. Interea monachi quidam hæretici ducenti, venientes ab Oriente Byzantium una cum Severo impio, contra Macedonium atque concilium decertabant. Hos

Anastasius honorifice suscepit ut veritatis inimicos, et eos qui conturbaverant Orientem, et hic eadem operantes. Joannes vero Alexandrinus episcopus duo millia librarum auri dare spondit imperatori, si perfecte ejiceret Chalcedonense concilium: imperator autem Macedonium cogebat apocriariis communicare Joannis, Joannemque recipere synodum, neque recipientem neque projicientem. Macedonius autem restitit, dicens non illis se communicaturum, nisi constentur matrem et magistram synodum Chalcedonensem. Cælerum Deuterius episcopus Arianorum Byzantii baptizans quemdam virum nomine Barbarum, præter Dominicam traditionem ausus est dicere : *Baptizatur Barbarus in nomini Patris per Filium in Spiritu sancto*; et statim lavacrum exsiccatum est. Barbarus vero timore perterritus fugit, et omnibus notum fecit miraculum. Porro imperator Macedonium Constantinopoleos episcopum cogebat anathematizare Chalcedonense concilium, quemadmodum et Heliam Hierosolymitanum. Ast Macedonius absque universali synodo, quæ præselem Romanum haberet episcopum, impossibile fore hoc se facere fatebatur. Unde inimicus ei effectus imperator confugientes ad ecclesias violenter extrahere jussit, et ecclesiis hæreticorum intemeritatis definitiones concessit : quotquot autem clerici et laici Byzantii erant, apud Severum et Manichæos Orientales hæreticos vacabant, contra Macedonium satagentes. Porro deiferi monachi, qui in Palestina erant, divina moti emulatione venire Byzantium contra Severum et monachos qui cum eo erant. Dorotheus autem monachus Alexandrinus multorum versuum librum edidit pro Chalcedonensi concilio, quem dedit Magnæ uxori fratris Anastasii, cum esset orthodoxus. Ipsa vero Anastasio librum obtulit, sperans per hunc eum fore mutandum; quem cum legisset et præter votum suum esse reperisset, Dorotheum apud Oasin exsilio destinat et librum pro nihilo ducit, eo quod superscriptus esset Tragœdia, id est, prophetia instantis constitutionis, quemadmodum a magno Basilio aiunt fuisse dictum contra Julianum. Macedonius autem Flavianum Antiochenum et omnes qui præsumerent dicere quid adversus synodum anathematizavit, et apocriarios Flaviani venientes ad se propter quasdam necessitates anathematizavit et insecutus est. Vicesimo sane imperii Anastasii anno synodus apud Sidonem præparatur. Soterichus enim episcopus Cæsareæ Cappadociæ a Macedonio consecrandus se in scriptis professus est dogmata Chalcedonensis synodi utpote definitionem fidei recepturum. Post hæc tamen adeo factus est hostis ut mori velle cerneretur in Oriente eum Xenaia locutus, et ambo pro synodo apud Sidonem efficienda imperatorem petiissent in omnimodam ejectionem sancti Chalcedonensis concilii; quæ statuta maturius dissoluta est, imperatore ad hoc Eutropium tribunum mittente, qui et disso-

Inta ea egit ut Flavianus Antiochenus et Helias Hierosolymitanus una cum episcopis suis imperatori, quæ apud Sidoniam gesta fuerant, scriberent. Flavianus vero tres tantummodo synodos et Zenonis exoticon se suscipere scripsit, Chalcedonensis mentionem non faciens. Helias quoque Hierosolymitanus etiam Chalcedonensem se scripsit abdicere. Soterichus autem Cæsariensis et Xenafas contra Flavianum et Heliam suggererunt imperatori, quod pro eo quod nossent expresse contra synodum Chalcedonensem sententiam ferre, convenerunt ad invicem. Anastasius autem iratus incitavit monachos quosdam falsos convenire apud Antiochiam et adversus Flavianum insurgere, petentes eum Chalcedonense anathematizare concilium et Diodorum et Theodorum et Ibam et Theodoretum; quod et fecit pusillanimus factus Flavianus, et contra Ecclesiam eos anathematizavit una cum synodo. Eodem anno contra Macedonium imperator agebat; et schismatici cum conductis turbis, in Archangelo palatii et in Magna ecclesia psallentes in Dominica die trisagion, addebant in eo: *Qui crucifixus es propter nos*, ita ut orthodoxi ex necessitate cum plagis eos insequerentur. Imperator vero manifeste per schismaticos monachos et clericos et Julianum Carizæ tunc, deinde vero Halicarnassi episcopum, et Severum episcopum, adhuc monachum, impugnabat Macedonium, turpibus eum publice submittens injuriis. Multitudines autem cum mulieribus et liberis abbatibusque orthodoxorum monachorum congregatæ clamabant: *Tempus martyrii, Christiani: ne derelinquamus Patrem nostrum*, injuriis lacessere imperatorem satagentes ut Manichæum et Indignum imperio; qui metuens clausit ostia palatii, et naves præparavit ad fugiendum. Macedonium autem, de quo juraverat non se ultra visurum, tunc rogabat videre, multitudines metuens. Hoc interea veniente ad eum, populus hegumenis et monachis protestabatur dicens: *Patrem nostrum habemus a vobis*. Scholæ vero laudem dicebant ei, cum transiret. Ingressus autem ad Anastasium arguit eum ut hostem Ecclesiæ; qui simulatus est ei ad horam uniri. Verum sequenti anno decepit imperator Macedonium per Celerem magistrum, commonitorium (19) faciens ad eum, in quo se primam quidem et secundam confitebatur suscipere synodum, Ephesinam vero et Chalcedonensem dimisit, quod ingens Macedonio vituperium attulit. Per hoc enim et enoticon Zenonis recepit, cui etiam consecrandus subscripserat. Præterea Macedonius abiens in Adalmati monasterium in eo clericis et monachis zelatoribus, qui ob id scandalizati fuerant, rationem reddidit per

A declamatorium sermonem, quod susciperet sanctam Chalcedonensem synodum, eosque qui hanc non susciperent, hæreticos haberet; et comministraverunt ei. Imperator autem muneribus persuasit consentaneis ipsius, clericis scilicet et monachis, alium episcopum eligendi; quod et Areadnem et magnos ex senatoribus contristabat: diligebatur enim Macedonius propter vitæ munditiam et dogmatum rectitudinem, licet deceptus fuerit. Instruxit autem imperator duos quosdam nequam accusare Macedonium quasi puerorum amatorem pariter et hæreticum, et hæc porrigere in scriptis præfecto et magistro. Similiter autem contra presbyteros et diaconos orthodoxos. Jussit autem Celerem magistrum deponere violenter eum ab episcopio, clamante Macedonio se prompte respondere non solum in prætorio, sed etiam in theatro. Multi vero clericorum in carceres missi sunt: qui autem fugere potuerunt, apud Romam et Phœnicem sunt dispersi.

Porro impius imperator authenticam chartam Chalcedonensis concilii gestorum per magistrum accipere a Macedonio et dirumpere satagebat. Macedonius vero signans eam super altare posuit: quam Calopodius eunuchus et œconomus Magnæ ecclesiæ furto ablatam imperatori detulit. Tunc Macedonium nocte educens imperator violenter Chalcedonem misit, et inde apud Euchaitem exsilio relegari præcepit, nihil eorum quæ de se objiciebat querere ausus, metuens multitudines. Postera vero die provehit episcopum Timotheum quemdam, presbyterum et vasorum custodem ecclesiæ, cognomento Lytrobulem et Celonem propter quosdam actus convenientes nominibus; qui ingressus ecclesias, primum imagines Macedonii deponebat, et ita faciebat missas (20). Joannem vero Alexandrinum in diptychis ordinavit, eique synodica scripsit. Imperator autem perpendens quod sine depositione Macedonium et sine judicio in exsiliu miserit, missæ magistro sistere fecit eum ultra Claudiopolim Honoriadis; sicque illum absentem deponunt, cum idem ipsi fuerint accusatores, testes et iudices, præsertim cum jam esset ante iudicium pulsus, et per episcopos mittunt depositionem, et presbyterum D Cyzicenum. Hos cum vidisset Macedonius, priusquam cum illis loqueretur, interrogabat si susciperent synodum Chalcedonensem; quibus dicentibus: *« Quis enim es? »* Tunc ipse ait: *« Si Sabbatian vel Macedoniani deferrent mihi depositionem, conveniat me suscipere. Et ita reversi sunt inefficaces, idemque pervenit ad Euchaitem. Tunc et Flavianum festinabat imperator a sede Antiochena ejicere, et pro illo Severum manifestum veritatis ini-*

NOTÆ.

(19) *Commonitorium*. Theodorus Balsamo ad synodum Carthaginensem: *κοινωντήριο; ἦτοι τὸ ἔγγραφοὺν ὑπόμνημα*. Vide ad glossas Basilicorum. FABR.

(20) *Faciebat missas*, *ἐκτελούργει*. Idem de *Vitis PP.* in Constantino: *« Missas imperatori fecit. »* Sic loquebantur antiqui, ut S. Bonifacius archiep.

Mogunt, ep. 95. *Hist. Tripart.* interpret. l. iv: *« Missas facere in ecclesia. »* Et l. vi: *« Missas facientes seorsum, »* et l. vii: *« Seorsum agebat missas. »* Sic etiam loquitur l. xii, c. 2; et Flodoardus, *Hist. Rem.* l. ii, c. 15. Idem tamen interpret *« missas celebrare »* dixit, l. x, c. 25. lb.

micum inducere. Apposuerunt autem calumniantes A quod ore tantum et non corde synodum anathematizaverunt. De cætero et consilium acceperunt iudices, qui missi fuerant ab imperatore, pellendi eum et propterurbationem modicum removendi; quo ad Platanos egresso confestim impium Severum constituit, qui ante monachus fuerat in monasterio schismaticorum, iuxta Majuma Gazæ. Flavianum autem apud Petras exsilio relegavit. Sed et alios nonnullos episcopos ferreis vinculis compeditos una cum presbyteris et diaconibus. Helias vero Hierosolymitanus dum cogeretur ab imperatore aut Severo communicare aut ab episcopatu repelli, monachis confortantibus illum, ab episcopatu projici magis elegit, et consecratus est pro eo Joannes ex staurophylacibus quidam, qui spon-

B dit facere quæcunque vellent: verum consecratus neutrum fecit. Imperator autem Anastasius una cum Timotheo scelesto Constantinopolitano episcopo multa mala monachis clericis ac laicis, qui pro Macedonio proque synodo defensanda perseverabant, ostendit, ita ut apud Oasim Thebaidis multos exsilio relegaret. Qui Timotheus synodica et Macedonti depositionem singularum episcopis civitatum ad subscribendum transmisit, quorum alii, fortiores scilicet, ad utrumque restiterunt, alii vero utrisque scripturis timore imperatoris perterriti subscripserunt. Porro medii depositioni Macedonii non subscribentes, Timothei synodicis subscripserunt; quod id ipsum erat, licet eis distare videretur. Volens sane Timotheus Severi nomen in diptychis ordinare et Flaviani ejicere, prohibitus est a populo: Severi namque communionem omnes orthodoxi fugiebant, et maxime monachi; quibus cum multitudine rusticorum punitis, multos occidit, altaria subvertens et sacra orthodoxorum vasa ut sacrilegus conflans. Juliana vero, illustrissima femina, quæ templum Dei Genitricis apud Honoratas construxerat, valde pro Chalcedonensi synodo satagebat, ita ut ei nec imperator quidem, multas adversus eam versutias adinveniens, Timotheo communicare persuadere valuerit. Sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc ei potuit persuadere. Pompeium quoque consobrinum illius, et hujus uxorem, quæ mulier erat ornata et concedendis beneficiis vacans, multis imperator angustiis humiliabat ut zelatores synodi et eos qui Macedonio largiebantur in exsilio quæ necessaria erant. Hi vero qui Alexandriam missi fuerant a Timotheo ad Joannem Nicæotem, super ambonem Chalcedonense anathematizare concilium. Defuncto autem hegumeno monasterii Dii venit Timotheus ordinaturus hegumenum: is autem qui promovendus erat, dixit se non suscepturum benedictionem a viro qui Chalcedonensem synodum sperneret. Ad hæc Timotheus ait: *Anathema omni homini Chalcedonense non suscipienti concilium.* Et tum ille proveli ab ipso convenit. Præterea Joannes archidiaconus Timothei, cum esset Manichæus, conviciis

A affectit Timotheum, et imperatori quod dixerat indicavit. Ast imperator ignominiose ac dire Timotheum in faciem conveniens negantem invenit, et e contra eos anathematizantem qui Chalcedonensem synodum recepissent. Porro Joannes Alexandrinus inhibuit Ægyptios ascendere Hierosolymani, ut non communicarent in exaltatione Chalcedonensi concilio. Terribilia vero quædam ab his qui a dæmonio tenebantur facta sunt Hierosolymis tunc. Anastasius enim cupiens fieri dux Palæstinæ, pollicitus est imperatori, nisi persuaderet Joanni, post Heliam Hierosolymitano episcopo, communicare Severo, dare trecentas libras auri. Accepto vero principatu venit Hierosolymam, Joannemque sibi non obedientem misit in carcerem. Zacharias vero quidem princeps Palæstinæ, Deo amabilis vir, suggessit episcopo, zelo divino ductus, duci repromittendi se quæ illi placerent acturum, dummodo restitueretur in throno suo; quo se absolvente ac restituente, collectis monachis in templo S. Stephani ascendit super ambonem, et anathematizavit Nestorium et Eutychen et Severum atque Soterium, pronuntians sanctas et universales quatuor synodos. Aderat autem et Hypatius filius fratris imperatoris, non communicans omnino Severo. Illic, cum tunc communicaret Joanni, auri libras centum dedit S. Theodosio, qui erat exarchus monasteriorum, ad distribuendum has monachis qui rectæ fidei erant et Chalcedonensis concilii zelo fervebant. Imperator autem quosdam ex principibus præcepit in templo S. Theodori Sphoracii super ambonem trisagii additamentum admittere, ita ut multitudines indignatæ per diem litanie illinc egrederentur, quando et Timotheum per commonitorium scriptum omnibus Ecclesiis præcepit trisagium in litanis cum additamento dicendum, quod multi metuentes fecerunt. Monachi vero alium psalmum psallendo venerunt. Hos autem populus videns clamavit: *« Bene venerunt orthodoxi, »* simultasque multa facta est et incendium domorum multarum ac homicidia dena millia, turba vociferante adversus Anastasium et Vitalianum imperatorem petente, ita ut sugeret Anastasius et latitaret, ab ipsaque Areadne laceraretur injuriis utpote multorum causa malorum Christianis effectus. Alamundaro autem principe Saracenorum gentis baptizato, Severus duos episcopos macula suæ pravitatis infectos direxit ei communicandi: Dei autem providentia ille ab orthodoxis baptizatus fuerat, qui recipiebant concilium. Cumque Severi episcopi subvertere principem a vero dogmate festiuarent, mirabiliter eos arguit Alamundarus hujuscemodi fabula: Ait enim ad illos: *« Litteras, »* inquit, *« accepi hodie, quia Michael archangelus mortuus est. »* Illis vero dicentibus hoc impossibile fore, ait princeps: *« Et quomodo Deus secundum vos nudus crucifixus est, nisi naturarum esset duarum Christus, quandoquidem nec angelus moritur? »* Et ita cum confusione Severi recesserunt episcopi.

Porro Cabades quosdam Christianos, qui erant in Perside, poplite enervavit, qui tamen postmodum ambulaverunt.

Vicesimo tertio imperii Anastasii anno Hormisda papa Romanus pontificium gerit. Vitalianus autem, quem populus imperatorem expetiverat, accepta tota Thracia, Scythia et Mysia, Vulgares habens secum et multitudinem Hunnorum, cepit Anchialum et Odyssopolim. Comprehendit autem et Cyrillum magistrum militum Thraciæ, et pervenit prædas gerendo usque Byzantium, parcens vero civitati apud Sosthenium castra metatus est. Anastasius autem desperatione consternatus mittit ex senatu quosdam, rogans eum pacisci et jurare una cum senatu, quod ab exilio episcopos revocaret apud Heracliam Thracæ. Porro Vitalianus addidit ut et principes uniuscujusque scholæ jurarent istud; sed et Macedonius et Flavianus, qui nequiter pulsi fuerant, suos reciperent thronos, similiter et reliqui omnes episcopi, et ita celebraretur synodus, Romano et cunctis episcopis convenientibus, et communi judicio probarentur quæ adversus orthodoxos sunt præsumpta. Itaque cum hæc imperator, senatus et reliqui principes populi iurassent et confirmassent ita fiendum (21), facta est pax, et ad propria rediit. Hormisda vero Romanus episcopus, molestiis fatigatus a Theodorico Vitaliano favente, Ennodium episcopum misit et Vitalianum archidiaconum ad synodum celebrandam apud Heracliam. Venere autem et episcopi ex diversis locis fere ducenti, qui illusi ab iniquo imperatore ac Timotheo episcopo Constantinopolitano recessere inefficaces. Impius quidem imperator pacta transgrediens clam intimavit Romano papæ ne veniret: miserat enim Vitaliano sacram quo transmitteret eam Romam, ut papa proficisceretur ad celebrandam apud Heracliam synodum. Omnis autem populus atque senatus in præsentia maledicebat Anastasio tanquam perjurio. Porro Vitalianus indignatus adversus Anastasium ob perjurium multa mala exercitibus Anastasii et reliquæ rei publicæ demonstravit, occidens, rapiens, armis exuens, et postremo ad injuriam ejus unumquemque militem uno aëreo nummo vendens.

Mundi anno 6008, divinæ incarnationis anno 508, Hunni, qui dicuntur Saber, transeuntes Caspias portas, Armeniam et Cappadociam, Galatiam et Pontum depopulati sunt, ita ut Euchaitam quoque pervaderent. Unde et fugiens Macedonius, prope modum periclitaturus, salvatus est apud Gangras. Quo comperto Anastasius amare illic eum custodiri præcepit, mittens, ut aiunt, qui eum occideret. Defunctus autem apud Gangras positus est in templo sancti Martyris Callinici juxta reliquias ejus, multas sanitates efficiens; qui cum exanimis jaceret, manu fertur se signaculo crucis signasse.

A Theodorus autem quidam ex his qui cum eo erant vidit eum in somnis sibi dicentem: *Excipe, et abiens lege Anastasio, et dic: Ego quidem vado ad patres meos, quorum fidem servavi, non cessabo autem increpescens Domino, usquequo venias et in judicium ingrediamur.* Eodem anno Alexandriæ multi viri et mulieres et pueri atrociter a dæmonibus obsessi repente latrabant. In somnis autem quidam vidit quemdam dicentem quia propter anathematismos synodi patiuntur ista. Porro monachi eremi zelo divino moti, quatuor contestationes componentes, duas quidem ex his misero imperatori, unam vero principibus regionis et unam episcopo Hierosolymitano Joanni, protestantes neque sanctam se Chalcedonensem synodum prævaricatos neque impio Severo communicaturos, quin et se promptam habere mortem, incendentes et sancta loca. Sane Thessalonicensi episcopo communicante ob metum imperatoris Timotheo Constantinopolitano episcopo, quadraginta episcopi Illyrici et Græciæ convenientes in unum per professionem in scriptis factam, ut a proprio metropolitano discessere ab eo; et Romam mittentes Romano communicare in scriptis professi sunt. Episcopum autem Thessalonicensem Theodorus historicus patriarcham nominat irrationabiliter, nesciens qua pro causa.

Vicesimo imperii Anastasii anno, Joanne Nicæote Alexandrino antistite hæretico mortuo, Dioscorus junior, Timothei Heluri consobrinus, prælatus est episcopus Alexandriæ. Cum autem venisset Byzantium, pro Alexandrinis apud imperatorem intercessurus propter occasionem filii Calliopii Augustalis, ab orthodoxis publice conviciis appetebatur, cum procederet, existimantibus eum contra recta dogmata advenisse. Ergo cum ob homicidium intercessisset, cum festinatione discessit. Causa vero cædis ista fuit. Cum Dioscorus manus impositionem accepisset, recessere multitudines rusticorum, dicentes quia nisi secundum quod sanctorum continent apostolorum cænes fiat, non recipietur episcopus: princeps enim inthronizaverat eum. Dioscorus autem venit ad S. Marcum, et venientes clerici induerunt eum secundo, et iterum consecraverunt. Et ita veniens ad S. Joannem perfecit collectam. Cum autem esset illic Theodosius filius Calliopii Augustalis et Aca-cius magister militum, turbæ turbæ cœpere injuriis afficere Augustalium, eo quod laudaret imperatorem Anastasium. Cum vero jurgium motum fuisset, insilientes quidam a sede filium Augustalis deposuerunt, et interemerunt eum. At vero Aca-cius magister militum, quotquot capere potuit, interfecit. Hæc audiens imperator iratus est adversus eos. Porro Dioscorus interveniens mitigavit eum. Inter Indos vero et Persas castrum est nomine Zubdaber, ubi multas pecunias et lapides pretiosos esse Cabades rex Persarum ediscens,

NOTÆ.

(21) *Fiendum.* Flodoardus *Hist. Rem.* 1, 13: « Fiendumque se Christianum vovisset. » Vide Vog-sium *De villis sermonis*, 4, 30, circa finem. FABR.

querelant hoc comprehendere. Dæmones autem loco insidentes prohibebant illum aggredi. Omni ergo mota excogitatione magorum suorum, deindeque Judæorum consilio frustratus, credidit per orationem Christianorum, quæ sit ad Deum, huic dominari; et episcopum quemdam Christianorum, qui apud Persas erant, super hoc deprecatus est. Qui collecta celebrata divinorum mysteriorum participatus est, et accedens ad locum dæmones, qui illi inerant, pepulit, et sine labore castrum Cabadi tradidit. Suspectus autem super hoc signo Cabades prima cathedra episcopum honoravit, cum usque ad illud tempus Manichæi atque Judæi præsiderent; porro volentibus baptizari licentiam præbuit.

Vicesimo septimo imperii Anastasii anno vidit idem imperator in visu virum terribilem, portantem codicem; qui hunc aperiens, et juveniens nomen imperatoris, dicit ei: *Ecce propter malam fidem tuam deleo quatuordecim, et delevit eos. Expergefactus autem, et advocato Adamantio præposito, dixit ei visionem. Et ego, ait, vidi hæc ista nocte, quia assistenti mihi imperio tuo porcus magnus veniens, et comprehensa prætexta mea, projecit me in terram et interemit.* Convocato ergo Proculo conjectore (22) edixit ei quæ fuerant visa; qui quod ambo forent post paululum morituri prædixit. Timotheo vero Constantinopoleos episcopo mortuo, Joannem Cappadocem episcopum et syn-cellum Constantinopoleos episcopum creaverunt. Hic consecratus tertio die Paschæ apostolicam indutus est stolam. Populus autem instantiam multam agebat ut Joannes anathematizaret Severum. Porro eodem anno mortuus est impius Anastasius, et imperavit pius Justinus pro eo, vir senior et multum peritus, quia a militibus incipiens usque ad senatum profecit, Illyricus genere. Quidam autem aiunt quod divino fulmine percussus Anastasius periisset.

Mundi anno 6044, divinæ incarnationis anno 514, anno imperii Justiniani primo, Vitalianus post mortem Anastasii eidem imperatori valde familiaris effectus est, ita (ut consul appellaretur, fiduciamque tantam apud imperatorem haberet ut etiam Severum præciperet ejici et interimi: nimis enim erat orthodoxus Vitalianus. Quo audito Severus fugit, et Julianus Halicarnassi episcopus. Egyptum abeuntes, hanc conturbaverunt, sermonem de corruptibili et incorruptibili commoventes, dum Alexandriæ Dioscorus esset episcopus. Episcopi autem et clerici Romam venientes, auctoritate ab Hormisda Romano episcopo studio Vitaliani percepta, cum adhuc viveret, Joannes Cappadox episcopus Constantinopolitanus, sanctam Chalcedonensem synodum in diptychis ordinaverunt, una cum aliis sacris tribus conciliis. Cum vero Severus impius fuga lapsus esset effectus, Paulus

A consecratus est Antiochiæ, et donavit imperator civitati Antiochenæ mille libras auri. Sed et cæteris urbibus benevolentiam præstitit, inhibens quoque et publicas perturbationes. Xenaiam vero, qui et Philoxenus dicebatur, episcopum Hierapoleos, cum esset Manichæus, et Petrum Apamiæ cum omnibus ipsius maculæ participibus exsilio relegavit. Revocavit autem omnes quotquot injuste fuerant ab Anastasio exsules constituti. Sed et Apionem patricium, quem in Nicæna civitate in presbyterum consecraverat, quemque imperator, ut revera prudentem, præfectum fecit prætoriorum. Sequenti autem anno Joanne Cappadociæ Constantinopolitano episcopo defuncto, Epiphanius presbyter ipsius ecclesiæ atque syncellus promotus est; similiter et Hormisda Romano dormiente Joannes episcopatum suscepit.

Tertio Justiniani principis anno, bello moto inter Romanos et Persas, misit idem Justinus legatos et munera ad Zelicben regem Hunnorum, et repromisit cum juramentis se imperatori contra Persas auxilium præstaturum. Mittente autem et Cabade repromisit et ipsi. Hoc sane Justinus ediscens tristatus est valde. Porro direxit ad Persas Zelicben viginti millia ad expugnandum Romanos. At vero Justinus destinavit Cabadi regi Persarum legationem pro pace, et quasi super alio quodam scribens etiam de Zelicbe significavit, quia opitulationis juramenta cum Romanis habet, quia et munera accepit multa, et vult proditor Persarum fieri, et quia oportet nos, cum simus fratres, ad amicitiam venire et non a canibus istis illudi. Tunc Cabades accersens secreto Zelicben, sciscitatus est si accepisset a Romanis munera, hortatus adversus Persas; qui dixit: *Etiam.* Et iratus Cabades occidit eum, et per noctem missa multitudo Persarum interfecit populum ejus, suspicatus quod dolo venissent ad illum; quotquot autem potuerunt fugere, redierunt ad propria. Præterea Euphrasius Antiochenus Chalcedonensem synodum exclusit a diptychis, sed et nomen Hormisdæ papæ Romani. Post hæc vero timens quatuor concilia confirmavit.

Quinto anno imperii Justiniani Zathus rex Lazorum, recedens a regno Persarum regnante Cabade et Zathum amante, qui etiam illum in regem Lazorum provexerat, venit Byzantium ad Justinum, et rogavit eum ut fieret Christianus et ab ipso appellaretur imperator Lazorum. At imperator cum gaudio illo suscepto, illuminavit (23) eum et filium appellavit. Profectus autem imperator Lazorum a Justino portavit coronam et chlamydem imperatoriam albam. Quo comperto Cabades rex Persarum significavit imperatori Justino, dicens quia Cum amicitia et pax sit inter nos, quæ inimi-

NOTÆ.

(22) Conjectore. Glossæ: ὄναρ πομπήτης, conjector, somnolentor, somniorum interpret. V. Plaut. *Curl. act. II, sc. 1* et H. FABR.

(23) Illuminavit, ἐφώτισεν. Φωτίζεσθαι in scriptis Patrum accipitur pro baptizare. V. Gregor. Naz. *elc* τὸ ἄγιον βάπτισμα. Id.

corum sunt agis, et eos qui sub potestate Persarum a sæculo erant assumpsisti. Qui remisit ei : *Nos quemquam subsectorum imperio tuo neque assumpsimus, neque subvertimus. Sed ascendens Zathus ad imperialiū nostra procidens deprecatus est ut ab scelesto et pagano dogmate impiisque sacrificiis et errore dæmonum liberaretur, et accederet ad conditorem omnium Deum, et fieret Christianus. Ilunc nos baptizantes absolvimus ad propriam regionem.* Ex tunc ergo facta est inimicitia inter Romanos et Persas. Eodem quoque anno gesta sunt quæ circa S. Arethan proveniunt.

Sexto imperii Justinī anno Theuderichus, Romam tenens et ea quæ Arii sunt sapiens, coegit Joannem papam venire Byzantium ad imperatorem Justinum et intercedere pro Arianis, ut non compelleret illos ab hæresi sua discedere. Nam et Theuderichus hoc in orthodoxos, qui in Italia erant, facere minabatur. Joannes vero Byzantium veniens, et invitatus ab Epiphania patriarcha, non consentit, usquequo Epiphania præsideret utpote papa Romanus. Qui omnibus quidem episcopis communicavit, Timotheo vero Alexandrino non communicavit. Cabades autem Persarum rex, filius Perozi, multa millia Manichæorum cum episcopo eorum Indazaro una die peremit, una cum senatoribus Persis, qui sensus eorum erant. Filium enim ejus, nomine Pthasuarsan, Manichæi a puero instruētes et sui sensus efficiētes repromittebant ei, dicentes quia Pater tuus senuit, et si contigerit eum mori, principes magorum unum fratrum tuorum facient imperatorem, eo quod teneat dogma ipsorum. Nos autem possumus per orationes nostras suadere patri tuo abrenuntiare imperio, et te promovere, ut ubique confirmes dogma Manichæorum. Qui repromisit hoc facere, si imperasset. Cum autem hæc Cabades cognovisset, jussit conventum fieri quasi facturus filium suum Pthasuarsan imperatorem, et omnes jubens Manichæos una cum episcopo eorum et mulieribus et liberis adesse conventui, similiter et principem magorum Glonazen et imagos, et Christianorum episcopum Boazanem, dilectum a Cabade utpote medicum optimum. Et convocatis Manichæis ait: *Gaudeo super dogmate vestro, et volo dare, dum vivo, filium meum Pthasuarsan et consentaneum vestrum. Sed segregate vosmetipsos ad recipiendum eum.* Qui freti fiducia semetipsos segregaverunt. Cabades autem præcipiens exercitus suos ingredi, omnes concidit gladiis cum episcopo eorum, sub conspectu principis magorum et Christianorum antistitis.

Mundi anno 6019, divinæ incarnationis anno 549, cum terræ motus apud Antiochiam adhuc teneretur, Euphrasius episcopus obrutus est a terræ

motu et et mortuus est, et cuncta domus et ecclesia cecidit, et pulchritudo civitatis exterminata est: non enim facta est talis divinitus ultio in alia civitate per omnes generationes. Ast piissimus imperator Justinus his cognitis plurimum animo doluit, ita ut ablato diademate a capite suo et purpura lugeret in sacco sedens per dies multos, adeo ut in die festo procedens ad ecclesiam non passus sit portare coronam vel chlamydem. Porro mense Aprilis ejusdem quintæ indictionis ægrotus imperator Justinus effectus prorevexit, dum adhuc viveret, in imperatorem Justinianum nepotem (24) suum, qui et reimpervavit ei mensibus 4. Mense autem Augusto ejusdem quintæ indictionis Justinus obiit. Eodem autem anno singulare imperium Justinianus obtinuit. Rex autem Helurorum, Grætes nomine, ad Romanos confluit, et venit Constantinopolim cum populo suo, et petit imperatorem quo fieret Christianus; qui baptizatum in Theophaniis suscepit eum ex baptismo, repromittentem auxiliari ei in quibuscunque voluisset. Eodem anno adhæsit Romanis mulier quædam ex Hunnis, qui dicuntur Saber, barbara, nomine Boazer, vidua, habens secum Hunnorum millia centum. Tum et rex Hunnorum qui sunt juxta Bosphorum, nomine Gorda, accessit ad imperatorem, et factus Christianus susceptus est ab imperatore; et multis ei præstitis donis misit eum in regionem ipsius ad Romanas res custodiendas et Bosphorum civitatem, quæ pro eo quod Romanis boves per singulos annos pro pecuniis inferebat, Bosphorus appellata est. Locavit autem et numerum militum Romanorum et tribunorum custodire civitatem propter Hunnos, et exigere tributa boum. Promulgavit autem formam imperator de episcopis et œconomis et orphanotrophis et xenodochis, ne hæreditates possiderent nisi quæ priusquam proveherentur habuisse probarentur, de quibus et testamentum emittere potuissent. Ab hora vero qua promoverentur, neminem habere licentiam disponendi, sed omnia ipsius venerabilem domum hæreditari. Et exposuit imperator leges validas contra libidinosos, et multi puniti sunt, et factus est timor multus et cautela. Renovavit etiam contrarias leges, faciens singularem codicem, et vocans eum Novellas constitutiones, in quibus non permittit principem in locis, quibus præest, emere possessionem aut ædificare domum aut hæreditare (25) extraneam personam, nisi quis sibi cognatus existat.

Eodem anno passa est a divina indignatione rursus Antiochia, post duos annos prioris passionis, et factus est terræ motus magnus et tempestas gravissima. Et litaniam faciebant qui remanserant omnes, discalceati, clamantes, *Kyrie, eleison,*

NOTÆ.

(24) *Nepotem, ἀνεψιόν, ut tunc loquebantur, i. e. sororis suæ filium. Gregorius Turon. *Hist.* i, 43: « Octavianus Julii Cæsaris nepos, quem Augustum vocant. » Et iii, 48: « Parvipendens de interfectione nepotum. » Loquitur de Chlotario, qui

filios fratris occiderat. Vide Vossium *De vitii sermonis*, i, 27. Fabr.

(25) *Hæreditare.* Vetus interpretes epistolæ ad Philadelph. quæ S. Ignatio ascribitur: « Regnum Dei non hæreditabit. » Id.

et projicientes se pronos super nives. Apparuit autem in visu cuidam Dei cultori homini, ut diceret omnibus residuis quod superscriberent in superluminariis suis, *Christus nobiscum, state*. Quo facto stetit ira Dei. Et rursus imperator et Augusta multas pecunias donaverunt in recuperationem et ædificationem Antiochensium civitatis, quam et cognominavit Theopolim. Porro xii Kal. Apriliarum 7 indictionis irruiit Alamundarus Zecius, regulus Saracenorum, et deprædatus est primam Syriam usque ad terminos Antiochiæ in locum qui dicebatur Litargum, et occidit multos, et incendit exteriora Chalcedonis. Et audientes primores Romanorum, exierunt adversus eum. Quo comperto Saraceni una cum Persis, sumpta præda cum captivis, fugerunt. Præterea Samaritæ et Judæi in Palæstina imperatorem quemdam Julianum coronantes, et arma contra Christianos moventes, rapinas et homicidia et incendia operati sunt; quos Deus tradidit in manus Justiniani, et interemit omnes, et decollavit Julianum tyrannum. Interea tertio imperii sui anno Justinianus imperator promulgavit ne militarent pagani nec hæretici, nisi soli orthodoxi Christiani, dans illis et inducias usque ad menses tres ad conversionem.

Septimo imperii Justiniani anno facta sunt Vandalica bella, et recepit Belisarius Africam. Denique Vandali sub Arcadio et Honorio ad Hispaniam venientes cum Godigisclo rege suo, et ex ea in Libyam transeuntes, hanc comprehenderunt. Godigisclo vero mortuo Gizerichus ejus principatum suscepit. Cui successit Honorichus filius ejus, regnum adeptus; qui multa mala Christianis qui in Libya erant ostendit, et arianizare coegit, et multos occidit, et linguam a gutture quorundam abscidit, qui etiam Dei gratia postea loquebantur. Episcopus autem quidam Orientalis partis imperatorem Justinianum deterruit, dicens ex Deo sibi visionem factam, jubentem sibi ad imperatorem accedere, et postulare ut Christianos qui erant in Libya liberaret a tyrannis. Quibus imperator auditis retinere mentem ultra non potuit, sed tam exercitum et naves armis circumdedit et victualia (26) præparavit, Belisariumque in procinctu esse præcepit in Libyam prætorem mittendum, quem et prætorem imperator principaliter, et in omnibus statuit. Erat autem cum eo et Procopius, harum rerum conscriptor; proficiscentes autem a regia urbe adierunt Abydum. Belisarius vero curabat quatenus universus stolis simul navigaret et in prædium idem ipsum diverteret; cumque ad Siciliam pervenisset, misit Procopium conscriptorem Syracusam, si forte inveniret quosdam qui se in Libyam ducerent. Ipse vero stolo accepto

A ad Caucanam properavit villam, 200 a Syracusa stadiis differentem. Procopius ergo Syracusam ingressus escas emit apud Amalasuntham, uxorem Theuderichi, matrem autem Atalarichi regis Italiæ, amicitiam erga Justinianum habentem. Consecutus quoque est inopinate virum qui sibi fuerat amicus a puero, quique experimentum habens Libyæ locorum et maris, tres tantum dies transierant ex quo Carthagine venerat. Et asseverabat omnem securitatem habere illos, et haud metuere quemquam illorum quod adversus se moveretur exercitus, ita ut a quatuor mansionibus (27) maris Gelimer moraretur. Hunc ergo assumptum Procopius ad Caucana perveniens Belisario præsentavit. Quibus compertis Belisarius transmeavit, et exiit in quoddam prædium; aggeremque ac vallum profundum facientes castrametati sunt. Ubi et cum locus inaquosus esset, vallo effosso terra protulit aquam ad omnem utilitatem, tam animantibus quam exercitibus. Sequenti vero die populus ad prædam prorupit. Prætor autem his accersitis hæc ad eos locutus est: *Violentiam quidem inferre alienisque pasci injustitia est in omni tempore, maximeque nobis in periculis constitutis. Ego enim in hoc fœsus in hanc vos terram transvexi, ut justitia et opere bono tam Deum placeamus quam Afros ad nosmet attrahere procuremus. Hæc autem vestra intemperantia in contrarium vobis proveniit, et agat ut Afri Vandatis auxilientur. Sed acquiescentes verbo meo, ementes escas asportate, et neque iniusti esse videamini neque amicitiam Afrorum in inimicitiam convertatis, sed Deum potius placare studete. Cessate insilire in alienum, et lucrum excutite periculis plenum. Mittens autem Belisarius electum exercitum urbem sine labore comprehendit; noctu enim ad eam accedentes, et una cum introeuntibus plaustris rusticorum ingredientiæ, hanc obtinuerunt; et cum dies factus fuisset, tam sacerdotem quam hujus primos captantes, ad prætorem destinaverunt.*

Belisarius itaque Carthagine capta commonebat milites, dicens: *Videte quanta prospera facta sunt nobis, quoniam sobrietatem erga Afros ostendimus. Videte honestatem in Carthagine conservare et ne quis quemquam opprimat, nec quidquam ipsius subripiat. Cum enim multa mala fuissent a Vandalis barbaris viris perpassi, imperator noster ad auxiliandum eis nos misit et ad libertatem donandam. Hæc commonens Carthaginem introivit, et ascendens palatium in Gelimeris solio sedit. Ad quem accesserunt negotiatores Carthaginis, et quotquot juxta mare manebant, queritantes se rapinam a classibus pertulisse. At vero Calonymum, navium principem, juramento constrinxit quatenus om-*

NOTÆ.

(26) *Victualia*. Commeatum, victui necessaria. Glossæ Dosithei: « alimonia, victualia. » Flodoardus, *Hist. eccl. Rem.*, II, 11: « Sufficientia victualia constituit. » FABR.

(27) *Mansionibus*. Sulpicius Severus in Martino: « Sedecim mansionibus abest. » Plura de mansionibus dico ad tit. III dictæ Collectionis. Id.

nia quæ raptâ fuerant asportaret et propriis dominis redderet; qui defraudans ex eis et perjurans non post multum vindictam exsolvit: nam extra sensum effectus suam ipsius linguam comedens obiit. Ita vero prætor sine tumultu urbem possidebat, ut nec injuriam quampiam inferret homini, nec in foro quospiam obserare domum contingeret, sed ementes milites manducabant et lætabantur. Eos vero Vandalos qui ad sacra confugerant, fide præstita educebat. Murorum autem civitatis diligentiam exhibebat, cum antea negligentia ruebant. Porro dicebant et vetus verbum Carthagine dictum, videlicet Gamma persequetur Beta, nunc esse perfectum: prius enim Gezerichus Bonifacium insectus est, nunc vero Belisarius Gelimerem. Præterea tot pecunias multitudo reperit quot in nullo loco unquam esse contigerat. Denique Romanorum principatum depopulantes pecunias multas in Libyam transporterunt. Et cum ipsa regio optima et secunda esset, pecuniarum redditus eis effecti sunt multi. Nonaginta quippe et quinque annis Vandali Libyam tenuerunt; et cum multas divitias collegissent, in illa die in Romanorum manus omnes divitiæ redierunt. In tribus enim mensibus cum pugnasset Belisarius, id est a Kalendis Octobribus usque ad Kalendas Decembrias, totam Libyam subdidit. Misit autem Joannem Armenium cum ducentis electis persequi Gelimerem, donec eum vivum aut mortuum comprehenderet; qui præoccupans Gelimerem comprehensurus erat, nisi res contigisset huiusmodi. Huliæres quidam ex Belisarii armigeris erat cum Joanne; qui vino inebriatus, videns avem super arbore insidentem, tenso arcu jecit adversus avem. Et avem quidem consecutus non est, Joannem vero retro in cervice percussit; qui plagatus mortuus est, multum luctum tam imperatori Justiniano et Belisario, quam cunctis Romanis et Carthaginensibus derelinquens. Taliter Gelimer effugiens illa die ad Maurusios properavit; quem Belisarius persecutus in Papua monte, in novissimis Numidiæ, circumclusit, hunc obsidens per hiemem, deficientibus ei omnibus necessariis: panis enim apud Maurusios non fit neque vinum neque oleum, sed far et hordeum immaturum, ut irrationabilia animalia, comedunt. His Gelimer incidens scribit ad Faran, quem dimiserat Belisarius ad custodiendum eum, ut mitteret sibi citharam et panem unum et spongiam. Faras autem hæsitabat quidnam esset hoc, donec qui detulerat epistolam dixit quia panem quidem desiderat videre Gelimer, non videns panem ex quo ascendit in montem, spongiam autem propter oculos non lotos ac per hoc læsos, quatenus hos sinceros

A spongia reddat, porro citharam, ut calamitatem et lamentetur et desleat. His auditis Faras condolens, et fortunam humanam deplorans, secundum ejus scripta faciebat, et omnia mittebat quæcunque (28) Gelimer egebat. Præterea cum hiems transisset, metueps Gelimer obsidionem Romanorum, et cognatorum misertus filiorum, qui vermes in eadem miseria fecerant, dissolutus est mente, et ad Faran rescripsit quod fidei verbo recepto ipse, et qui secum erant, ad Belisarium properarent. Quo hunc certum jurejurando reddente, assumptis omnibus Carthagine venit. Belisarius autem hunc gratanter recepit. At vero Gelimer ridendo ad Belisarium introivit. Quem alii quidem superfluitate passionis excessisse quæ sunt naturæ, delirumque B suspicabantur effectum: amici vero hujus et sagacem hominem hunc esse cogitabant, et cum fuerit rex et regii generis, et virtutem validam pecuniasque magnas habuerit, quoniam in fugam versus est et mala in Papua pertulit et nunc ut captivus ductus est, nihil præter multo risu digna, quæ hominum sunt, arbitraturum cum esse perhibebant. Belisarius autem hunc cum principibus omnibus Vandalorum non in dehonoratione (29) custodiebat, ut ad imperatorem Justinianum Byzantium duceret. Cyrillo vero statim Belisarius cum capite Zatzonis fratris Gelimeris in Sardum insulam misso, quæ Kyrnos vocabatur, primum hanc Romanis subegit. In Cæsaream autem, quæ est in Mauritania, Joannem alium destinavit, quæ 30 C dierum itinere a Carthagine distans penes Gadir et solis occasum jacet. Aliumque Joannem ex prætoribus unum in fretum quod est in Gadiris, et in castellum quod Septum vocant, direxit. Porro in insulas quæ juxta Oceanum sunt, Majoricam scilicet et Minoricam, Apollinariam destinavit, virum bonum. Misit autem et in Siciliam quosdam Afro- rum, et castrum Vandalorum comprehendere jussit. Gothi vero qui hoc custodiebant, matri Athalarici hæc nota fecerunt. Quæ scribit ad Belisarium ne idem castrum tyrannide caperet, quousque imperator Justinianus sciret, et quod sibi esset visum efflueret. In his ergo Vandalicum bellum finem accepit. Verum invidia, utpote in magna felicitate fieri solet, D contigit etiam in Belisarium: quidam enim derogaverunt ei penes imperatorem, quod tyrannidem meditaretur. Ast imperator misso Salomone tentat Belisarii voluntatem, utrum cum Gelimere et Vandalis veniret Byzantium, an manens illuc eos transmitteret. Belisarius autem Byzantium profectus est, Salomone prætoris Libyæ derelicto. Cumque Belisarius Byzantium una cum Gelimere et Vandalis pervenisset, magna præmia percipere

NOTÆ.

(28) Quæcunque. Cato ap. A. Gellium 13, 22: « Quia multa ego. » Plautus *Menæchm.* act. 1, sc. 2: « Nec quidquam eges. » Priscianus l. xviii: « No- stri, ego illius rei et illam rem et illa re. » Fabm.

(29) Dehonoratione. Flodoardus *Hist.* II, 20: « Quidquid in ipsius imperatoris dehonoratione gestum fuerat. » Vetus interpretis epistolæ ad Philippenses, quæ S. Ignatio ascribitur: « Dies festos nolite dehonoratione. » Ip.

meruit, qualibus nimirum temporibus priscis Romanorum prætores in maximis victoriis digni efficiebantur. Sexcentis enim annis transactis nemo ad talem pervenit honorem nisi Titus, Trajanus et alii Imperatores, qui magistratum contra Barbaricas nationes obtinentes mirabiliter triumpharunt; exuviisque ostensis et ex bello mancipiis in media urbe pompis hæc publicavit, quod triumphum vocant Romani. Sic veteri quidem modo, sed pedestri incedens ex domo sua usque ad Hippodromium. Erant autem exuviae quotquot administratorio principis ordini competeabant, id est throni aurei et rhedæ, quibus regum uxores vehuntur, ornatusque de lapidibus pretiosis compositus, argenti quoque multa millia talentorum, et diversorum imperialium vasorum, quæ Gezerichus Romano despoliato palatio Africam tulit, inter quæ et Judæorum vasa, quæ Vespasiani filius Titus post captam Hierosolimam Romam detulerat. Mancipia vero erant ex triumpho tam ipse Gellimer, vestimentum quoddam portans purpureum, et cognatio ejus universa, Vandalorum quoque quotquot valde prolixe staturæ ac boni corporis erant. Cumque Gellimer in Hippodromium pervenisset, et tam imperatorem supra tribunal sedentem quam ex utraque parte vulgus astans vidisset, non quiescebat clamans: *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas*. Pertingenti autem eum juxta imperatoris tribunal purpura ejus ablata pronum cadere et adorare coegerunt imperatorem. At vero imperator Gellimeri prædia in Galatia multa contulit et amœna, et cum omnibus cognatis suis in his habitare permisit. Verum hunc in patricii ordinem non provexit, eo quod ab Arianæ sectæ discedere minime consentiret.

Salomone præterea rem publicam moderante Maurusii prælium adversus Afros moverunt. Porro Maurusii ex gentibus descendunt quas Jesus Nave ex regione Phœnicum a Sidone ad Ægyptum usque habitantes abegit. Qui pervenientes Ægyptum, et non recepti ab eis, ad Libyam veniunt; et hanc inhabitantibus eis, novissimo tempore Imperatores Romani terram obtinentes hanc Hoen nominaverunt, statuantes titulos duos supra magnum fontem ex lapidibus candidis concavis, habentes litteras Phœniceas, dicentes hæc: *Nos sumus qui fugimus a facie Jesu latronis, filii Nave*. Erant autem et aliæ gentes in Africa primum indigenæ, habentes regem Asclepium, qui Heraclio conregnavit, quem terræ filium esse asseveraverunt qui Carthaginem condiderunt. Salomon autem a Carthagine sumptis exercitibus contra Maurusios properavit, qui in fugam versi et se in præcipitia de-

mergentes semetipsos interficiunt. Mortua vero sunt in hoc bello Maurusiorum quinquaginta millia, Romanorum vero penitus nullus. Quin nec ictum quisquam eorum ullum accepit, sed omnes incolumes victoriam consecuti sunt. Plurimi vero principum ipsorum Romanis adjuncti sunt. Mulierum atque puerorum tantam multitudinem Romani cepere ut ovis pretio servum Maurusium emere volentibus venundarent. Et tunc eis vetus eloquium cujusdam divinæ (30) feminæ contigit, quia maledictione multitudo eorum a viro sine barba periit: Salomon quippe a puero eunuchus præter voluntatem effectus est, præ passione genitales partes amittens. Porro tota Libya percepta Carthaginem rediit. Præterea vere incipiente missus est Belisarius Siciliam Romanis facere tributariam. Ubi eo hiemante Romani Libyæ contra Salomonem simulates fecerunt, hoc modo. Acceptis enim interceptorum uxoribus Vandalorum habebant agros carum ut suos, et solvere imperatori pro eis tributa volebant. At vero Salomon commonebat eos ne contradicerent Imperatori, sed huic quæ deliberata fuissent penitus redderent. Ceciderunt autem quidam eorum, maximeque Gothorum, in Arianæ sectam; quos sacerdotes Ecclesiæ segregabant, et nec liberos eorum baptizare volebant. Unde et in die festo simultas effecta est. Consiliati vero sunt milites Salomonem in templo perimere; qui hoc audito suadere eis recedere a seditione tentabat, quod non post pauca obtinuit. Belisarius autem Siciliam et Romam ab Ugio detentam et circumquaque civitates accipiens, Ugiam Byzantium duxit ad Justinianum cum uxore ipsius et liberis. Et misit imperator Narsem cubicularium Romanum cum classe tenendi ea quæ illic habebantur. Salomon autem muris Libyæ civitates munivit. Et quoniam Maurusii discesserunt a Numidia vici, Zaben regionem atque Mauritaniam et Sitiphin metropolim sub tributo Romanis effecit: alterius enim Mauritanie Cæsarea prima metropolis est. Interea Iberum rex, Zamassardus nomine, Constantinopolim ascendit ad imperatorem Justinianum cum muliere (31) ac senatoribus suis, rogans eum ut esset Romanorum concertator et germanus amicus. Ast imperator hujusmodi proposito ejus accepto multis eum et senatores ejus munificentis honoravit. Similiter et Augusta uxor ejus variis gemmis ornamenta donavit, et dimisere eus pacifice ad proprium regnum.

Octavo anno imperii Justiniani passa est a divina indignatione Pompeiopolis Mysie: scissa enim est terra terræ motu, et obrutum est medium civitatis cum habitatoribus, et erant subtus terram,

NOTÆ.

(30) *Divina*. Glossæ: « Divinum $\mu\alpha\tau\epsilon\rho\nu$. » Petronius: « Divinam ego putabam. » Auctor Queroli in Præf.: « Magum mathematicumque sese fingens, » et mox: « Queroli secreta et familiaria quasi divinus loquitur. » FABR.

(31) *Muliere*. Mulier pro uxore, ut in Capitulis Caroli Calvi, quod ibi observat Sirmundus. Imo et Scævola lct. ita loquitur in l. xciii, *De legat.* 3: « Et vulgus Hispanicum *mager* dicit, Italicum *mo-glie*, Provinciale *mouille*, pro uxore. » ID.

et voces eorum adliebantur clamantium ut sibi misericordia præstaretur, et multa donavit imperator ad educandos et adjuvandos, viventesque liberaliter juit. Eodem vero anno tradidit Justinianus ad psallendum in ecclesia illud quod canitur *Unigenitus Filius et Verbum Dei*.

Mundi anno 6029, divinæ incarnationis anno 529, Agapitus Romænæ gerit Ecclesiæ præsulatum, Justinianus decimum imperii agit annum, quando et Epiphania episcopo Constantinopoleos defuncto Anthimus episcopus Trapezuntensium translatus est Constantinopolim. Agapitus autem Romanus episcopus hoc anno ascendens Constantinopolim synodum celebravit contra impium Severum et Julianum Alicarnassensem et cæteros theopaschitas; inter quos et Anthimus, ut consentaneus eorum, depositus a throno projectus est et exivit, cum episcopatum obtinisset regiæ urbis mensibus decem; et consecratus est pro eo Menas presbyter et xenodochus Sampson ab Agapito papa Romano. Porro Agapitus dormivit Byzantii, et consecratus est pro eo Silverius.

Anno imperii Justiniani undecimo facta sunt prima encænæ Magnæ ecclesiæ Constantinopoli, Mena patriarcha in regio sedente vehiculo, et imperatore litaniam cum populo faciente.

Anno duodecimo imperii Justiniani, cum Romæ Vigilus esset episcopus, moti sunt Bulgarum duo reges, Vulger scilicet et Droggo, cum multitudine in Lyciam et Mysiam, cum esset magister militum Mysiæ Justinus, et Scythiæ Baudarius, qui exeuntes contra Bulgares inierunt prælium. Et occisus est Justinus magister militum in bello, et factus est pro eo Constantinus Florentii. Et venerunt Bulgares usque ad partes Thracæ, et egressus est contra eos magister militum Illyrici, Hoccum Hunnus, quem suscepit imperator ex sacro baptismo, et in medium missis Bulgaribus conciderunt multitudines copiosas, et receperunt omnem prædam, et vicerunt potenter, occisis duobus eorum regibus.

Eodem anno cepit Chosroes rex Persarum magnam Antiochiam Syriæ.

Anno decimotertio imperii Justiniani sociatus est Romanis Mundus ex genere Gipedum derivatus.

Anno decimo quarto imperii Justiniani Chosroes rex Persarum quartum in Romanorum terram fecit ingressum; quem Belisarius rursus ab Hesperiiis veniens sapientia sua inefficacem redire coegit ad propria.

Eodem vero anno Timotheo episcopo Alexandriæ mortuo, Severus impius, Antiochenus præsul adulter, et Julianus Alicarnasseus, Alexandriam fuga lapsi, de corruptibili et incorruptibili conferentes adversus invicem, facti sunt tanquam veritatis extranei, et alter quidem Theodosium, alter

A vero Gaianum Alexandriæ promovit episcopum. Et Gaianus quidem tenuit episcopatum anno uno, Theodosius vero duobus. Hos autem Justinianus imperator mittens duxit Byzantium, et utrumque separatim custodire præcepit. Et Paulum quemdam, qui putabatur orthodoxus, Alexandriæ prorexit episcopum. Ille memoriam Severi scelesti faciens ab episcopatu ira imperatoris ejectus est, et veniens Hierosolymis morabatur.

Anno decimo quinto imperii Justiniani, mense Octobrio, facta est Byzantii mortalitas; et eodem anno hypapanti Domini sumpsit initium, ut celebraretur apud Byzantium die secunda Februarii mensis.

Anno decimo sexto imperii Justiniani contigit debellare invicem regem Azumitensium Indorum Judæorum ex causa hujuscemodi. Azumitensium rex ultra Ægyptum est judaizans. Romanorum autem negotiatores per Homeritensem ingrediuntur ad Azumitensem et ad interiores partes Indorum atque Æthiopum. Negotiatoribus autem secundum consuetudinem ingressis terminos Homeriti, Damianus eorum rex illos occidit, et abstulit omnia ipsorum, dicens quoniam Romani malefaciunt Judæis, qui in regione sua sunt, et occidunt eos. Et ex solverunt negotiationem interiorum Indorum Azumiti. Et indignatus Azumitensium rex Adad misit Homeriti, quia læsisti regnum meum et interiorum Indiam, prohibens Romanorum mercatores ad nos ingredi. Et venerunt in inimicitiam magnam, et inierunt bellum in alterutrum. Et cum pugnaturi essent, Adad Azumitensium rex votum vovit, dicens quia si vicero Homeritensem, efficiar Christianus, quia pro Christianis pugno. Deique operatione vicit potentissime, et accepit captivum vivum Damianum regem eorum et regionem ipsorum et regna, gratiasque referens Deo Adad rex Azumitensium misit ad Justinianum imperatorem, ut acciperet episcopum et clericos, et doceretur, et fieret Christianus. Et gavisus est super hoc Justinianus plurimum, et jussit eis dari episcopum quemcunque voluissent, et elegerunt iidem legati, cum curiose quæsiissent, mansionarium (32) S. Joannis magnæ Alexandriæ, virum venerabilem et virginem, nomine Joannem, qui sexaginta duorum erat annorum. Quo suscepto abierunt in propriam regionem ad regem suum, et ita crediderunt Christo, et illuminati sunt.

Mundi anno 6036, divinæ incarnationis anno 556, imperante Justiniano anno decimo septimo factus est terræ motus magnus in universo mundo. Eodemque anno apparuit quidam ex regione Italicorum per villas discurrens, nomine Andreas, habens secum canem rufum et cæcum, qui jussus ab eo faciebat miracula. Cum enim staret ipse in foro, et turba in circuitu adesset, clam eodem cane

NOTÆ.

(32) *Mansionarium*. Sic etiam vertit Nicænæ syn. 2 p. 703 ed. R. Vide et can. 2 syn. Chalcedon.

Zonaram ad concilia p. 697 a, 698 a et 720 b. et concil. Cpolit. sub Mena p. 737. FABR.

deserebantur astantium annuli aurei et argentei et ferrei, et ponebantur in pavimento, quos ille cooperiebat, et præcipiebat cani, et tollebat, et dabat unicuique suum. Similiter et diversorum imperatorum nomismata mixta porrigebat per nomina. Sed præsto turba astante, virorum scilicet et mulierum, interrogatus ostendebat in utero habentes et fornicarios et adulteros et avaros et magnanimos. Ostendebat omnes cum veritate. Unde dicebant quia spiritum habet Pythonis.

Anno imperii Justiniani decimo octavo diffusum est mare per Thracen miliaris quatuor, et cooperuit eam circa partes Odyssei et Dionysopolis, et multi necati sunt in aquis, et iterum Dei præcepto restitutum est idem mare in loca sua.

Anno imperii Justiniani decimo nono Petrus Hierosolymitanam et Domnus Antiochenam regit Ecclesiam; et facta est inopia frumenti et vini ac pluvia multa, et factus est terræ motus Constantinopoli magnus, et eversio de sancto Pascha, et cepit vulgus a carnibus abstinere mense Februario, die quarta: imperator autem præcepit alia hebdomada carnem apponi, et omnes carniū venditores occiderunt, et apposuerunt, et nemo emebat aut edebat. Porro Pascha factum est ut imperator jussit, et inventus est populus jejunans hebdomada superflua.

Anno imperii Justiniani vicesimo capta est Roma a Gothis, et Papa Vigilius venit Constantinopolim, et susceptus ab imperatore cum ingenti honore repromittebat facere unitatem catholicæ Ecclesiæ, et anathematizare tria capitula, quique excommunicationem quatuor mensium dedit Menæ Constantinopolitano episcopo in epitimium. Indignatus autem imperator contra Vigilium propter epitimium, et quia differebat complere quæ videbantur super unitate Ecclesiarum, misit ut comprehenderetur. Qui metuens impetum imperatoris ad altare Sergii martyris monasterii Hormisdæ confugit. Et inde tractus tenuit columnas portantes altare, et has evertit, cum esset gravis et corpore grandis. Imperator autem poenitentia ductus suscepit papam Vigilium, et rogatus Vigilius a Theodora Augusta suscepit Menam patriarcham Constantinopolitanum vicesima nona die mensis Junii, festiuitate Apostolorum.

Anno vicesimo primo imperii ejus facti sunt terræ motus magni et pluviae, mortuaeque est Theodora Augusta. Similiter et sequenti anno facta sunt fulgura et tonitrua, ita ut dormientes ex tonitruis læderentur, atque incendia penes Byzantium.

Mundi anno 6046, divinæ incarnationis anno 546, imperii Justiniani anno vicesimo tertio legatus Indorum venit Constantinopolim ducens elephantem, et ingressus est Hippodromium. Januario vero mense suppositum est nomen Menæ pa-

triarchæ Constantinopolitani, et præpositum est nomen Vigili præcellens in diptychis. Interea mense Martio exsiliit elephas e stabulo noctu, et occidit multos, alios vero debilitavit. Porro Junio mense facta sunt encænica sanctorum Apostolorum apud Constantinopolim, et recondita sunt lipsana Andreæ Lucæ ac Timothei apostolorum, et transiit Menas episcopus cum sanctis lipsanis, sedens in carrucca aurea imperatoria, lapidibus insignita, tenens tres thecas sanctorum apostolorum in genibus suis, et ita encænica celebravit.

Anno imperii Justiniani vicesimo quarto, mense Aprili, missus est Narses cubicularius Romam pugnaturus adversus Gothos, qui ceperant Romam, quoniam postquam eam Belisarius cepit, iterum insurrexerunt et receperunt illam Gothi.

Anno imperii Justiniani vicesimo quinto facta sunt encænica S. Eirenæ trans Constantinopolim in Sycis, et exierunt sancta lipsana ex Magna ecclesia, una cum duobus patriarchis, Menæ scilicet Constantinopolitano et Apollinario Alexandrino, et sederunt ambo in imperatorio curru, retinentes in genibus suis sancta lipsana, et venerunt usque ad fretum, et transfretantibus obviam eis occurrit imperator, et aperuerunt eandem ecclesiam sanctæ martyris Eirenæ. Eodem anno moritur Menas episcopus Constantinopolitanus, et factus est pro ipso Eutychius apocrisiarius Amasiæ ac monachus monasterii quod est penes Amasiam, ac presbyter. Eadem sane Menæ funeris die, cum adhuc jaceret in sacello, mense Augusto tropæa venerunt e Roma Narsis cubicularii et exarchi Romanorum. Initio quippe bello cum Totila rege Gothorum potentissime superavit, et cepit Romam, et occidit Totilam, et vestimenta ejus cruentata cum camilaucio lapidibus pretiosis ornato misit Constantinopolim, et jactata sunt ad pedes imperatoris coram senatu.

Anno imperii Justiniani vicesimo sexto facta est sancta et universalis quinta synodus contra Origenem vesanum et Didymum cæcum et Evagrium atque gentilis sensus eorum deliramentum, et rursus contra capitula. Vigilius autem Romanus convenientibus non consedit. Dimissus autem multis motis ab imperatore, in Illyrico moritur rediens Romam.

Vicesimo septimo imperii Justiniani anno factus est terræ motus terribilis Constantinopoli et circumquaque urbibus, qui tenuit diebus 40, et paulatim homines compuncti sunt, letaniam agentes et frequentantes atque in ecclesiis commanentes (33). Cumque multa Dei misericordia facta fuisset, homines ad pejora dilapsi sunt. Fit autem memoria terræ motus hujus per singulos annos in Campo, letaniam populo faciente.

Mundi anno 6047, divinæ incarnationis anno 547, vicesimo octavo imperii Justiniani anno facta sunt tonitrua et fulgura horrenda, et ventus Afri-

NOTÆ.

(33) *Commanentes*. Rufinus in Præfatione libri II *De vitis Patrum*: « Commanent autem per eremum dispersi. » FABR.

cus terribilis, ita ut caderet crux, quæ stabat in-
tra portam Rhesii.

Vicesimo nono imperii Justiniani anno seditio-
nem concitaverunt Judæi et Samaritæ Cæsareæ
Pælestinae, et facti quasi in ordine Prasinovene-
torum irruerunt in Christianos ejusdem civitatis,
et multos interfecerunt, et ecclesias combusse-
runt, Stephanumque præfectum ipsius urbis in
prætorio peremerunt, et substantiam ejus surri-
puerunt. Uxor vero illius ascendens ad urbem
adiit imperatorem, qui jussit Adamantio magistro
militum descendere in Pælestinam et occisionem
exquirere Stephani. Qui veniens eorum quos repe-
rit alios suspendit, alios decollavit, alios vero de-
bilitavit et publicavit. Et factus est timor ingens
in omnibus Orientalibus partibus.

Tricesimo imperii Justiniani anno Pelagius Ro-
manorum gerit episcopatum. Quo anno mortuus
est Timotheus exarchus monasteriorum et hegu-
menus monasterii Dalmati, et factus est pro eo
Anthemius, inclausus ejusdem monasterii. Et appa-
ruit ignis in cælo, quasi species lanceæ, a septen-
trione usque ad occidentem.

Mundi anno 6050, divinæ incarnationis anno
550, tricesimo primo imperii Justiniani anno, fa-
ctus terræ motus horribilis valde, qualem nullus
hominum memorabat in generatione illa super terram
effectum: concutiebatur enim terra nocte ac die post
decem misericordias Dei. At vera imperator non
portavit coronam per quadraginta dies, sed et
sancta Christi nativitate absque illa processit in
ecclesia; ita ut etiam prandia, quæ ex more fiunt
in novem et decem accubitibus, cessare faceret, et
horum expensas egenis tribueret. Eodem anno
ingressa est gens Byzantium inopinata, eorum qui
dicuntur Avaræ; et tota civitas concurrat ad vi-
sionem eorum, tanquam qui nunquam viderint
gentem hujusmodi: habebant enim comas retortas,
prolixas valde, vinetas prandiis (34) atque per-
plexas; reliquis vero vestitus eorum similis erat
cæterorum Hunnorum. Isti fugientes a regione sua
venerunt in partes Scythiæ et Mysiæ, et direxerunt
ad Justinianum legatos petentes ut reciperentur.

Mundi anno 6051, divinæ incarnationis 551, tri-
cesimo secundo imperii Justiniani anno ædificatus
est trullus Magnæ ecclesiæ Constantinopoli, exal-
tatus plus viginti pedibus in superioribus supra
ædificium quod antea fuerat.

Tricesimo tertio imperii sui anno cœpit impera-

tor ædificare pontem Agoreos fluminis, et conver-
tens eundem amnem in alium alveum volvit arcus
mirabiles quinque, et fecit eum meabilem, cum
antea ligneus fuerit.

Tricesimo quarto imperii Justiniani anno diffama-
tum (35) est apud Constantinopolim quod mor-
tuis esset imperator: venerat enim a Thrace, et
neminem videbat. Ergo plebes rapuere panes su-
bito ex locis in quibus fiebant et vendebantur; et
circa horam tertiam non inveniebatur panis in tota
urbe. Clausa quoque sunt ergasteria, et susurra-
bat palatium, quia nemo ex senatu videbat impe-
ratorem eo quod dolorem capitis pateretur, et ex
hoc crediderunt quod defunctus esset imperator.
Interea circa horam nonam fecit senatus consi-
lium, et miserunt præfectum, et fecerunt lumina
in tota urbe, quoniam sanus factus est imperator,
et hoc modo erepta est civitas a turbatione. Post-
quam autem sanus effectus est imperator, Euge-
nius, qui fuerat præfectus, detraxit Georgio et
Ætherio curatoribus, quasi voluissent Theodorum
facere imperatorem, filium Petri magistri. Cumque
fuisset causa diligenter inquisita et nullatenus
comprobata, in iram cecidit imperatoris Eugenius,
et domus ejus publico est fisco collata. Verum ille
ad ecclesiam fugiens salvatus est. Facta est autem
mortalitas vasta in Cilicia et Anazarbo et Antio-
chia magna, necnon et terræ motus; et congressi
sunt adversus alterutrum orthodoxi et Severiani,
et multa homicidia facta sunt; et misso imperator
Zimarcho comite Orientis inhibuit inordinatos, et
multos in exilium misit et publicavit ac mem-
bris debilitavit.

Mundi anno 6054, divinæ incarnationis anno 554,
tricesimo quinto imperii Justiniani anno capta est
Hobes civitas ab Hunnis: et misit imperator Mar-
cellum magistrum militum cum exercitu multo, ut
eriperet civitatem.

Tricesimo sexto imperii Justiniani anno tropæa
venerunt a Roma Narsis patricii, significantia
comprehendisse illum urbes munitas Gothorum
duas, Veronam scilicet et Brixiam. Vicesima vero
quinta die Novembris mensis sero insidias medi-
tati sunt quidam, ut occiderent imperatorem.
Erant autem Ablabius et Marcellus pecuniarum
venditor et Sergius. Meditatio autem eorum erat
hujusmodi: cum sederit in triclinio sero, prius-
quam discedendi licentia detur, occidant eum, ha-
bentes homines suos sibi cooperantes iudos, abs-

NOTÆ.

(34) *Prandiis*. Hist. misc. « Prandeis: » Promotus
ms. in Grammatica: « Prandeum dicitur quedam
zona, quod in Vita B. Alexii reperies. » Item: « Fa-
citergium, togilla, mappa, mappulla, gausape, ova-
rium, mensale, manutergium, prandeum, manu-
mundium, manupiarium. » Anonymus in Vita S.
Gregorii: « Particulas brandei (sic legitur) repe-
rerunt. Quod videntes legati vehementer irati sunt,
dicentes dominos suos pulcherrimis palliis abundare,
ac per hoc Romanorum vilibus prandeis non
egere. » Sangallensis, l. II *De gestis Caroli M.*:

« Cumque tenuissimas illas pelliculas vel tenuiores
brandeas extrahere cœpissent. » Flodoardus, *Hist.*
Rem. I, 20: « Corpus ejusdem rubeco constat
brandeo indutum. » FABR.

(35) *Diffamatum est*. Glossæ: « διαφημίζω dif-
famo, devulgo, pervulgo. » Utitur Apuleius. B. Au-
gustinus, *De Civ. Dei*, VI, 10: « Tam grandi glo-
ria diffamari. » Anastasius Bibliothec. in Epistola
ad Martinum episc. Narn.: « Potui ei scribere ac
innotescere omnia quæ de ipso diffamabantur. »
ID.

conditos in Silentario et in Archangelo et in Curru, ut cum facta fuerit machinatio, turbationem faciant. Porro idem Ablabius etiam aurum accepit a Marcello argenti venditore, libras quingentas, ut sibi cooperaretur. Sed Deo volente sisus est Ablabius Eusebio exconsuli, qui erat comes foederatorum, et Joanni logothetæ, dicens quia hodie vesperi volumus imperatorem aggredi. Qui cum hoc nuntiassent imperatori, tenuit eos, et invenit illos ferentes absconditos gladios. Et Marcus quidem argenti venditor, spe frustratus, et exempto gladio quem portabat, dedit sibi tres ictus in triclinio comprehensus, et moritur. Sergius autem fugit ad Blachernas, quo educto ab ecclesia, et interrogato, persuasum est ei confiteri quod et Isacius argenti venditor et Belisarius gloriosissimus patricius conscius huiusmodi fuerit machinamenti, et Victus pecuniarum venditor et Paulus curator ejusdem Belisarii consilium scierint. Qui comprehensi et traditi Procopio præfecto confessi sunt, et dixerunt de Belisario, qui mox factus est imperatoris sub ira. Multi vero et fuga usi sunt. Interea quinta die mensis Decembrii fecit imperator silentium, adducens et patriarcham Eutychium, et iubens eorum recitari confessiones. Quo audito Belisarius ingenti est mœnore gravatus, et mittens imperator comprehendit omnes homines ejus, et ipsum domi sedere præcepit custodiendum. Interea mense Decembrio, vicesima die, facta sunt encenia Constantinopoli Magnæ ecclesiæ secundo. Porro vigiliæ eorundem enceniorum factæ sunt apud S. Platonem, et exivit inde patriarcha Constantinopoleos Eutychius cum letania præsentem imperatorem, sedens in eodem vehiculo et portans apostolicum habitum et tenens sanctum Evangelium, cunctis psallentibus: *Tollite portas*. Eodem mense captæ sunt quædam partes Africæ a Mauritanis insurgentibus adversus Africam ita: Cutzinas nomine quidam ex ipsa gente exarchus Mauritanorum habebat consuetudinem accipiendi a principe Africæ, qui per tempus erat, certam quantitatem auri. Cum autem venisset ut acciperet illud, Joannes princeps Africæ occidit eum. Porro insurrexerunt filii Cutzinæ vindicantes paternum acceptum, et erecti contra illam ceperunt ejus partes aliquas deprædantes. Imperator itaque hoc agnito misit in auxilium Africæ Marcianum magistrum militum, nepotem suum, cum exercitu ad pacificandos Mauros; et confluerunt ad eum, sicque pace potita est Africa. Eodem anno imperator quibusdam turbationes Constantinopoli concitantibus, pollices abscidit eorum duntaxat qui cum gladiis pugnauerunt. Nonadecima vero die Martii mensis admissus est Belisarius patricius receptis omnibus dignitatibus suis. Eodem anno venerunt legati Ascelti regis Ermechionorum, qui positus est intra Barbarorum gentem juxta Oceanum, Constantinopolim.

Mundi anno 6036. divinæ incarnationis anno 556,

Justinianus imperii sui tricesimo septimo anno perrexit causa orationis ad Myriangelos, id est Gernias, urbem Galatiæ. Novembrio vero mense introivit Byzantium Arethas patricius et princeps tribus Saracenorum, debita deferre imperatori filiorum suorum debiti gratiam, ut scilicet post obitum suum tenerent principatum tribus suæ.

Tricesimo octavo imperii Justiniani anno Eutychius patriarcha Constantinopolitanus depositus est et in exilium missus a Justiniano in Amasiam; et factus est pro eo Joannes ex scholasticis, cum esset apocrisiarius Antiochiæ magnæ et presbyter ejusdem ecclesiæ. Eodem anno Justinianus imperator de corruptibili et incorruptibili dogma commovens, edicto ubique alieno a pietate transmissio, Deo præoccupante defunctus est, cum imperasset triginta octo annis, mensibus septem et diebus tredecim, et efficitur hujus successor Justinus europolates. Eodem anno Theodosiani et Gajanitæ apud Alexandriam ædificare cœperunt conciliabula, et prævalentes Gajanitæ episcopum sibi consecraverunt Helpidium archidiaconum suum; quem imperator vinctum venire præcepit. Cumque veniret per Segrin, mortuus est. Porro Theodosiani Dorotheum occulte noctu episcopum sibi ordinaverunt, et in unum convenientes tam Gajanitæ quam Theodosiani communem episcopum sibi inthronizaverunt. Cujusdam autem abbatis barbam pelle et carne decoriaverunt. Taliter hæreticorum demencia gerere consuevit, adeo ut ea quæ paganorum sunt multoties operentur.

Mundi anno 6058, divinæ incarnationis anno 558, Joannes Romanæ præest Ecclesiæ. Justinus imperat, nepos Justiniani, coronatus a Joanne patriarcha. Erat autem natione Thrac, magnanimus atque ad omnia prosper. Habebat autem et uxorem Sophiam nomine, quam et coronavit Augustam. Cum autem esset pius, adornavit ecclesias quas Justinianus ædificaverat, tam videlicet Maguam ecclesiam et sanctos apostolos quam alias ecclesias et monasteria, donans eis thesauros et omnem reditum; eratque orthodoxus valde, et misit Photinum monachum, privignum Belisarii patricii, dans ei potestatem contra omnem personam, et causam pacificandi Ecclesias universas Ægypti et Alexandriæ.

Secundo anno imperii Justini Ætherius et Audius, ac medicus qui cum ipsis erat, insidiati sunt eidem imperatori Justino; qui cogniti intercepti sunt gladio. Eodem anno Agatho monachus, frater Apollinarii episcopi Alexandrini, veniens Alexandriam sermones habiturus, et Eustochium monachum, qui magnus erat et œconomus Alexandriæ, custodiæ mancipavit, qui per lectum fugiens venit Byzantium, Macario tunc factione pulso ecclesia, et consecratus est Eustochius pro Macario episcopus Hierosolymis.

Tertio imperii Justini anno. accersitis Sophia piissima Augusta pecuniarum venditoribus et no-

tariis, jussit deferri cautiones debitorum et breves, quibus lectis accepit breves, et præbuit eos debitoribus, et reddidit dominis suis, et laudata est super hoc inagnopere ab universa civitate. Eustochius autem, ingressus Hierosolimam, non audienda contra Apollinarium et Agathonem et Macarium novæ Lauræ monachos excitavit, mentiens illos Origenistas. Et ideo pulsus est, et iterum restitutus est Macarius in throno suo.

Quarto imperii Justinī anno rursus Macarius Hierosolymis præfertur episcopus, et Alexandria Joannes habetur antistes.

Quinto imperii Justinī anno, cum magnus Anastasius Antiochenus episcopus reprehendisset in rescriptis synodicorum Joannem Constantinopolitanum, qui consecraverat Joannem Alexandrinum, et hoc consecrato pulsus est ab ecclesia sua per indignationem Justinī, et ordinatus est Gregorius monachus et apocrisiarius monasterii Byzantiorum.

Sexto imperii Justinī anno Narses cubicularius et protospatharius dilectus imperatoris construxit domum Narsis et monasterium Catharorum.

Septimo imperii Justinī anno Romani ac Persæ pacem corruerunt, et iterum Persicum renovatum est bellum eo quod Homeritæ Indi legationem ad Romanos miserint, et imperator Julianum magistranium cum sacra destinaverit ad Aretham regem Æthiopum per Nilum fluvium ab Alexandria et Indico mari, qui receptus est ab Aretha rege cum gaudio multo, appetente nimirum amicitiam Romanorum imperatoris. Enarrabat autem, cum redisset, idem Julianus, quod quando receperit cum rex Arethas nudus esset, habens circum cincturam et in lumbis linea vestimenta auro contexta, circa ventrem vero portabat indumenta scissa cum margaritis pretiosis, et in brachiis quinos circulos, et armillas aureas in manibus suis, in capite autem pannum gemmatum, habentem ex utroque ligamento plectas quatuor, et torquem aureum in collo suo, et stabat super quatuor elephantes, stantes et habentes jugum et rotas quatuor, et superius ut currum excelsum, velatum petalis aureis, ut sunt principum provinciarum currus; et stans super illos ferebat scutum parvissimum deauratum et duas lanceolas aureas, et senatus ejus omnis erat cum armis, canentes modulationes musicas. Introductus ergo legatus Romanorum cum adorasset, jussus est ab eo crigi et duci ad se. Cum autem suscepisset imperatoris sacram, osculatus est signaculum, cum habebat pectuseculum imperatoris. Susceptis autem et donis gavisus est valde. Porro cum legisset sacram, invenit ut se contra regem Persarum armaret, et proximam sibi Persarum perderet regionem, et ulterius cum Persis fœdera non iniret. Protinus ergo collecto exercitu rex Arethas coram legato Romanorum adversus Persas prælium movit, subjectos sibi Saracenos præmittens. Profectus autem et ipse ad regionem Persarum,

depopulatus est omnia quæ in partibus illis erant. Tenens autem rex Aretha caput Juliani, et dans ei pacis osculum, dimisit eum in multa benevolentia multisque muneribus. Porro facta est et alia causa, quæ turbavit Chosroen. Hunni quippe per illud tempus, quos Turcos dicere consuevimus, legationem dirigunt ad Justinum, per Alanorum regionem mittentes. Hoc timens Chosroes excusationem prætendebat, rebellionem Armeniorum in se factam per accessum, quo Justinus adhæserant. Sed et profugos repetebat. Impendebat enim Romanorum imperator per singulos annos quingentas libras auri, ut castra, quæ loco proxima erant, Persæ custodirent, ne ingressæ gentes utramque rem publicam destruerent, communibusque sumptibus castris muniebantur. At vero Justinus pacem dissolvit, asserens opprobrium esse sub Persis solvere tributa Romanos: propterea locum magnum hoc Persarum Romanorumque reperit bellum. Porro Justinus Marcianum patricium, et cognatum suum prætorem creans Orientis contra Persas direxit.

Mundi anno 6065, divinæ incarnationis anno 565, octavo imperii sui anno Justinus infirmatus est et tristatus adversus Baduarium fratrem suum, et hunc injuriis laceravit. Novissime vero præcepit cubiculariis pugnis cæsum educere illum in conspectum concilii senatorum: erat enim comes imperialium stabulorum. Quo comperto Sophia tristata est et conquesta imperatori, qui se poenituit, et descendens ad eum in stabulum introivit subito cum præposito cubiculariorum. Baduarius autem viso imperatore fugit a loco in locum, per superiora præsepis, præ timore imperatoris. Ast imperator clamabat: *Adjuro te per Deum, frater mi, exspecta me.* Et cum cucurrisset, tenuit eum, et amplexatus deosculatus est illum, dicens: *Peccavi tibi, frater mi, sed suscipe me ut fratrem tuum primum et imperatorem: ex diabolica enim operatione novi quod factum sit hoc.* Qui cecidit ad pedes ejus, et flens ait: *Veraciter, domine, potestatem habes.* Verumtamen in præsentia senatus deformasti servum tuum. *Modo, domine, his rationem redde.* Et ostendebat ei equos. At vero imperator rogavit eum secum manducare, et pacificati sunt. Eodem vero anno factum est bellum circa Sargathon Romanorum atque Persarum magnum, et vicerunt Romani.

Nono anno imperii Justinī Hormisdas rex Persarum Ardamenum ducem Persarum ordinans misit Romanorum regionem depopulari; qui præda multa capta reversus est. Quo comperto Justinus, consternatus mole calamitatis, capti senatus languorem inenurit, et pactum facere petit Hormisdæ, qui id fieri anno consensit.

Mundi anno 6067, divinæ incarnationis anno 567, Justinus imperator Tiberium comitem excubitorum sibi filium faciens Cæsarem appellavit, et consensorem suum constituit tam in Hippodromiis quam

in diebus insignibus. Erat autem imperator pedibus captus, ac per hoc magis in lectulo jacens.

Undecimo imperii sui anno construxit Justinus magnum aquæductum Valentis, et largitus est urbi dapullitatem aquarum.

Duodecimo imperii sui anno Justinus imperator synagogam Hebræorum, quæ erat Constantinopoli in Chalcopratiiis, ablatam ab eis fecit ecclesiam Dominæ sanctæ nostræ Dei Genitricis; quæ Magnæ proxima est ecclesiæ.

Tertiodecimo imperii Justini anno, Joanne Constantinopolitano defuncto episcopo, Eutychius recepit iterato thronum eundem. At vero imperator infirmatus, et pauxillum a languore demissus, advocavit tam pontificem et senatum quam omnes sacerdotes et cives, et adducto Cæsare Tiberio palam omnibus appellavit eum imperatorem, his sermonibus usus: *Ecce Deus, qui benefecit tibi. Hunc habitum Deus tibi dedit, non ego: honora illum, ut tu quoque honoreris ab ipso. Honora matrem tuam, quæ aliquando tua domina fuit. Nosti quod primum ejus servus fueris, nunc autem filius. Ne gratuleris in sanguinibus; ne communices in homicidio; ne malum pro malo reddas; ne in malo inimicitiam similis mihi efficiaris. Ego enim, ut homo, culpavi: etenim et culpabilis factus sum, et recepi secundum peccata mea; sed causam habeo cum his qui hoc mihi fecerunt, ante tribunal Christi. Non cleveat te hic habitus quemadmodum me. Sic attende omnibus sicut tibi. Scito quid fueris, et quis modo existas. Ne superbias, et non peccabis. Nosti quis fuerim et quis factus existiterim et existam. Omnes isti filii tui sunt et servi. Scis quod præ visceribus meis honoraverim te. Hos cum videas, omnes qui sunt rei publicæ vides. Intende militi tuo. Ne milites suscipias, ne dicant tibi quidam quia decessor tuus taliter conversatus est. Hæc enim dico, a quibus passus sum. Qui habent substantias, fruantur eis: his vero qui non habuerint, dona. Et facta oratione a patriarcha, cum dixissent omnes, Amen, cecidit Cæsar ad pedes imperatoris, et dixit ei: Si vis, sum, si non vis, non sum. Et imperator ait: Deus, qui fecit cælum et terram, ipse omnia quæ dicere oblitus sum, in cor tuum immittat. Porro cum hæc prosequeretur imperator, replebat lacrymis totum collegium. Quod cum solutum fuisset, Tiberius dona subditis impertitus est, et quæcunque in imperatoris appellationibus moris existunt.*

Mundi anno 6071, divinæ incarnationis anno 571, imperare cœpit Tiberius redimitus ab Eutychio patriarcha, cum esset et ipse genere Thrax. Cumque imperaret, clamabant partes: Anastasia Augusta, tu vincas. Salva, domine, quos imperare jussisti. Audiens autem Sophia Justini conjux percussa est animo: volebat namque nubere Tiberio et permanere Augusta: nesciebat enim quod haberet uxorem. Quidam autem dicebant quod et in vita Justini adamicata fuerit ei, et ipsa persuaserit Justino ut cum Cæsarem faceret. Verum

A Tiberius mittens duxit Anastasiam conjugem suam, et coronavit eam Augustam, et jactavit rogam multam.

Secundo imperii Tiberii anno Alexandria anti-stes habetur ecclesiæ Eulogius. Misit interea imperator Tiberius ad regem Persarum secundum morem, nuntians promotionem suam; quo pacem non admittente Tiberius magnas virtutes congregavit, et disseminatis regiis thesauris multos fecit exercitus, creans magistrum militum Orientis quemdam Justinianum.

Tertio imperii Tiberii anno rex Persarum sumptis virtutibus suis in Armeniam properat. Audiens autem Romanorum dux regem Persarum per semetipsum prælium initurum, expeditus effectus e t. Timor enim ingressus est in populum Romanorum, et idcirco Justinianus ad virtutes sermonibus usus compescuit formidinis pugnam. Cum autem bellum fieret et sagittatio Persarum facta multa fuisset, ita ut etiam solares radii celarentur, dum videlicet Romani clipeis jacula, quæ ex arcubus mittebantur, continuatis projicere niterentur. Cum autem profunda consisteret Romanorum acies, Persæ ferro non poterant, sed in fugam vertitur Babyloniorum caterva, et intererunt multitudines copiosæ. Accipiunt interea et Persarum suppellectilem et regium tabernaculum totamque clarissimum apparatus. Tenent autem et elephantes Romani, et ad Tiberium mittunt insignes et regias illas exuvias. Itaque legem ponit Persarum rex, confusionem non ferens, nunquam jam Persarum regem in prælium egressurum. At vero Romanus exercitus Persicis adjecit ærumnis, et ad intima Persidis properavit, et multum illic excidium et captivitatem patravit, perveniens etiam in medium Hyrcanæ maris. Cum autem hyemis adesset, non remeaverunt Quirites ad propria, sed in Perside hyemem transegerunt. Porro eodem anno coepit ædificare Tiberius publicum Blachernarum, et renovavit multas ecclesias et xenodochia et gerontocomia, jussitque se scribi in phœnicæ litteris Tiberium Constantinum.

Quarto imperii Tiberii anno mortuus est Eutychius patriarcha, et promotus est post dies sex D Joannes Jejinator, Magnæ ecclesiæ diaconus. Imperator autem Tiberius emptis corporibus gentilium constituit militiam in nomen proprium, amiciens et armans eos in millia quindecim, dans eis ducem Mauricium comitem fœderatorum, et subducem Narsen, et misit eos contra Persas. Bello autem facto magno valide Romani victores efficiuntur, et abstulerunt a Persis civitates et regiones, quas sub Justiniano ceperant et Justino. Abiens autem Mauricius Constantinopolim susceptus est ab imperatore cum ingenti honore, et publicavit Tiberius victorias Mauricii, et generum hunc admisit ad Constantinam filiam suam. Similiter et Germano prætori junxit filiam suam Charito, utrumque Cæsarem creans. Mense vero

Augusto mora comedens molulina, visu digna sed corrupta, plüisin incurrit. Et cum esset moriturus, accito patriarcha Joanne atque senatu una cum militibus, in tribunalium lectica est deportatus; et quia loqui non poterat, per epanagnosticon, quæ rebus Romanorum erant utilia, manifesta populo fecit, et Mauricium generum suum nuntiavit imperatorem. Itaque cum omnes imperatoris laudassent consilium atque Mauricium imperatorem, conversus Tiberius in lecto suo diem obiit, cum regnasset annis tribus, mensibus decem, diebus octo.

Mundi anno 6075, divinæ incarnationis anno 575, Mauricius imperat; eodemque anno legatione funguntur Avaræ ad imperatorem Mauricium, qui ante breve tempus Sirmium subegerant, insignem civitatem Europæ, postulantes octuaginta millibus auri, quæ accipiebant per annos, a Romanis alia superaddi viginti: imperator autem pacem assuetans hoc admisit. Petivit autem ad videndum sibi et elephantem, animal Indicum, mitti; cui imperator majorem omnibus misit; quem ille visum remisit ad imperatorem. Similiter et lectum aureum sibi mitti petiit; sed et hoc imperator misit ad eum: ipse vero et hunc contemptum remisit. Postulabat autem iterum alia viginti millia centum addi. Quod imperatore non admittente, chaganus Siggidonem civitatem subvertit et multas alias urbes cepit, Illyrico subjacentes. At vero imperator Heliidum patricium cum Comentiolo legatos ad chaganum transmisit. At vero Barbarus in sponcionibus pactorum agere se pacem professus est. In Oriente vero Joannem Mystaconem prætorem Armeniæ fecit, qui veniens ad Nymphium amnem, ubi Tigri misceri dignoscitur, bello congregitur cum Cardariga Persarum prætore, et prævalenti Romani adversus Barbaros. Cardarigas vero non est proprium nomen, sed dignitas maxima apud Persas.

Secundo imperii sui anno consul Mauricius appellatur, et multos thesauros urbi donavit; prohibet autem Philippicum prætorem Orientis, cui et Gordiam sororem suam in conjugium tradidit. At vero Philippicus Persicas arripiens partes appropinquavit Nisibi, et repente in Persidem ingressus multam prædam sumpsit, quam per montes salvam ducens in Medorum regionem transtulit, et multis illic villis exterminatis ad Romana rura reversus est. Porro chaganus Avarum pacem solvere festinabat: nam Sclavinorum gentes contra Thracem armavit, quæ pervenerunt usque ad longos muros, multum facientes excidium. Ast imperator palatii e ductis militibus et plebibus e civitate longos muros custodiri præcepit, et Comentiolum ducem ordinans et armans contra Barbaros misit, qui insperate in Barbaros ruens copiosas multitudines interfecit, hosque pepulit. Cum autem pervenisset Hadrianopolim, occurrit Andragasto multitudines Sclavinorum cum præda

A ducenti, et in hunc irruens et captivitatem eripuit et victoria magna indutus est.

Tertio imperii Mauricii anno Philippicus sumptis exercitibus ad Persicam regionem profectus est, et capta Arsenene magnam prædam obtinuit, et formidinem operatus est Persicis exercitibus. Interea Constantinopolim languens remeat, militesque sine lesione ad propria repedarunt.

Quarto imperii Mauricii anno Philippicus egressus a regia urbe, hostium sumpto apparatu ad civitatem Amidam properat, et collectis armatis percunctabatur eos si in promptu haberent properandi ad bellum. Ast Romanis juramenti credulum eum reddentibus se abscriter bellaturos, venit ad Anazarbon: at vero Cardarigas hoc comperto risui auditionem mandabat, somnium esse quod dicebatur opinans, accersitisque magis interrogabat quis erit victoriæ dominus. Ast dæmonum placatores Persas astruebant a diis victoriam allaturos. Exsultant igitur super his Persæ magorum læti promissionibus facti, et patrant continuo ligneos compedes ex ligno et ferro, quibus Romanos compeditos vinciant. Prætor autem commovet Romanos, ne agrorum labores exterminet, ne justitia Dei, quæ malum odit, victoriam ad Barbaros transferat. Postera ergo die prætor dirigit duos phylarchos Saracenorum, et capiunt Persas viventes, per quos motus adversariorum didicerunt, quia asseruerunt Dominico die velle Barbaros in Romanos irruere. Porro Philippicus diluculo vale dicens Romanis, tribus phalangibus occurrit ad prælium, ipseque assumpta dei virili forma, quam acbiropoieton Romani prædicant, discurrens per acies armatis divinam impartiebatur virtutem, et stans post aciem, hæc retinens arma, lacrimis multis deum placabat, qui cœlestium ordinum principes auxiliores assumpsit. Cum autem bellum ageretur, Vitalianus princeps aciei omnibus audacius motus phalangem Persarum dirupit et sarcinam tulit. Romani autem circa spolia cœperunt vacare, quos accipiens Philippicus, ne ad exuvias etiam reliqui reversi prælii obliviscerentur conversique Barbari perderent eos, Theodoro Ilibino galea sua imposita, misit gladio percutere eos qui vacabant circa exuvias; quem videntes et existimantes esse Philippicum, dimissis spoliis properarunt ad bellum. Cum autem bellum multas per horas ageretur, vox fit a prætore Persarum equos percutere lanceis; quo facto in fugam versus est Persarum exercitus, et triumpho ingenti Romani positi multos ex eis peremerunt et spoliaverunt. Postera vero die sumptis virtutibus suis Cardarigas rursus ad bellum armatur, et secundo prælio gesto denuo vincunt Romani, et occiduntur Persæ multi. Comprehenduntur etiam vivi duo millia, Byzantiumque mittuntur; aufugit quoque Cardarigas, quem Persæ cum injuriis respuunt. Porro Philippicus Heraclium, Heraclii imperatoris patrem, subprætozem ad explorationem Barbarorum transmisit,

sumptisque militiis Babyloniam adiit, et Chloma-
rorum castellum obsidet. At vero Cardarigas
eligit milites idiotas cum subjugalibus (36), et
turba collecta exercitum se movere jactabat, et
per munita loca obscura nocte in dorsa Romano-
rum efficiuntur, nequaquam fidentes se manus in
eos missuros. Timore autem importuno cadente
in Philippicum fuga irrationabili usus est. Quo
comperito Romani in fugam convertebantur per
loca ad meandum difficilia, multa incurrentes pe-
ricula. Cumque sol ortus fuisset, a calamitate
liberabantur, nemine persequente, et pervenientes
ad prætorem hunc injuriis pessimis blasphemahant.
Verum Persæ fictam existimantes fugam
persequi ausi non sunt. Porro Heraclius trans-
means Tigrim, quæcunque Medicæ regionis erant
insignia prædia, igni tradebat, et sic ad Philippi-
cum rediit cum spoliis multis.

Mundi anno 6079, divinæ incarnationis anno 579,
quinto imperii Mauricii anno Avarum chaganus
fœdere dissoluto Mysiam et Scythiam atrociter ex-
pugnabat, subvertens Ratiarnam et Bononiam et
Aquis et Dorostolum et Zandapa et Marcianopolim.
Comentiolus vero ad maritima venit, et separato
exercitu improbabilis discrevit ab optimis, et inu-
tilis quidem virtutis quadraginta millia custodire
vallum jubet, electorum autem sex millia sumens,
duo millia ex his tradit Casto et duo Martino, et
ipse duobus sumptis contra barbaros properat.
Custus autem veniens Zandapa et Emon, repertis
barbaris in desidia constitutis, multos ex eis dis-
perdit, prædamque multam obtinens armigero ad
salvandum tradebat. Martinus autem circa Mean
civitatem effectus, et in chaganum ex insperato
incurrens, multos virtutis ejus exstinxit, ita ut ille
salutem suam fuga mercatus sit. Martinus vero
victoria gloriosa percepta ad prætorem reverteba-
tur, ubi se promiserat eos exspectaturum. Comen-
tiolus autem formidine pressus Marcianopolim re-
diit; qui non inveniētes eum collegerunt exer-
citus suos, et per artum locum Æpi castra movent.
At vero Martinus videns chaganum transeuntem
fluvium ad prætorem rediit. Custus autem transito
flumine appropinquans his qui præcurrerant, Ava-
rum obtinet pugnam. Porro vani cujusdam dæmonis
repromissionibus deceptus non rediit ad prætorem.
Posteraque die tenens transitus chaganus conclusit
eum. Scinditur igitur populus, et unusquisque, ut
vires habebat, per nemora fugiebat. Capiuntur
itaque quidam a barbaris, et indicant ubi latitabat
Custus; et hoc capto exsultabant et lætabantur.
Chaganus sane per meridiem iter agens contra
Thracem properat, Longosque muros accepit. At

A Comentiolus, qui in silvis Æmi latitabat, cum
Martino exivit, et perveniens ad chaganum impa-
ratum invenit eo quod Avarum multitudo diffusa
esset per Thracem; et prima vigilia noctis pro-
perat adversus illum, essetque profecto a se opus
lucens patratum, nisi eventus quidam falleret ejus
conatum. Uno quippe animante onus subvertente,
quidam domino animantis acclamat onus erigere,
patria voce, dicens *Torna, torna, frater*. Et Dominus
quidem mulæ vocem nimine sentiebat: sed populi
hoc audito hostes imminere sibi existimantes in
fugam conversi sunt, *torna, torna*, maximis vocibus
exclamantes. Chaganus autem ingentem formidi-
nem indutus penitus fugiebat, et videbantur Barbari
et Romani invicem fugere, nemina persequente.

B Præterea chaganus sumptis virtutibus Apiriam ci-
vitatem obsedit, inventumque Busan urbis man-
ganarium interficere nitebatur, qui pecunias roga-
bat ei multas præbere, si vitam sibi donaret. Ille
vero hunc ligatum urbi præsentavit. At ipse quæ-
rebat habitantes urbem ut emeretur, narrans quam
sæpe pro civitate certaverit. Civis quidam multi-
tudinibus persuasit hoc minime faciendum. Quia
ergo parvi pensus est Busa, repromittit chagano se
tradere civitatem, et exterminatorio instrumento
facto, quod arietem nominant, civitatem adeptus
est; ducentes quod barbari argumentosum inge-
nium (37), et alias plures urbes in servitutem re-
dederunt, et cum multa captivitate reversi sunt.
C Audientes autem Byzantii quod Custus a Barbaris
captivus effectus sit, magnis conviciis contra Mau-
ricium utebantur, et hunc in manifesto blasphemis
appetebant.

Per idem quoque tempus Heraclius Héracii pa-
ter Persicum aggressus est castrum, quod et cepit.
Similiter et Theodorus castrum Mazarorum, am-
boque Bavides veniunt. Et cum castrum munitis-
simum esset, miles quidam Saphires nymine, sti-
mulus est operatus, et contra compagnes lapidum
hos figens per eos aditum fecit. Cum autem fortis
ille ascendisset muri coronam, vir Persa hunc
expulit. Cadit ergo Saphires deorsum, et susci-
piunt eum in scutis suis Romani. Et rursus opus
audenter arripit, et denuo a firmitate repellitur.
D Iterumque Romani hunc scutis suscipiunt, et tertio
ad machinamentum conatus est. Cumque ad mur-
caput pervenisset, Persam excidit, deinde capu-
ejus Romanis præbens hos fiducia magna replevit
multisque imitantibus virum sortem, et per palo-
ascendentibus murum, Romanis traditur castrum.
Et alios quidem Persarum occiderunt, alios ver-
captivos duxerunt una cum suppellectili, igni pro-
dito castro. Interea Philippicus rursus Byzantiur-

NOTÆ.

(36) *Subjugalibus*. Glossæ: ὑποζύγιον *subju-*
gium. Onomasticon: *Subjugalis* ὑποζύγιος. *Subju-*
galis bestia Prudentio in agone Romani. FARR.

(37) *Ingenium*. Gallis *engin*, machina bellica.
Matth. Paris. « Ut ingenium adhiberetur ad turrim.

Sic Papias in Vocabulario argumentum *ingenium*
interpretatur. Vide Elmenhorstium ad *Apul. Met.*
l. v, p. 207. Glossæ Dosithei: « Argumentum, ar-
gute inventum. Id.

iter egit, Heraclio Romanorum duce relicto. Veniens autem Tarsum, et dicens quod imperator Priscum Orientis prætorem creatum direxerit, scribit Heraclio dimisso exercitu in Armeniam venire ad Narsen et Prisci ejus præsentiam facere manifestam. Imperator enim Philippico jusserat quarta rogæ parte privare militiam. Philippicus autem timens ne occasio tyrannidis fieret, super hoc imperatori non paruit, ideoque a prætura deponitur. Priscus autem perveniens Antiochiam præcepit milites apud Monocartum colligi. Advocat autem et Germanum, cui Hedessenorum principatus creditus erat, una cum episcopo, et una cum eis ad exercitum ibat, solemnitate Paschæ cum illis facturus. At vero duces exercitus obviam venerunt ei cum bandis, duobus signis procul ab exercitu. Ast Priscus secundum morem non descendit ab equo, nec consuetis salutationibus usus est. Hinc ergo et odii exordium factum est: in communibus namque injuriis multitudines severius patiuntur. Post festum autem diem demonstrabantur tetricæ imperatoris litteræ. Confluunt itaque multitudines ad prætoris fixuram tabernaculi, aliis quidem gladios portantibus, aliis vero lapides vel ligna jactantibus. Fit igitur pavidus Priscus, et ascendens equum fuga evasit periculum. Illi vero sciindentes fixum hujus tabernaculum, omnia quæ ipsius erant diripuerunt. Ast ille Constantiam perveniens a medicis de percussione lapidum et vulneribus curabatur, et mittit episcopum civitatis rationem faciens ac pollicens exercitui se suasurum imperatori, ne illos privet aliqua conferendarum consuetudinum (58). Ast exercitus episcopum cum injuriis respuerunt, et Germanum invitum prætorem pronuntiaverunt super scutum elatum, imperatoriamque statuam subverterunt, et hujus imagines demoliti sunt. Et in tyrannidem prorumperent et urbes dispoliarent, nisi Germanus id agere multa commonitione et exhortatione vetuisset. Priscus autem hæc imperatori manifesta fecit, et imperator Philippicum denuo prætorem Orientis constituit. Priscus vero Byzantium rediit. Porro exercitus juramentis se affirmabat a Mauricio nullatenus imperari. Barbari sane Romanis calamitatibus delectabantur. Verum imperator Aristobolum, curatorem imperialium domorum, ad exercitum misit, quatenus juramentis et donis tyrannidem solveret; quod et fecit. Tyrannide vero destructa sit Persarum atque Romanorum circa Martyropolim maximum bellum. Romanis vero potentia et ducum virtute expugnantibus Persas, interficitur Maruzas Persarum prætor. Comprehenduntur etiam viventium ex his tria millia, et Persicorum principes agminum mille tantum reversi sunt in Persidem. Porro Romani transmittunt ad imperatorem ex Persicis exuviis multa et captos et universos una cum bandis.

Mundi anno 6080, divinæ incarnationis anno 580, mense Septembrio, indictione sexta, Langobardi bellum adversus Romanos intulerunt, et Maurisiorum gentes adversus Africam magnas perturbationes perpetraverunt. In Perside autem carcer est qui dicitur Lethe, et multos Persarum rex a diversis gentibus in hoc inclusit una cum captivis civitatis Daræ. Isti ergo desperati insurgunt contra eos qui se custodiebant, et occiso Marusa caput ejus Byzantium attulerunt. Ast imperator cum gaudio magno illos suscepit. Philippicum autem vix prætorem recepit exercitus. Cum autem Persarum Romanorumque bellum Martyropoli fieret, superantur Romani. Imperator autem a prætura Philippico rursus amoto, Commentiolum prætorem Orientis direxit. Heraclius autem prosperatus in bello peremit Persarum prætorem. Aphrahato vero interempto fugiunt Persæ et insequuntur Romani. Cum autem multum fuisset in eis excidium factum, comprehendunt etiam custodiam et multas exuvias Byzantium mittunt. Denique imperator equestribus speculationibus et commerciis urbem splendidam reddidit. Hormisda Persarum rex prætorem Baram promotum una cum potentatibus multis contra Suaniam mittit. Ex insperato autem huic instans ad Araxem flumen castra commovel, siquidem expugnatis Turcis a Persis adeo Hormisda crevit ut etiam tributa quadraginta millia auri a Turcis acciperet, cum prius ipse æqualia Turcis persolveret. Verum Mauricius hoc comperto Romanum provehit prætorem, et in Suaniam cum potentatu transmittit. Cumque pervenisset Romanus Lazicem et ad Phasim fluvium accessisset, in Albaniam exercitum movit. Baram autem audiens Romanum profectum rem deridebat. Cupiebat etiam Romanorum aciem manu capere: non enim adhuc adversus Romanos bellum inierat. At vero Romanus Romanam multitudinem separavit, non probatis penes sarcinas derelictis. Decem millia etiam secum accipiens adversus barbaros properabat, et duo millia præcedere jubet exercitum. Qui venientes obviam his qui præcesserant, Persas hos in terga vertunt, et omnes interimunt: facta quippe fuga et præcipitio sibi obstante conclusi omnes interierunt. Ast Romani usque ad barbarorum vallum venerunt, ita ut Baram super hoc obstupesceret. Quod audiens Romanus animare cepit exercitum, et præliaturi parantur in campo Albanæ. Baram autem nitebatur bellum furari, frustratus tamen consilio est: surrexit enim Romanus, et comptissime parabatur. Cum autem invicem conflictus agitaretur et multi Barbarorum occisi fuissent, sit maxima Romanis victoria. Dispoliantur igitur Barbari, et sepultura carentes efficiuntur bestiis esca. Hoc audito Hormisda Persarum rex, confusionem non ferens, muliebrem vestem Baram

NOTÆ.

(58) *Consuetudinum* Consuetudo præstatio, *παροχή*. Glossæ: salarium *συνήθεια*, v. *Hist. Trip.* l. vi, c. 7, et l. vii, c. 5. FABR.

transmisit, et hunc prætura privavit. Parat e.contra rebellionem Baram, progreditur in tyrannidem, et reciprocis injuriis per litteras Hormisdam la-cessit, superscribens epistolæ ita: *Hormisdæ filia Chosroæ Baram hæc mittit*. Collectis vero militiis asserebat Hormisdam indignatum adversus mili-tias, utpote quæ a Romanis fuerant superatæ. Ostendebat autem et fictas litteras quasi ab Hor-misda missas ad minuendas militum rogas, ad memoriam eis reducens atrocitatem Hormisdæ, seu crudelitatem, avaritiam et violentiam, et qualiter homicidijs delectatus et a pace alienus esset, qua-literque optimates vinculis dederit, quorum alios quidem gladio reciderit, alios autem necaverit Tigride, et qualiter coge-bat Persas in magnis præliis separari, quo disperderentur et non contra illum tumultuarentur. Talibus ergo verbis Baram militiam affatus tyrannidem maximam adversus Hormisdam succendit, et juramenti Baram munientes dogmatizant omnes se deposituros Hor-misdam. Hormisdas autem Ferochanen magistrum suum armatum cum virtute destinat adversus Ba-ram. Baram vero significavit Ferochani seu mili-tiis quia non convenit arma Persas adversus Persas efferre, et ad memoriam eis reducebat Hormisdæ asperitatem, injustitiam, in sanguinibus gaudium, in homicidijs amorem, infidelitatem, jactantiam et violentiam. Hæc sentientes veraciter ab eo dicta fuisse populi qui circa Ferochanen erant ad Baram sese conferunt, et Ferochanen occidentes se Baram uniunt, et contra Ctesiphontem impetu abeunt. Hormisdas autem habebat Bindo-hen, magnæ dignitatis virum, in vinculis: itaque cum in magna fluctuatione negotia degerent, Be-stan Bindohi frater, in custodiam insiliens, eduxit Bindohen fratrem suum, et congregata multitudine rustica seu civili, tertia hora diei regalia intrant, et invento Hormisda super solium regio more se-dente multis hunc injuriis subdunt. Indues autem tenens Hormisdam abstulit diadema a capite ejus, et hunc in carcerem tradiderunt, rogabatque Chos-roen patrio solio tribui. Præterea Hormisdas e custodia nuntium misit, Persis petens loqui, Per-sidi quæ expedirent. In crastinum igitur collectus senatus Persarum in regalibus una cum multitu-dine vinctum Hormisdam ducunt. Ast Hormisdas commonebat Persas quod non oporteat hujuscemodi in reges committere, et quanta ex quo regnaverit tropæa fecerit, et in quibus erga Persas bona pa-traverit, et qualiter Turcos Persidi tributa solvere Romanosque pacem amare coegerit, qualiterque Martyropolim ceperit; quin et paterna beneficia enarravit. Rogabat autem et Chosroen a regno deponi ut litis amicum et ambitiosum et sanguinis amatorem superbumque ac injuriosum et præliis inhiantem: esse autem sibi alterum filium perhi-bebat, quem in regem provehi flagitabat. Bindohes vero ad Hormisdam respondebat, et hujus excessus in medium proponens omnes erexit contra Hor-

Amisdam. Et ducunt in medium uxorem ejus et filium, et serræ sectione hos partiti sunt coram Hormisdæ visibus, Hormisdamque oculis privantes in carcerem posuerunt. Et Chosroes quidem aliquandiu patrem benigne tractabat, in custodia illi omnem tribuens escam. Ast Hormisdas hunc injuriis e diverso lacerabat, conculcans ea quæ mitte-bantur a rege. Unde Chosroes iratus fustibus hunc silvestribus jussit per illa cæsum obire. Quod fa-ctum et Persas tristes reddidit et contra Chosroen odium auxit. Chosroes vero congregatis virtutibus regnorum egressus contra Baram pervenit in cam-pum Zaba fluminis, ubi Baram vallum habebat. Suspiciatus autem Chosroes quod aliqui principum adjacerent Baram, hos occidit. Cum vero populus turbaretur, fugam iniit Chosroes cum paucis quibusdam, et omnes qui erant cum Chosroæ ad Baram accesserunt. At vero Chosroes hæsitabat quidnam agere debuisset. Nonnullis sane consilium dantibus sibi ad Turcos secedere, nonnullis autem ad Ro-manos, Chosroes equum ascendens freno laxato equi motus sequi omnibus jubet. At vero equus ad Romanas partes motus suos direxit, et apud Cer-tensium invenitur, et legatos mittit, adventum suum Romanis faciens manifestum. Contigit autem ut Probus patricius, qui illic erat, hunc susceperet, et de eo imperatori per litteras indicaret. Baram autem misit legatos ad Mauricium petens ne auxi-liaretur Chosroi. Porro jubet imperator Mauricius Comментиolo prætori apud Hierapolim Chosroen suscipere et imperialibus obsequiis honorare.

Eodem vero anno demonstravit imperator Mauricius in memoriam dei Genitricis letanias in Bla-chernis fieri et laudes dicere Domine nostræ, no-minans eam panegyrim.

Mundi anno 6081, divinæ incarnationis anno 581, Mauricius filium sibi Chosroen regem Persarum faciens, Dometianum episcopum Melitenensem ad eum direxit, cognatum suum, una cum Narse, cui ducatum belli commisit; qui pervenientes ad Chosroen omnes Romanos potentatus in Persidem introducunt. Baram autem hoc agnito, sumptis virtutibus suis, in loco qui Alexandrines nomina-batur castra metatus est, prohibere ratus militias ab Armenia venientes, ne Narsi unirentur: jusserat enim Mauricius Joanni Mustaconi, magistro mili-tum Armeniæ, accipere militias et se Narsi unire pariter contra Baram bellum constituendi. Per noctem autem et unitæ sunt Romanæ virtutes et contra Baram aciem direxerunt. Porro Baram in monte castra metatus est, pavore detentus. Cumque bellum gereretur horribile, Narses Indicis bestiis parvipensis mediam barbarorum dissolvit pha-langem; et hoc facto cæteræ quoque Baram infir-matæ sunt phalanges, et fit magna fuga tyranni. Narses vero sine ulla retentione persequens Persas cæde sternebat, et sex millia ex his capta vincta ad Chosroen adduxit. Ast Chosroes omnes mucrone peremit. Quotquot autem Turci erant, hos

ad imperatorem Byzantium misit. Sane cum Turci A
crucis haberent in fronte exaratas, interrogabantur ab imperatore quonam modo signum hoc in fronte portarent. At vero Turci asserebant ante multos annos pestilentiam in Turcia factam, et quosdam Christianorum hoc adinvenisse, et hinc salus in patria facta est. Porro exercitus Romanorum tabernaculum Baram et supellectilem accipientes cum elephantibus attulerunt Chosroi. Baram autem ad interiores partes Persidis fugam fecit, et sic eorum dissolvitur bellum. Itaque Chosroes magna victoria circumdatus solium suum recepit. Verum Narses rediturus ad propria Chosroi dicebat: *Memor sis, Chosroes, presentis diei: Romani tibi regnum donant.* At ille fraudulentam occisionem metuens, petiit a Mauricio mille Romanos in custodia sui habendos. Porro Mauricius cum dilectionem haberet erga barbarum multam, postulationem ejus complevit, sicque Persicum Romanorumque bellum cessavit.

Mundi anno 6082, divinæ incarnationis anno 582, coronatus est solemnitate paschali Theodosius filius Mauricii a Joanne patriarcha Constantinopolitano.

Eodem quoque anno imperator Mauricius ecclesiam sanctorum quadraginta martyrum, quam cepit ædificare Tiberius, consummavit. Interea cum profunda Orientem pax occupasset, bellum circa Europam Avaricum incubebat, ideoque imperator potentatus ab Oriente in Thracem traduxit.

Anno imperii sui nono, cum ver inciperet et agmina pervenissent ad Thracem, exivit cum eis Mauricius videre quæ a barbaris essent eversa. Augusta vero et patriarcha et senatus rogabant imperatorem ne per semet ipsum bellum iniret, sed potius id prætori committeret. Ast imperator non acquievit. Exeunte autem eo ad Septimum solis eclipsis facta est; cumque apud Rheginum esset, pauperum multitudines pecuniis animavit. Cum autem venatum pergeret, sus silvestris valde grandis impetum contra Cæsarem fecit. Equus vero ob terrorem miraculi ejicere Cæsarem nitebatur. Diutius ergo tumultuatus Cæsarem factare nequivit. Itaque sus a nemine accipiens letum abscessit. In Perinthum præterea navigio iter faciens, ventis vehementibus et pluvia facta nautisque desperantibus scapha imperatoris asportabatur, ita ut inopinate salvus ad locum, qui dicitur Daonium, vix veniret. Nocte vero illa muliercula pariebat et voces miserabiles emittebat; cumque mane factum fuisset, misit imperator videre quid esset quod acciderat. Et invenerunt puerum natum, oculorum et palpebrarum exsortem, manusque ac brachia non habentem; a lumbis autem erat ei ut cauda piscis naturaliter hærens. Quo viso imperator præcepit ut

occideretur. Hac denique die imperatoris equus, qui aureo circumdatus erat ornato, repente scissus est cadens. At vero imperator his omnibus auguratus (59) tristis erat. Postera quoque die viri tres Sclavini genere, nil aliquid ferreum bajulantes, a Romanis detenti sunt, citharas tantum ferentes. Imperator autem interrogabat tam unde essent quam ubinam habitatio eorum existeret. Qui genere quidem aiunt se esse Sclavinos, circa finem vero Occidentalis habitare Oceani. Chaganum autem ad se legationem misisse et munera principibus gentis suæ auxiliandi sibi contra Romanos. Taxiarchas autem suos direxisse rationem reddituros chagano, quia non possunt propter longitudinem itineris mittere illi auxilium: decem enim et octo menses asseverabant in itinere se fecisse, et ita Romanos adiisse. Porro citharas ferre tanquam non videntes quemquam suorum armis indutum, regione sua quid ferrum sit ignorante. Imperator autem tam ætatem admirans quam moles corporis eorum collaudans, hos Heracliam misit. Cum autem venisset ad maritima, et didicisset quod legati Persarum Byzantium atque Francorum venissent, ad regalia remeavit.

Decimo imperii Mauricii anno chaganus quærebat augmenta pactorum accipere. Imperator vero sermones barbari non recepit, et ideoque chaganus iterum bellum agit, et devastat Singidonem, et castra contra Sirmium movet. Imperator autem prætorem Europæ Priscum creat. At vero Priscus Salvianum subprætorem factum præcurrere jussit; et contra Barbaros procedentes bellum ineunt, et vincunt Romani. Quo audito chaganus potentatibus sumptis properabat ad bellum. At vero Salvianus visis multitudinibus stupefactus ad Priscum se contulit. Comperiens autem chaganus Romanorum recessum ad maritima egreditur, deinceps ad sanctum Alexandrum, et hunc omnia devoranti tradidit igni. Transiens autem in Drizipera conatur exterminare rem publicam, devastatoria operatus instrumenta. Hi vero qui Drizipera habitant, diutius e diverso aciem direxerunt: nam et portas aperientes minabantur Barbaros debellare, cum essent in formidine ingenti. Tunc ergo divina quædam eis consuluit virtus: media namque die videre putaverunt barbari, Romanis virtutibus egredientibus ab urbe, futurum sibi fore ut cum eis conflictum consererent. Et consternati fuga infatigabili fugiunt, et apud Perinthum efficiuntur. Priscus autem, nec visu quidem ferre multitudines barbarorum valens, Tzurulum ingressus castrum muniebatur. Ast barbarus Priscum obsidere conabatur. His auditis Mauricius hæsitabat quid foret agendum. Tunc optimo inito consilio armatur contra infinitam barbarorum virtutem, et uni ex-

NOTE.

(59) Auguriatus cod. Gruteri.

cubitorum magnis donis atque promissionibus suadet ut sponte in barbaros irruat, eique dat ad Priscum litteras continentes hæc : *Gloriosissimo prætori Prisco. Noxium barbarorum conatum reformides : ad perditionem enim eorum factum est hoc : scito enim quia cum multa confusione revertetur chaganus in regionem quæ sibi a Romanis est deputata. Propterea perseveret gloria tua penes Tzurulum, circumvagari faciens illos : mittimus enim per mare naves, et captivabimus familias eorum, et cogetur ad propria confusione refertus atque iactura reverti.* At vero chaganus litteris comprehensis et lectis pavens efficitur, et sponsionibus pacificis ad Priscum dispositis in muneribus paucis atque indignis, in suam est terram cum fuga potenti regressus.

Undecimo imperii anno Mauricii Hierosolymitanus Amos habetur episcopus. Imperator autem Priscum cum omnibus Romanis potentatibus ad Istrum fluvium misit, ut Sclavinorum nationes transire prohiberet. Quo apud Dorostolon habito chaganus hoc comperit ; qui legatis ad eum directis calumniam inferebat Romanis exordium dantibus belli. Priscus autem excusabat se, quod non venerit adversus barbaros belligeratum, sed quod ad Sclavinorum nationes a principe fuerit destinatus. Audiens autem Priscus quod Ardagastus multitudines Sclavinorum ad prædandum disperserit, transiens Istrum media nocte inopinate Ardagasto conjunctus est. At vero Ardagastus discrimine sensu nudum ascendens equum, vix salvus evasit, Romanique multitudinibus Sclavinorum occisis, et Ardagasti regione perversa, prædam copiosam captam Byzantium per Tatemere direxerunt. Porro cum Tatemere expeditus iter faciens ebrietati sese atque deliciis traderet, Sclavinorum in eum multitudines irruunt ; qui formidine pressus fugiendo Byzantium venit. Ast Romani, qui cum ipso fuerant, valide Sclavinis infensi obtinent gloriosissime barbaros, et captivitatem salvam imperatori præsentant. Qui lætatus gratificos Deo hymnos una cum tota obtulit urbe. Priscus vero fiducia fretus ad interiores Sclavinorum partes accessit. Gipes autem, vir Christianæ religionis, transfugiens ad Romanos et ingressum Romanis ostendit et barbaros tenuit. Itaque Gipedis prodicione transfretato flumine, Priscus media nocte reperit Musacium Barbarorum regem, ebrietate corruptum : funebrem quippe proprii fratris celebrabat festivitatem ; quo comprehenso vivo eadem in Barbaris operatus est, multaque copiosa præda capta ebrietati sese produnt et crapulæ. At tum barbari coacervati victoribus imminet, foretque vicissitudo reciproca præcedenti virilitate sævior, nisi Genzo pedestri virtute Romanorum insistens pugna forti prohibuisset impetus Barbarorum.

Duodecimo imperii Mauricii anno, cum Priscus iterum ad Istrum pervenisset gentesque Sclavinorum deprædatus fuisset, haud modicam partem

A imperatori direxit. Imperator autem, misso ad Priscum Tatemere, jubet illic toto hiemali tempore commorari Romanos. Quo comperto Romani contradicebant, asseverantes id non posse fieri propter copias Barbarorum, et pro eo quod regio easet sibi satis adversa. Priscus vero verbis persuasoriis flexit eos ibidem hiemare jussionemque principis consummare.

Tertio decimo imperii Mauricii anno, qua videlicet tempestate Gregorius Romanam, Constantinopolitanam Cyriacus et secundo Anastasius Antiochenam regebat Ecclesiam, nascuntur prodigia in suburbanis Byzantii, puer videlicet quadrupes, et alter duos vertices habens. Aiunt autem hi qui historias diligenti studio scribunt, non significari bona civitatibus in quibus nascuntur hujusmodi.

At vero imperator Priscum prætura privat, et Petrum fratrem suum prætorem Romanæ fecit virtutis. Itaque Priscus quidem virtutibus sumptis, priusquam Petrus pervenisset ; transmeat amnem. Chaganus autem transitu Romani audito exercitus valde miratus est, et ad Priscum misit, discere causam querens, et prædæ sumere partem, sicque amnem transire : nimis enim sæviebat super felicitatibus Romanorum. Mittit ergo Priscus super hoc ad chaganum legatum Theodorum, videlicet medicum sagacitate ac intelligentia perornatum. Iste videns chaganum magna sapientem responsionemque jactantius facientem (minas enim prætendebat, se cunctarum esse gentium dominum jactans) narratione veteri mitigavit barbaricum typhum. Ait enim : *Audi, chagane, proficuum narrationem. Sesostris Aegyptiorum rex illustris et oppido felix, opibus clarus et inexpugnabili potentatu, plurimas et ingentes servituti nationes redegit. Unde et in arrogantiam ruens, curru adhærente sibi auro et lapidibus pretiosis constructo, sedet super eum, et subigit jugo ex superatis regibus quatuor trahere currum. Cumque hoc fieret in insigni festivitate, unus ex quatuor regibus frequenter oculum vertebat retrorsum, et contemplabatur rotam, cum volveretur. Quem Sesostris percunctatus ait : « Cur post tergum offirmas oculos ? » At ille : « Hanc, » inquit, « rotam miror instabilem, et alias atque aliter se moventem, et modo excelsa humiliantem, rursus humilia exaltantem. » At vero Sesostris parabolam intelligenter animadvertens, legem posuit ne currum reges ulterius traherent.* His chaganus auditis subrisit, et ait se pacem sectari. Priscus autem chagano reddidit pro transitu prædam, et exuviis omnibus sumptis sine dispendio amnem transivit. Porro chaganus his susceptis magnifico lætabatur. Priscus Byzantium venit, et Petrus præturam suscepit.

Quarto decimo imperii sui anno jussit Mauricius Petro prætori ut tertiam portionem rogæ in auro a Romanis acciperet, et tertiam in armis, et aliam tertiam in vestimentis diversis. Itaque Romani hoc audito ad tyrannidem vertebantur. Prætor vero ti-

mens satisfaciebat (40) militibus hoc verum non esse, et exhibebat exercitibus alias litteras, jubentes sibi quatenus hi qui fortia gesserant et de periculis triumpharant in urbibus summa requie potirentur, de publicis sumptibus inter senes alendi, pueri vero militum in locis propriorum parentum inscriberentur; talique suadela populum mitigavit, et Cæsarem bonæ famæ præconio laudaverunt. Hæc autem Petrus imperatori denuntiavit. Cumque venisset Marcianopolim, dirigit mille præcessuros. Ili repertis Sclavinis multam ducentibus Romanam prædam, hos insequentes occiderunt, multaque præda recepta Romaica redierunt ad rura.

Eodem vero anno construxit imperator solarium Magnauræ rotundum, et in medio atrio ejus statuit statuam suam, et illic posuit armamentum.

Quinto decimo imperii Mauricii anno Petro venationem exercenti sus agrestis obviam occurrit, pedemque ipsius ad arborem conquassavit, et importabilibus (41) doloribus multo tempore languit. Ast imperator litteris pessimis et improprie gravibus ei detraxit, auditio quod multæ Sclavinorum gentes fuerint contra Byzantium motæ. Petrus autem coactus Novas pervenit. Ili vero qui erant de civitate, una cum ignobilibus militibus et episcopo prætori obviam veniunt; quos prætor intuitus, et arma eorum ac fortitudinem admiratus, jubet urbe dimissa Romanæ misceri catervæ. Milites autem ad civitatis custodiam ordinati hoc agere renuerunt. Tum prætor in furorem versus destinavit Genzonem una cum multitudine militum. Qui hoc agnoscens confugerunt in ecclesiam, et clauso ostio templi perseverabant. Genzo vero pro reverentia templi inefficax rediit. Petrus autem iratus Genzonem a prætura deponit, et misso Scribone ignominiose ad se episcopum jubet adduci. Porro cives collecti Scribonem cum dedecore urbe depellunt, cujus obseratis portis Mauriciū quidem imperatorem laudibus efferunt, prætorem autem conviciis emulant; sicque cum opprobrio Petrus inde recessit. Præmittit præterea mille ad explorandum, qui Vulgares consequuntur numero mille. Verum Vulgares nisi super pace chagani securi pergebant. Romani autem in Vulgares impetum faciebant; qui mittunt viros septem commententes pacem minime dissolvendam. Hos audientes hi qui præcurrerunt, significant hæc prætori; qui dixit: *Nec si imperator venerit, huic parcam.* Congressione vero belli effecta Romani vertuntur. Sed barbari non persecuti sunt eos, ne vincentes discrimen incurrerent. Porro prætor taxiarchum præcurrentium flagellavit. Et hoc comperto chaganus legatos ad Petrum destinat, inemptionem accusans, et quod Romani sine justa causa pacem dissolverent.

A At vero Petrus verbis seductoriis usus non se scisse motionem affirmat, duplicia tamen dare spolia universa procutat; sicque Barbari amissis spoliis dupla sorte receptis paci consulunt. Petrus contra Peregastum Sclavinorum exarchum properat; et Barbari circa ripam fluminis huic obvii facti prohibebant transire. Romani vero a fretis sagittantes hos averterunt; quibus in fugam versis percutitur illo Peregastus, et moritur. Transeuntes autem Romani prædam multam receperunt, et ad propria remearunt. Errantibus ductoribus et in inaquosa incidentibus loca periclitabatur exercitus. Porro cum iter agerent noctu, veniunt ad amnem Heli-ciam dictum: cum vero dum trans fretum fluminis essent, Barbari in his absconditi eos qui hauriebant aquam jaculabantur. Magna igitur molestia Romanis effecta militis, in fugam vertuntur a Barbaris debellati. Verum Mauricius his auditis Petrum prætura privavit, et Priscum prætorem Thracæ denuo misit.

B Mundi anno 6090, divinæ incarnationis 590, Romanorum imperator Mauricius, rex Persarum Chosroes, Romanus Gregorius, Constantinopolitanus Cyriacus, Hierosolymitanus Amos, Alexandrinus Eulogius et Antiochenus Anastasius habentur antistites. Hoc anno, imperii videlicet Mauricii sexto decimo, Priscus egressus prætor in Thracem virtutes numeravit exercitus, et invenit quod ex eis fuerit multitudo consumpta non parva. His autem sumptis venit ad flumen Istrum et Novas. Quo cognito chaganus legatos misit, causam ipsius seiscitatus adventus. Priscus autem venationis se venisse causa fatabatur. Ast Chaganus: *Non justum est, inquit, in alieno loco venari.* E contra Priscus suum dicebat esse locum, et ei fugam ex Oriente improperabat egressæ. Barbarus autem Singidonis muro destructo ad Romanorum terram profectus est. Quo cognito Priscus venit ad insulam Istri, et dromonibus sumptis ad Chaganum apud Constantiolum venit, volens cum eo loqui. Cumque chaganus ad oram fluminis venisset, Priscus tristis (42) eum alloquitur. Chaganus autem dixit ad eum: *Quid tibi, Prisce, ac terræ meæ? an et hanc vis accipere per mendacium ex manibus meis? judicet Deus inter me et Mauriciū imperatorem, requiratque sanguinem exercitus Romanorum et exercitus mei de manibus ejus.* E contra Priscus: *Singidonem, inquit, civitatem redde Romanis.* Qui ait: *Tu unam civitatem a nobis conaris accipere: videbis post paululum quinquaginta civitates Romanas Avaribus servitute redactas.* Priscus autem navibus Singidoni per amnem exhibitus hanc depopulatus est, et ex ea Vulgares pepulit.

Septimo decimo imperii Mauricii anno conservava-

NOTÆ.

(40) Satisfaciebat. Glossæ: ἀπολογία, excusatio, purgatio, satisfactio. Hinc satisfactionalis liber, ἀπολογητικός, Hist. Trip. ix, 23. Sic Hieronymum alicubi posuisse satisfactientes pro excusantes se notat H. Grotius in Discussionem Rivetiani Apolo-

getici, p. 83. Fabr.

(41) Importabilibus. Ipse in Hypomn. de Anast. apocr.: « Cum illatis quoque illis importabilibus tribulationibus retulit. » Id.

(42) Tristis. E rata. Id.

tis chaganus potentatibus suis in Dalmatiam properat, et cum venisset Baleam, quadraginta quoque civitates, quæ circa eam sunt, omnes depopulatus est. Quibus Priscus agnitis Gudohin ad explorationem rei direxit. Qui in valle occultatur pusilla, et diluculo in dorsa eorum effectus illico cunctos peremit, et acceptam prædam duxit ad Priscum. Porro chaganus infortunio comperto in regionem suam reversus est, et Priscus ad propria.

Mundi anno 6092, divinæ incarnationis anno 592, imperante Mauricio 18 anno, sumptis virtutibus Priscus Singidonem venit: chaganus vero congregato proprio potentatu subito Mysiæ adest, et Tomeam urbem capere nititur. Propterea Priscus Singidone relicta huic efficitur proximus. Cum autem paschalis festivitas haberetur et Romani fœme tabescerent, audiens chaganus Prisco significabat ut sibi plaustra mitteret ad deportanda illis alimenta, quatenus cum hilaritate festivitatem propriam celebrarent. 40 itaque plaustra plena his mittit. Pari modo et Priscus species Indicas barbaro quasdam remisit, piper videlicet et solium Indicum et costum et cassiam atque alia ex his quæ quærentur, cum Chaganus apud Sirmium resideret. Qui receptis his gavisus est super eis; et donec completeretur dies festus, Romani ac Barbari pariter habitabant, et non erat in utriusque virtutibus timor. Cumque fuisset dies festus completus, Barbari separati sunt a Romanis, et Drizipera venientes civitatem depopulati sunt, et sancti Alexandri ecclesiam incenderunt, sepulcrumque ipsius tectum argento repertum despoliant, sed et injuriis quoque corpus martyris afficientes, multamque in Thrace prædam captantes, epulabantur splendide, contra Romanos elati. Cumque Comentiolus venisset Byzantium, maxima urbi turbatio et æstus incubuit, ita ut timore detenti consilium caperent Europam deserendi et in Asiam et Chalcedonem migrandi. Quin et imperator excubitoribus armatoque et electo cuneo sumpto muros Longos munivit. Vulgus autem urbem custodiebat, et senatus commonebat imperatorem legationem ad chaganum mittendi. Deus autem vindictam martyris Alexandri faciens pestilentem languorem Barbaris intulit, et in uno die septem filios chagani per febrem et inguinariam passionem occidit, una cum aliis turbis multis, ita ut pro triumphali gaudio, carminibus ac canticis lamentationes et lacrymas ac luctus sine consolatione Barbarus possideret. At vero senatus rogabat Cesarem legationem ad chaganum mittendi. Imperator autem Armatzonem misit ad chaganum cum muneribus multis Drizipera, qui verbis mitibus blanditur Barbarum. At ille nolebat dona suscipere, lamento intolerabili filiorum detentus: dicebat enim ad legatum: *Judicet Deus inter me et*

A imperatorem Mauricium: ipse quidem pacem dissolvit, ego vero captivos ei reddo, per unam animam unum numisma percepturus ab eo. Mauricius autem id dare minime passus est. Iterum chaganus petit per singulas animas dimidium accipere nummum. Ast imperator nec sic dare consensit, sed nec in quatuor accipere siliquis. Tunc chaganus furore commotus omnes occidit, et ad propria rediit cum quinquaginta millia aureorum pactis Romanis imposuisset. Quin et Istrum flumen non se transiturum professus est. Ex hoc itaque multum contra imperatorem Mauricium commotum est odium, et cœperunt hunc subjicere maledictis. Similiter et populus apud Thracem ad convicia imperatoris commotus est. Exercitus autem procuratores (43) *B* ad imperatorem contra Comentiolum direxit, quod prodicionem in prælio fecerit, inter quos erat etiam Phocas, qui imperatorem allocutus severius huic in concilio contradicebat, ita ut quidam ex patriciis hunc alapa percuteret et barbam ipsius eveleret. Verum imperator non suscepit adversus Comentiolum populi querimoniam, sed hos inefficaces deseruit; propter quod et insidiarum in principem exordium sumitur. Præterea per idem tempus apud Ægyptum in Nilo flumine, Mena præfecto una cum populo deambulante in loco qui Delta nuncupatur, sole orto animalia humanæ formæ apparuerunt in flumine, vir scilicet et mulier. Et vir quidem erat pectorosus vultuque terribilis, rufa coma canisquæ permixtis, et usque ad lumbos denudabat naturam, et cunctis demonstrabatur nudus. reliqua autem corporis membra cooperiebat aqua. Hunc præfectus adjuramentis constrinxit ne destrueret aspectum priusquam omnes saturi fierent hoc inopinato spectaculo. Porro mulier et mamillas habebat et femineum vultum cæsariesque prolixas. Et ad horam nonam omnis populus mirabatur, videbat hæc animantia, quæque hora nona in flumen demersa sunt. Sane Menas imperatori hæc Mauricio scribit.

Mundi anno 6093, divinæ incarnationis anno 593, imperii vero Mauricii 19 anno Hisacius Hierosolymis habetur antistes. Die autem Paschæ Sophia Augusta, uxor Justini, una cum Constantina Mauricii conjuge stemma constructum attulerunt imperatori. Qui hoc contemplato pergens in ecclesiam *C* obtulit Deo, supra sanctam mensam suspendens in triplicibus catenulis lapidibus et auro contextis. *A* vero Augustæ hoc comperto tristatæ sunt valde, *E* in jurgio adversus imperatorem Constantina festum diem fecit Augusta. Cum autem non attenderet imperator querelas militiarum in Thrace positarum, iterum Comentiolus assumptis armatis venit ad Istrum, et unitur Prisco apud Singidonem, et solvitur pax quæ ad Avares erat. Qua dissoluta re-

NOTE.

(43) *Procuratores.* Ἐντολισταί. Hanc vocem observavi in epistola quadam quæ exstat in concilio

Phocæsino. Hinc ἐντολίστα mandata seu præcepta quæ principes dant legatis suis. Fava.

nunt in Biminacium, quod est insula magna Istri. Quibus auditis chaganus, collectis potentatibus suis, ad Romana rura procedit, quatuor autem filios suos, traditis aliis virtutibus, ad custodienda Istri vada constituit. At vero Romani ratibus factis fluvium transieunt, et bellum prætoris Prisco cum chagani filiis inierunt: Comentiolus enim infirmatus in Biminacio insula sedebat. Cumque per multas horas bellum tenuisset et sol trecentis Romanorum interemptis occubisset, quatuor Barbarorum millia perierunt. Intrinsecus vero militiæ ordinatæ iterum bellum incipiunt, et iterum octo millia Barbarorum interimunt. Similiter et tertia die præliantes ab excelsioribus Romani ad Barbaros accesserunt, hosque vertentes ad stagnum atque pellentes, Avars multos necaverunt ex illis, inter quos et chagani necati sunt filii, Romanique illustrem victoriam induerunt. Chaganus vero coacervatis viribus copiosis contra Romanos progreditur: bello autem manente vertunt Romani Barbaros, et omnibus insigniorem hanc retulerunt victoriam. Interea Priscus quatuor millibus præmissis Tisson (44) annum transmeare et explorare Barbarorum præcepit motus. At vero Barbari nihil eorum quæ facta fuerant cognoscentes, festum diem celebrabant et pariter convivabantur. In hos Romani clanculo incidentes maximum operati sunt metum: triginta quippe millia Gipedorum barbarorumque aliorum occiderunt, et copiosa præda comprehensa revertuntur ad Priscum. Chaganus autem rursus potentatibus cumulatis venit ad Istrum, et inito bello barbari superantur et in amnis fluentis necantur, pereuntque simul cum his plurimi quoque Scлавini: vivos autem obtinuerunt Avarum quidem tria millia, Scлавinorum vero octingentos et Gipedum tria millia, nec non et duo Barbarorum. Porro chaganus ad Mauricium imperatorem legatos misit, captos recipere nisus. At ille nondum comperta inclyta Romanorum victoria scribit Prisco quod Avars chagano redderet tantum.

Eodem quoque anno vir quidam monachico circumamictus habitu et in religione clarus, spatha denudata a foro usque ad æneam gladiatoris statuam discurrens, imperatorem omnibus in occisione gladii moriturum pronuntiavit. Similiter et Herodianus Mauricio manifeste, quæ sibi fuerant ventura, prædixit. Imperatore vero noctu discalceato letaniam cum tota urbe agente, et transeunte ad Carpiana loca, tumultuantur ex multitudine quidam, et contra imperatorem lapides jaciunt, ita ut vix imperator cum Theodosio filio suo salvaretur et orationem compleret apud Blachernas.

Mundi anno 6094, divinx incarnationis anno 594, anno vero imperii sui 20 Mauricius in se reversus, et sciens quod nihil Deum lateat, sed reddat omnibus secundum opera ipsorum, et recogitans excessum quem in captivatem perpetraverat, non

A redimens eam, expedire iudicavit in hac vita penam se recipere pro peccato, et non in futura, et factas preces in scriptis transmittit ad omnes patriarchales sedes et ad omnes civitates sibi subjectas, et ad monasteria quæ sunt in eremo et Hierosolymis, et ad lauras pecunias et cereos et incensa, ut orarent pro se, quo hic reciperet et non in futuro sæculo. Scandalizabatur autem et in Philippicum generum suum, quod in φ littera nominaretur. Porro Philippicus diverse jurabat imperatori quod purus esset in servitio ejus et apud se dolum nullum haberet. Cumque Mauricius supplicaret Deo misericordiam præstandi animæ suæ, quadam nocte dormiens vidit in visu apud æneam palatii portam imaginem Salvatoris se astare, et copiosum populum pariter assistentem. Tunc facta est vox ex caractere magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, dicens: *Date Mauricium*; et tenentes eum iudiciorum ministri exhibuerunt apud purpureum umbilicum, qui erat illic. Et ait ad eum propria voce: *Ubi vis reddam tibi, hic an in futuro sæculo?* Quo ille audito respondit: *Amator hominum, Domine et iuste iudex, hic potius, et non in sæculo illo.* Et iussit divina vox tradi Mauricium et Constantinam uxorem ejus et filios et omnem cognationem ipsius Phocæ militi. Expergefactus ergo Mauricius, et vocans eum qui coram se dormiebat, misit ad Philippicum generum suum, ut celeriter eum adduceret ad se. Cumque ille abiisset, vocavit eum: qui surgens advocata uxore sua osculatus est eam, dicens: *Salve: jam non me videbis.* Quæ exclamavit cum fleu voce magna ad paracœmumenum, dicens: *Adjuro te per Deum, quæ est causa ob quam quærit eum hæc hora?* At ille juravit se ignorare, et quia repente de somno imperator exsurgens misit me. Philippicus ergo quæsit corpus Christi percipere, et sic ad imperatorem pergere. Uxor autem ejus Gordia jacebat in terra se volutans et plorans et Deum exorans. Ingressus vero Philippicus cubiculum regium projecit se ad pedes imperatoris. Imperator autem dicit ei: *Ignosce mihi propter Deum, quoniam peccavi tibi: nam usque nunc scandalizabar in te.* Et jubens exire paracœmumenum surrexit et cecidit ad pedes Philippici, dicens: *Ignosce mihi, quia modo certissime novi quod nihil peccaveris in me. Sed dic mihi, quem scis inter agmina nostra Phocam militem.* At vero Philippicus recogitans dicit ei: *Unum agnosco, qui ante modicum tempus procurator ab exercitu destinatus contradicebat imperio tuo.* Ast imperator ait: *Cujus est qualitatis?* Qui ait: *Juvenis temerarius, sed et timidus.* Tunc Mauricius: *Si timidus est, inquit, profecto et homicida.* Et referebat Philippico somnii revelationem. Porro nocte illa visa est stella in cælo, quæ dicitur cometes. In crastinum autem pervenit magistriani, qui missus fuerat ad sanctos

NOTÆ.

(44) *Hissum* Vat.

exempli Patres, ferens ab iis responsum huiusmodi: *A* Deus recepta poenitentia tua salvavit animam tuam, et te cum sanctis cum tota domo tua constituit, imperio vero cum ignominia et discrimine decidit. His auditis Mauricius glorificavit magnifice Deum. Igitur autumni tempore accedente, cum Mauricius imperator jussisset Petro ut in Sclavinorum regione populus hiemaret, restiterunt Romani, hoc facere non consentientes, tam propter equorum humiliationem quam propter quod copiosam circumducerent prædā, nec non ob multitudines Barbarorum, quæ per regionem diffusæ dignoscebantur, et seditionem meditati sunt. Prætor autem indignatus contra populum in deimentationem eos immisit. Incidunt itaque pluvix creberum super populum, et frigus multum. Petrus autem viginti millibus procul ab exercitu morabatur. Mauricius autem Petro per litteras molestus erat ut Istrum transiret et hiemales escas populi de Sclavinorum sumeret regione, ne alimenta publica cogeretur Romanis præbere. Prætor autem accersito Gunduhin ait: *Nimis mihi gravia imperatoris præcepta in aliena terra hiemare Romanos iubentia: nam illi non obaudire sævum est, et rursus obaudire sævissimum. Nullum bonum parit avaritia, mater autem omnium malorum consistit, quæ imperator languens horum maximorum causa malorum Romanis efficitur.* Accersitis quoque populi taxiarchis, imperatoris eis intentionem speruit. Populus autem hoc audito seditiones concitaverunt, et insignes quidam principes ex eis fugientes ad prætorem venerunt. Porro multitudines in unum congregatæ provehunt exarchum Phocam centurionem, et super clypeum hunc exaltatum laudibus exarchum acclamaverunt. His Petrus auditis in fugam versus est, et omnia imperatori manifesta fecit. Ast imperator his difficilibus auditis celare multitudines ea tentabat. Secunda vero die et ludum celebravit equestrem, incommoda infelicitatis occultans. Vulgus autem Prasinorum clamabat, *Constantinus*, inquit, *et Domentiolus, domine Romanorum ter Auguste, plebi tuæ molestias ingerunt, ut cruces disponat in ea quæ habemus peccata. Deus, qui omnia condidit, subjiciat tibi omnem inimicum et hostem tam intestinum quam externum sine sanguine.* At vero imperator plebibus intimabat: *Nil vos, inquit, turbet irrationabilium militum immoderatio et inquietudo.* Veneti autem dixerunt: *Deus, qui jussit te imperare, subdat tibi omnem qui imperium tuum impugnat; et si Romanus est qui fide rupta terga vertit a te, hunc tibi in servitutem redigat absque sanguine.* Nos imperator armans et sermonibus blandis compeascens una cum demarchis muros urbis custodire præcepit. Præterea filio imperatoris Theodosio una cum Germano socero suo apud Calliceratiam ventiones exercente, mittunt Romani litteras ad Theodosium, ab eo imperari poscentes; sin autem, *solum Germanum imperatorem pronuntiandum:*

Neque enim nos, aiunt, imperari a Mauricio de cætero patiemur. His Mauricius compertis accersit ad se filium, Comentiolum vero muros observare præcepit. Germanum autem una cum filio suo accusabat harum fuisse calamitatum auctores. Cumque se Germanus excusare niteretur. Mauricius ait: *O Germane, duo sunt argumenta suspicionis meæ, populi scilicet ad te litteræ, et quod cuncta depasti sunt, et nullis exceptis, tuis pepercint. Parce, Germane, prolixum facienda sermonem. Nihil suavius quam per gladium mori.* Sane Germanus in templum Dei Matris, quod appellatur Cyri, fugit. Quod cum imperator didicisset, Stephanum eunuchum direxit ab ecclesia Germanum educendi. Cumque Stephanus violenter hunc educere voluisset, fautores Germani resistentes expellunt Stephanum, et excipientes Germanum in ecclesiam Magnam effugiunt. At vero imperator virgis cædebat Theodosium filium suum: assereret enim Germanum per eum fuisse fugatum. Et mittit excubitores a Magna ecclesia educendi Germanum. Hinc magnus urbi rumor incubuit. Germanus autem egredi et dare se voluit. Verum multitudines hunc exire minime permiserunt, sed magnis imperatori conviciis derogaverunt, dicentes: *Non habeat pellem qui te amat, Mauricij Marcionista.* Igitur qui muros custodiebant, his compertis, custodiam negligentiam prodiderunt. Mauricius autem media nocte exutus imperatoria stola et privata circumamictus, dromedem ingressus cum uxore filiisque suis et Constantino fugam arripuit. Copiæ vero per totam noctem pessimis imperatorem injuriis appetebant: sed et Cyriacum patriarcham reprehendebant. Turbine itaque ingenti saviente cum maximis periculis apud S. Autonomon salvatur Mauricius. Nocte vero superveniunt ei etiam languores arthritici, quos manuum dolores et pedum vocant. Porro mittit Theodosium filium suum cum Constantino ad Chosroen regem Persarum, ut recordaretur eorum quæ sibi facta fuerant a se, et vicissitudinem beneficii sui rependeret filio. Germanus autem mittit ad Sergium demarchum Prasinæ partis, ut auxiliaretur sibi gratia imperandi, repromittens se partem Prasinam honoratūrum ipsumque magnis dignitatibus elaturum. At vero Sergius hoc insignibus vulgi confessus est, qui minime id admiserunt, fatentes nunquam Germanum ab amore Venetorum recedere. Prasini vero exeuntes in Regium magnis laudibus tyrannum Phocam efferebant, et persuadent ei venire in Septimum. Dirigit igitur Phocas Theodorum a secretis, qui ingressus Magnam ecclesiam coram populo legit quatenus tam patriarcha quam senatus et vulgus venirent in Septimum. Hoc itaque facto, et cunctis convenientibus apud Septimum, patriarcha Cyriacus a tyranno de orthodoxa fide, et ut sine perturbatione conservaret Ecclesiam, extorsit professionem. Visus vero est tyrannus Germanum adhortari. Cumque Germanus nolle se simul

laret et vulgus tyrannum laudaret, pronuntiaturque malum, et dominus scepiorum tyrannus provehitur, et praevalet adversus felicitatem calamitas, et sumunt principatum magna infortunia Romanorum.

Denuntiatio vero tyranni in templo Joannis Baptistae effecta est, ubi duobus moratus diebus tertia die introivit regalia, super imperialem sedens carrucam. Porro quinta die Leontiam uxorem suam coronavit Augustam. Hac igitur die tumultuantur partes ad invicem propter stationes locorum. Tyrannus vero Alexandram conrebellem suam misit partes compescere. Alexander vero in Cosmam Venerorum demarchum manus immittens pepulit eum et contumeliis laceravit. Porro Veneti indignati clamabant: *Vade, disce ordinem; Mauricius non est mortuus.* At vero tyrannus his auditis in Mau-

ricii necem movetur, et missis militibus duxit eum Chalcedonem ad Eutropii portum, et primo quidem hunc caede videlicet filiorum imperatorem punit. Nam quinque filios ejus mares coram visibus suis praecedunt. Verum Mauricius patienter infelicitatem sustinens Deum in omnibus invocabat, et crebro pronuntiabat, dicens: *Iustus es, Domine, et rectum judicium tuum.* Fit itaque filiorum mors patris epitaphium, praestendens virtutem in mole calamitatis. Cumque nutritrix unum ex imperatoris pueris furata fuisset, suumque pro eo interemptioni obtulisset, Mauricius non annuit, sed proprium requisivit. Aiunt autem quidam quod eo occiso lac cum sanguine fluxerit, ita ut omnes insipientes dire lamentarentur. Sic ergo imperator, etiam naturae legibus excelsior factus, vitam commutat.

Porro ex illo tempore Romanorum non defuerunt imperio variae ac ingentes aerumnæ. Denique et Chosroes Persarum rex pacem dissolvit, et Avars Thracem devastaverunt, atque Romanorum exercitus uterque depopulatus est, ita ut cum Hieracius regnaret et inquisitionem armatorum cum summa diligentia faceret, ex omni multitudine illa quæ inventa fuerat in tyrannide Mauricii cum Phoca, neminem, duobus exceptis, ullatenus inveniret.

Anno primo imperii sui Phocas tyrannus peremit, ut praedictum est, Mauricium ubi cum masculis quinque pueris ejus, et horum capita jussit poni in campo Tribunalis diebus multis; et exhibant ab urbe et contemplabantur ea usque quo scortorem dederunt. Interficiunt autem et Petrus frater ejus et alii procures multi. Theodosium autem filium ejus sermo tenet fuga lapsum et ita salvum repertum. Praeterea famam hanc Chosroes Persarum rex augmentavit, aliud aliterque mentitus, et hunc apud se habere dicens, quasi providere se ut Romanorum obtinere sperans imperium, ut convictus est multis modis, maxime eo quod bella repentina moveret et Romanas res magnopere devastaret. Interea calligraphus quidam Alexandriae, venerabilis vir, ex matutina vigilia domum vadens media nocte videt statuas ex aris abstractas, et voce

A grandi dicentes interemptum Mauricium et filios ipsius, atque omnes casus qui apud Byzantium fuerant gesti. Mane autem facto pergens haec Augustali retulit, qui praecepit ei nulli haec facere manifesta, scribensque diem praestolabatur exitum. Die vero nona praetereunte, ecce nuntius venit indicans Mauricii peremptionem. Tum Augustaliis demonum vaticinium coram populo publicavit. Narses autem quondam praetor Romanus contra tyrannum rebellionem paravit, Edessamque obtinuit. Scribit itaque Phocas Germano praetori Edessam obsidendi. Narses vero scribit Chosroi regi Persarum congregandi virtutes et bellum construendi contra Romanos. Porro Phocas fratrem suum Domentiolum fecit magistrum et Priscum comitem exhibitorum.

Anno imperii Phocae secundo Chosroes rex Persarum collectum copiosum potentatum adversus Romanos direxit. Germanus autem audiens timuit. Verum coactus praelium inivit; qui cum in eo vulneratus fuisset, hunc ministri usque ad civitatem Constantinae duxerunt, superanturque Romani: sed et Germanus undecima die spiritum exhalavit. Phocas autem potentatus ab Europa in Asiam transtulit, chagano pactis additis, arbitratus quiescere Avarum nationem. His ergo divisus quosdam contra Persas misit, quosdam vero ad obsidionem Edessae contra Narsen cum Leontio spadone et magnate suo direxit. Chosroes autem collectis potentatibus apud Daras efficitur. Porro Narses egressus Edessam Hierapolim fugit. Interea Chosroes cum Romanis sit penes ardamum, et munitione da elephantibus constructa bellum inivit, et victoria magna politus est, captis Romanis non paucis, quos et capitis recisione punivit. His ita gestis Chosroes ad terram suam reversus est, Zongoi potentatibus derelictis. Hoc comperto Phocas contra Leontium furit, et manicis ferreis cum ignominia Byzantium ducit, et creat praetorem Domentiolum nepotem suum, et curatorem palatii facit.

Anno imperii Phocae tertio misit Chosroes Cardarigam et Rusmaizan, qui depopulati sunt nonnullas Romanorum civitates. Domentiolus vero verbo dato Narsi, jurantisque non paucis, credere persuasit quod nullam injuriam apud Phocam esset passurus, et direxit eum ad Phocam. At vero Phocas verbum hoc minime servans igne cremavit eum. Romani ergo hinc plurimum tristes effecti sunt, eo quod timorem magnum in Persas idem Narses haberet, adeo ut filii Persarum audito ejus nomine tremere. Porro Persae gavisii sunt gaudio magno.

Anno imperii Phocae quarto scholasticus eunuchus, vir gloriosus palatii, media nocte Constantinam dominam cum tribus filiabus ejus accipiens, ad Magnam confugit ecclesiam consilio Germani patricii desiderantis imperium. Fit igitur in urbe seditio magna. Germanus autem demarcho Prasinorum talentum auri misit, ut coerneret.

Primores autem vulgi id admittere noluerunt. At vero tyrannus in ecclesiam ad abstrahendum mulieres destinavit. Sane patriarcha tunc Cyriacus tyranno restitit, minime passus e templo tyrannice abduci mulieres. Verum iuramenti certo eo reddito a Phoca quod non læderet eas, educuntur e templo sancto et clauduntur in monasterio. Præterea Persæ eodem anno ceperunt Daras, in tota Mesopotamia et Syria captivitate multa, cuius non est numerus, facta. Porro patriarcha obeunte Cyriaco Thomas pro eo consecratur, diaconus et sacellarius ejusdem ecclesiæ.

Mundi anno 6099, divinæ incarnationis anno 599, anno vero imperii Phocæ quinto Isacius Hierosolymitanus, Theodorus Alexandrinus et Anastasius Antiochenus habentur antistites. Phocas vero tyrannus filiam suam Domentiam Prisco patricio et comiti excubitorum junxit, et factis in palatio Marinæ nuptiis jussit fieri ludum equestrem. Demarchi autem utriusque partis apud quatuor columnas cum imperialibus signis statuerunt Prisci et Domentię signa. Quibus auditis imperator iratus est, et mittens adduxit demarchos, Theophanem scilicet ac Pamphilum, et statuens nudos jussit eos decollari. Cum enim misisset protocursorem, ut interrogaret eos quo præcipiente fecerint hoc, dixerunt quia secundum consuetudinem lineatores hoc fecerunt. Porro lineatores sive mensores, interrogati quamobrem hoc fecerunt, dixerunt quia, cum imperatoris filii ab omnibus nominati sunt, a nobis ipsis hoc fecimus. Sane Priscus timore tenebatur, ne forte in imperatoris iram incideret. Turbis autem clamantibus misericordiam concedi sibi, veniam dedit Phocas. Ex tunc ergo Priscus indignationem passus non erat recte cum Phoca. Interea quædam mulier Petronia nomine sit imperatrici Constantinæ ministra, quæ ad Germanum ab ea responsa faciebat. Porro cum fama dilataretur quod Theodosius Mauricii filius viveret, spem bonam super hoc tam Constantina quam Germanus habebat. At vero scelestas Petronia hæc tyranno manifesta fecit. At tyrannus Constantinam Theopempto exarcho ad torquendum prodidit, quæ dum torqueretur, Romanum patricium nosse interlocutiones suas confessa est. Qui comprehensus atque discussus etiam alios fore in insidias tyranni sibi cooperatores perhibuit. Comprehensus est autem et Theodorus Orientis præfectus, quem tyrannus verberans interemit, Helpidiique manus ac pedes recidens hunc tradidit igni, Romanumque decollavit. Porro Constantinam cum tribus filiabus, in loco ubi et Mauricius interemptus est, gladio truci-

avit. Germanum autem et ejus filiam ore macharæ (45) occidit; similiter et Joannem et Giza et patricium, et Theodosium, qui subadjuvæ (46) dignitate habebatur insignis, et David chartophylacem Hormisdæ. Eodem anno Persæ, transmeantes Euphratem, totam Syriam et Palæstinam et Phœnicen deprædati sunt, multo in Romanis excidio perpetrato.

Mundi anno 6100, divinæ incarnationis anno 600, anno vero imperii Phocæ 6, Priscus intueri non sustinens tam injusta homicidia quam mala cætera, quæ a Phoca perpetrabantur, scripsit ad Heraclium patricium et prætorem Africæ, quo Heraclium filium suum et Nicetam filium Gregoræ patricii, subprætorem suum, mitteret, quatenus contra Phocam venirent tyrannum. Audiebat enim in Africa in eum meditari rebellionem, unde nec navigia hoc anno Constantinopolim conscenderunt. Occidit autem Phocas omnem cognationem Mauricii et Comentiolum prætorem Thracæ et alios multos. Facta est autem in anno isto etiam mortalitas et inopia omnis speciei. Præterea Persæ una cum Cardariga egressi ceperunt Armeniam et Cappadociam, pugnantisque Romanorum verterunt militias, ceperuntque Galatiam et Paphlagoniam, et venerunt usque Chalcedonem, sine parcitate depopulantes ætatem. Et quidem Persæ foris portam Romanis tyrannidem inferebant, Phocas vero intrinsecus his pejora patrabat, occidens atque captivans.

Anno imperii Phocæ septimo Sergius Constantinopolitanus, Zacharias Hierosolymitanus et Joannes Alexandrinus habentur antistites. Antiocheni vero Hebræi simultate inquiete (47) commissa contra Christianos occidunt Anastasium magnum patriarcham Antiochiæ, mittentes naturam (48) ejus in os ejus, et post hoc trahentes eum in plateam urbis. Interfecerunt autem et civium multos, et incenderunt eos. Phocas vero fecit comitem Orientis Bonosum, et Cotyn magistrum militum, et transmisit eos adversus illos, et non valuerunt sedare inquietudinem eorum. Coacervantes vero exercitus irruerunt in illos et plurimos occiderunt, et quosdam eorum detruncatis artubus ab urbe reddiderunt extorres. Phocas autem fecit Circensem ludum, et Prasini convitiis eum lacerare præsumpsere, clamantes: *Iterum in gubata bibisti, iterum sensum perdidisti.* Et jussu Phocæ Cosmas præfectus urbis multos ex eis detruncavit, quosdam decollavit, nonnullos autem in saccos missos mari navavit. Porro Prasini coacervati miserunt ignem in prætorium, et incenderunt curiam et scrinia et carceres, ex quibus egressi vincti fugerunt. Hinc iratus

NOTÆ.

(45) *Ore macharæ.* Ut Lucæ xxi, 24 : Πεσοῦνται ἐν ὄρει μάχαρας. Vetus versio : *Cadent in ore gladii.* Gregor. Tur. Hist. II : « Ne universa multitudo in ore gladii rueret. » Et II, 7 : « In ore gladii trucidantes. » FABR.

(46) *Subadjuvæ.* Concilium Chalcedonense, act. III : « τοῦ καθωσιωμένου μαγιστρίου Σεβήρου τοῦ

γενομένου σουβαδιουβᾶ τῆς σχολῆς τῶν καθωσιωμένων μαγιστρίων. Breviculus historiæ Eutychiani-starum : « Superveniente Uranio subadjuvæ. » Id.

(47) *Inquieta.* Apud Gruterum,

(48) *Naturam.* Apuleius, I. VII : « Non tantum naturam, verum etiam caput quoque ipsum pessimo isti asino demere. » FABR.

Phocas non militari Prasinos jubet. Porro Heraclius prætor Africæ, molestiam perpetuens a senatu, vocavit filium suum Heraclium contra Phocam tyrannum mittendi; verum et subprætor ejus Gregoras misit per aridam Nicetam filium suum, statuentes ut quicumque ex his præveniret superaretque tyrannum, imperium sumeret. Hoc vero anno hiems enormis efficitur, ita ut maris mollities in glaciei duritiem verteretur. Tunc Phocas Macrobius scribonem jussit sagittari apud Septimum, pendentem in lancea, in quo tirones exercebantur, quasi consocium insidiarum suarum. Theodorus enim præfectus Cappadox et Helpidius præpositus armentum et alii diversi concilium fecerunt in Hippodromio Phocam occidendi, et facto prandio Theodorus præfectus prætorium cepit eis texere intentionem suam. Contigit autem illic inveniri Anastasium comitem largitionum. Prandio ergo facto, et enarratis his quæ insidiarum erant, pœnituit Anastasium illic se repertum, et non dixit quæ cordi suo inerant, sed siluit. At vero Helpidius perdurabat, dicens: *Non vultis ut, cum sederit in solio super Hippodromium, hunc comprehendam, et evellam oculos ejus, et sic eum interficiam?* Et pollicebatur eis dare currus. Re propterea Phocæ nota ex proditiōne Anastasii facta, jussit præfectum et Helpidium ac primores, qui sciverant rem, cum omni diligentia discuti. Cumque discuterentur, quæ insidiarum fuerant fassi sunt, et quod Theodorum voluerint facere principem. Porro Phocas jussit decollari Theodorum, Helpidium, Anastasium et omnes, qui insidias suas cognoverant.

Mundi anno 6102, divinæ incarnationis anno 602, anno vero imperii sui primo venit Heraclius ab Africa cum navibus castellatis, habentibus intra se arculas et imagines Dei Matris, quemadmodum Pisides quoque Georgius perhibet, ducens exercitum copiosum ab Africa et Mauritania. Similiter et Niceta, filius Gregoræ patricii, per Alexandriam et Pentapolim, habens secum populum multum pedestrem. Desponsaverat autem Heraclius Eudociam filiam Rogati Afri, quæ illo tempore Constantinopoli erat una cum Epiphania Heraclii matre. Audiens autem Phocas quod mater Heraclii esset in civitate, necnon et Eudocia, quæ sibi fuerat desponsata, tenuit eas et observavit in Dominico monasterio, quod cognominatur novæ Pœnitentiæ. Cum autem adisset Heraclius Abydum, invenit Theodorum comitem Abydi, et sciscitatus didicit ab eo quæ Constantinopoli movebantur. At vero Phocas misit fratrem suum Domentiolum magistrum ad custodiendos muros longos. Cumque conperisset Heraclium Abydum adisse, muris dimissis fugit Constantinopolim. Porro Heraclius apud Abydum recepit omnes exsules principes, quos ibidem Phocas exsilio relegaverat, et ascendit cum eis in Heracliam. Stephanus autem Cyzici metropolitæ acceptum stemma ab ecclesia sanctæ Dei Genitricis Heraclio detulit. Propterea cum Constantinopolim

pervenisset, divertit ad portum Sophiæ; inique bello vincit gratia Christi tyrannum. Vulgus autem hunc comprehensum interfecerunt et igne apud Boi cremaverunt. Ingressus vero Heraclius regalia coronatus est a Sergio patriarcha in oratorio S. Stephani in palatio sito. Coronata est vero eadem die sponsa quoque ipsius Eudocia in Augustam, et accepit uterque a Sergio patriarcha nuptiarum coronas, et uno eodemque die simul imperator et sponsus ostenditur. Mense vero Maio castra moverunt Persæ contra Syriam, et ceperunt Apamiam et Edessam, et venerunt usque Antiochiam. Porro Romani occurrentes eis superati sunt, et periit omnis populus Romanorum, adeo ut valde pauci ex eis evaderent.

B Mundi anno 6103, divinæ incarnationis anno 603, anno vero imperii Heraclii 2 ceperunt Persæ Cæsaream Cappadociæ, et plurima ex ea captiva duxerunt millia. Heraclius autem imperator invenit dissoluta rei publicæ negotia, siquidem Europam Avaræ reddidere desertam, Asiam vero Persæ totam exterminaverunt et civitates desolaverunt et Romanum in bellis exercitum interemerunt. Quibus visis hæsitare cepit quid ageret; scrutans enim exercitus, si forte salvi existerent, duos tantum invenit ex omnibus his qui cum Phoca contra Mauriciū in tyrannide militaverunt. Eodem anno natus est imperatori filius de Eudocia, Heraclius minor, qui et novus Constantinus appellatus est. **C** Et mortua est Augusta eadem decima quinta indictione.

Tertio imperii Heraclii anno coronata est Epiphania filia Heraclii a Sergio patriarcha in Augustam, in oratorio palatii. Eadem vero prima indictione coronatus est Heraclius junior, filius Heraclii, qui et Constantinus, a prædicto patriarcha. Eodem anno Saraceni aciem contra Syriam direxerunt, et exterminatis nonnullis vicis reversi sunt.

Anno imperii Heraclii quarto ceperunt Persæ Damascum, et captivum duxerunt populum multum: Heraclius autem imperator legatis ad Chosroem missis rogavit eum ut parceret hominum sanguinem immisericorditer effundendi et diffunderet tributa. Qui legatos inefficaces dimisit, nulla eis reddita ratione, sperans comprehendere Romanorum modis omnibus principatum. Porro Heraclius eodem anno duxit incestu Martinam neptem suam uxorem, et pronuntiavit eam Augustam, coronatam a Sergio patriarcha.

Anno imperii Heraclii quinto ceperunt Persæ Jordanem bello et Palæstinam et sanctam civitatem, et multos in ea per Judæorum manus interfecerunt, id est, ut quidam aiunt, millia 90. Isti enim eminentes Christianos, prout unusquisque pretium habere poterat, occidebant eos. Zachariam vero Hierosolymitanum præsulem comprehensum et pretiosa et vivifica ligna cum multa præda in Persidem abduxerunt. Eodem anno natus est im-

peratori Constantinus alius, et baptizatus est in A Blachernis a Sergio patriarcha.

Anno imperii Heraclii sexto ceperunt Persæ totam Ægyptum et Alexandriam et Libyam usque ad Æthiopiam, multaue præda sumpta et exuviis quamplurimis et pecuniis ad propria remearunt. Carthaginem autem capere minime valuerunt, sed custodia dimissa obsidendi eam recesserunt.

Anno imperii Heraclii septimo castra metati sunt Persæ contra Carthaginem, quam et bello ceperunt. Eodem anno consul factus est Constantinus junior, qui et Heraclius, et Heraclii filius, et pro- vexit in Cæsarem Constantinum minorem fratrem suum, ex Heraclio genitum et Martina.

Anno imperii sui octavo rursus Heraclius misit in Persidem legatos ad Chosroen, postulans pacem. B Ast Chosroes iterum eos sprexit, asseverans: *Non parcam vobis, donec crucifixum abnegetis, quem Deum esse fateamini, et adoretis solem.*

Anno imperii Heraclii nono acies direxerunt Avaræ contra Thracem, et missis Heraclius legatis ad eos poscebat pacem. Cumque chaganus hanc facere spopondisset, exiit imperator foras murum longum cum omni obsequio regio ac muneribus multis et magnis ad suscipiendum chaganum, recepturus ab eo juramenta faciendi invicem spon- siones pacificas. At vero barbarus ille tam spon- sionibus quam quæ jurata fuerant spretis, subito tyrannice contra imperatorem profectus est. Stupefactus ergo imperator super inexpectatæ rei mo- limine, fuga lapsus in civitatem reversus est. C Barbarus autem omni regio apparatu adempto et suppellectili, et quotquot ex hominibus capere potuit, subvertit villas multas, depopulans ex improvise spe pacis deceptos.

Mundi anno 611. divinæ incarnationis anno 611, anno vero imperii Heraclii decimo Georgius Antiochenus habetur antistes. Heraclius autem ad chaganum Avarum legatis missis queritur super his quæ nequiter acta fuerant ab eo, et ad pacem hortatur. Acies quippe disponens contra Persidem dirigendas pacisci cum chaganus volebat. Qui reveritus dilectionem imperatoris se poenituisse pol- licebatur et pacem facere repromisit; pangentesque fœdera legati in pace reversi sunt. Eodem anno D ceperunt Persæ Ancyram Galatiæ bello.

Anno imperii Heraclii 11 durum Chosroes jugum suum super omnes homines fecit in effusione sanguinis et ratione tributi: elatus enim triumpho nullatenus ultra in constantia esse poterat. Tunc Heraclius zelo Dei suscepto, et cum Avaribus pace, ut putabat, contracta, transtulit militias Europæ in Asiam, et cogitabat Dei cooperatione contra Persidem properare.

Anno imperii sui 12, mense Aprili, die 4. indi- ctione 10, imperator Heraclius celebrata solemnitate paschali, mox secunda feria vesperi motus est

contra Persidem. Sumptis autem mutuo venera- bilium domorum pecuniis aporia (49) coartatus, accepit etiam ecclesiæ Magnæ multas caudelas ferentiæ, simul et alia vasa ministratoria. Quibus Confatis exarari fecit ex his nummos aureos et argenteos plurimos, dimisitque filium suum cum Sergio patriarcha in urbe disponendi negotia una cum Bonoso patricio, viro sagaci et per cuncta prudenti atque perito. Scripsit autem ad chaga- num Avarum preces curam agendi super Romano- rum negotiis, tanquam qui secum amicitiam fuerit pactus, tutorem filii sui hunc appellans. Motus autem a regia urbe exivit super locum qui dicitur Portæ, navigio iter agens. Illinc vero per cæteras regiones sibi subjectas profectus elegit exercitus, et addidit illis novam militiam. Hos autem exercere orsus in hostilibus operibus erudit: dupliciter enim diviso exercitu acies et congressiones invicem sine sanguine fieri jussit, clamoremque bel- licum et carmina et jubulum et impetum in alter- utrum insurgendi habere hos docebat, ut in bello reperti nil mirarentur, sed fidenter tanquam ad jocum proficiscerentur in hostem. Accipiens vero imperator in manibus Dei virilem figuram, quam manus non depinxerunt, sed in icona Verbum quod omnia format atque componit sine pictura formam, velut sine semine partum, eduxit, et in hac visus a Deo picta figura cœpit agones, jura- menta dans populq quod cum ipsis usque ad mortem foret certaturus et eis tanquam filiis pro- priis adhæsurus: volebat enim potestatem non timore quantum amore possidere. Cumque inve- nisset exercitum in desidia multa et formidine, inquietudine ac dedecore constitutum, et per multas terræ partes disseminatum, actutum in unum collegit. Et omnes quasi ex una consonan- tia laudaverunt imperium et fortitudinem principis. Ipse vero verbis hos corroborans perhibebat: *Videte, fratres et filii, quot inimici Dei conculca- runt regionem nostram, et urbes exterminaverint, et altaria concrenaverint, et mensas incruentorum sacrificiorum sanguinibus homicidiorum repleverint, et ecclesias, quæ flagitia non admittunt, flagitiosis- simis repleverint voluptatibus.* Itaque cuneos rursus ad bellicum exercitum armat, agmina duo armata ordinans, tubas quoque ac clypeorum phalanges efficiens. Et populus thorace indutus astabat. Nam cum acies cautius statuisset, congressionem in- vicem agere jussit. Impulsiones autem vehementem ac percussiones in alterutrum efficiebantur, et habitus belli ostendebantur, eratque horribile visus spectaculum, sine timore periculum, et ad strages impetus sine sanguine, sed ante necessitatem ne- cessitatis modi, quatenus unusquisque percepta occasione cædis innocuæ tutior permaneret. Taliter autem armatis omnibus præcepit ab injustitia pe- nitentius abstinendum et pietatem sectandum. Porro

NOTÆ

(49) Aporia. Vide Spelmani Glossarium in aporiare, et Vossium, De vitiiis sermonis. FARR.

cum pervenisset ad partes Armeniæ, præcurrere A jussit electos. Saracenorum vero tunc sub pactis Persarum constitutorum multitudo equitum clam in imperatorem irruere meditabatur. Viri autem imperatoris, qui præcurrerant, his occurrentes prætores ipsorum vinctum ad Heraclium adduxerunt, illisque in fugam versis multos interemerunt. Quia vero hieme accedente imperator ad Ponticum clima divertit, visum est barbaris obsidere illum in hoc hiemantem. At ille Persas laniens atque divertens Persidem properat. Hoc Barbari cognito in rancorem causa insperati aditus devenerunt. Sarbarus vero, Persarum prætor, accepto potentatu suo venit in Ciliciam, quatenus in Romaniam egressus hunc dare dorsum compelleret. Timens autem ne per Armeniam in Persidem imperator ingressus hanc turbaret, coactus est sequi post Romanum exercitum, furari curans bellum, et per obscuram aggredi noctem. Sed e contra plenæ lunæ tota nocte luce fulgente, cavillatione frustratus est, et lunam, quæ sibi prius in cultu fuerat, infamabat, quæ videlicet eclipsim ex accidente tulisset. Ex hoc ergo formidabat Sarbarus cum imperatore conflictum aggredi, et montem conscendit quasi dorcadæ, intuitus ab excelso bonam et sapienti compositam arte militiam Romanorum. Comperta vero imperator horum formidine in locis morabatur requiectione refectis, hunc ad bellum instigans. Descendentes autem clam de monte sæpe conflictus concitabant, sed in cunctis Romani primatum tenebant, et fiduciam peramplius exercitus obtinebat, videntes imperatorem proficientem in omnibus et audacter belligerantem. Persa vero quidam ante breve tempus profugus inter imperatoris exercitum annumerabatur. Hic fugiens ad Persas abiit, existimans eos Romanorum exterminaturos exercitum. Cum autem formidinem eorum vidisset, post decimum diem iterum ad imperatorem venit, et omnem liquido Barbarorum pavorem edixit. At vero Sarbarus ultra commorationem non ferens a monte coactus est ad prælium proficisci. In tres autem partes divisus exercitibus descendit repente illucescente die, ante solis ascensum, præparatus ad bellum. At imperator, præsciens hoc, ordinat exercitus in tres æque phalanges ad pugnam. Orto autem sole, et imperatore ad Orientem reperto, Persas obtenebravit radius quem adorabant ut Deum. Imperator autem finxit populum suum quasi in fugam versum. At illi solventes phalanges hos sine retentione persequi existimabant. Conversi ergo Romani hos æquo animo verterunt, ex his multis peremptis. Insequentes autem eos in montem, in præcipitia et loca depia immiserunt, cunctis illis contritis. Inter ea præcipitia vero instar caprarum silvestrium morabantur. Multos autem etiam vivos compre-

henderunt. Ceperunt quoque et horum exercitum et omnem suppellectilem ipsorum. Porro Romani, extensis in excelsum manibus, Deo gratias referebant, et pro imperatore, qui se bene portayerat, indeficienter orabant. Qui enim antea nec Persicum audebant videre pulverem, nunc immota eorum inventa tabernacula spoliant. Quis enim speravit Persarum inexpugnabile genus dorsa daturum unquam Romanis? Itaque imperator exercitu cum prætores ad hiemandum in Armenia derelicto ipse Byzantium rediit.

Mundi anno 614, divinæ incarnationis anno 614, anno imperii sui 13 Heraclius profectus a regia urbe celeriter in Armeniam properavit. Chosroes autem Persarum rex misit Sarbanazam cum exercitu suo in Romanorum terram intrandi. Heraclius autem scribebat ad Chosroem ut aut pacem amplecteretur, aut se sciret cum exercitu suo Persidem ingressurum. Chosroes autem nec pacem amplectebatur, nec verum Heraclii sermonem arbitrabatur: non enim audere illum Persidi appropinquare putabat. Sane imperator XII Kalendarum Maiarum ingressus est Persidem. Quo Chosroes comperto Sarbanazam reverti jussit, et collectis ex tota Perside militibus suis, et traditis eis Sain, velociter adunari eas Sarbanazæ jussit, et ita contra imperatorem procedere. Heraclius autem advocato exercitu suo verbis exhortatoriis incitabat eos, dicens: *Viri fratres, Dei timorem in mentem sumamus; injuriam ejus requirere satagemus. Stemus fortiter adversus inimicos, qui multa dira in Christianis operati sunt. Vereamur Romanorum imperium, quod sui ipsius et non alterius est domini, et stemus adversus hostes impiis telis armatos. Induamus fidem interemptionum interempticem. Recognitemus, quia intra Persarum terram consistimus, et ingens fuga periculum fert. Vindicemus corruptiones virginum. Recisa commilitonum membra nostrorum videntes cordibus doleamus. Non sunt hæc nullam (50) mercedem habentia, sed vitæ perennis præmia. Stemus viriliter, et Dominus Deus nobis cooperabitur, et perdet inimicos nostros.* Cumque imperator his et aliis quamplurimis commonitionibus populum exhortatus esset, respondit ei unus pro omnibus: *Expandisti angustiam cordis nostri, domine, os tuum in admonitione ditatans. Acuerunt sermones tui gladios nostros, et hos animatos operati sunt. Expeditos nos tuis verbis exhibuisti. Erubescimus te aspicientes nos in pugnis præcedere, et iussiones tuas in omnibus sequemur.* Imperator autem sumptis militibus mox ad Persidem interiorem accessit, igne comburens urbes et castra. Fit etiam hic terribile quoddam miraculum: in æstivali quippe solstitio aer sudore factus est madidus, animos Romanorum exercitus recreans, adeo ut hinc spem optimam sumerent. Audiens præterea Heraclius quod Chosroes apud Gazaco civitatem cum

NOTÆ.

(50) Nullam F. pro ullam.

quadraginta millibus bellicosorum esset virorum, impetu adversus illum perrexit; et præmissi quidam ab eo Saracenorum sibi subjugatorum Chosrois occurrunt vigiliæ, et horum quosdam occiderunt, quosdam vero compedibus vinctos cum prætore ipsorum imperatori præsentaverunt. Hoc comperto Chosroes, d-relicta tam civitate quam militia, fuga usus est. Ast vero Heraclius insecutus quosdam præoccupatos occidit: cæteri autem hac illaque palantes dissipati sunt. Cumque pervenisset imperator ad Gazacensium civitatem, in suburbanis hujus reficiebat exercitum suum. Persæ vero, qui confugerant ad eum, perhibebant quod Chosroes fugiens igne consumpserit omnia sata in locis illis, et pervenerit ad civitatem Thebarman in Oriente sitam, in qua erat templum ignis atque pecuniæ Cræsi Lydorum regis et error prunarum. His acceptis ad partes Dastagerd iter agebat. Imperator autem profectus a Gazacensium civitate pervenit Thebarmeso, et ingressus in eam igne consumpsit templum ignis, et tota civitate igne combusta persecutus est post Chosroem in angustiis regionis Medorum. Chosroes autem in his duabus regionibus de loco in locum peragrans latitabat, et Heraclius hunc persequens multas civitates devastavit et regiones. Hieme vero accedente consilium faciebat ubinam hiemaret cum populo; et quidam in Albaniam perhibebant, quidam vero contra ipsum properare Chosroem. Ast imperator jussit populum tribus diebus divinum oraculum præstolantem caste ac puriter conversari, sicque responso accepto in Albania hieme commorari. Dum vero illuc abiens iter ageret, habens secum copiosam Persarum prædam, haud paucos incursus a Persicis cuneis pertulit. Ipse vero divina cooperatione triumphum de omnibus tulit. Præterea cum vehemens tempestas super eum cecidisset in via, et hunc gelu præoccupasset in Albania, haberetque quinquaginta millia vinculatorum, compatiens corde suo misertus vincula dissolvit, diligentiam tribuit, et requiem imperitus est, ita ut omnes cum lacrymis exorarent etiam persidis eum fieri liberatorem, mundi exterminatorem trucidantem Chosroem.

Anno imperii Heraclii quarto decimo Chosroes Sarablaggan prætorem constituit, virum facinorosum et typho multum elatum, tradensque ei exercitum, eos videlicet qui dicuntur Chosrohegetæ ac Perozitæ, in Albaniam direxit adversus Heraclium. Cumque ingressi essent in fines Albanie, non sunt ausi ad bellandum ante faciem imperatoris stare, sed clausuras tenuerunt quæ ducunt in Persidem, extimantes ei obsidendo insidiari. At vero Heraclius, cum mox ver accessisset, profectus de Albania per Yptios campos et esais largiter affluentes transitum in Persidem faciebat, licet longinquitas multæ spatium viæ transegerit. Sarablaggas vero per Arotum iter utpote compendiosum satagebat, ut præoccuparet eum in Persidis regione. Heraclius autem monebat populum dicens: *Novimus, fratres,*

A quod militia Persarum in deviis lucis pererrans tam equum eorum dissolvat quam ipsos enervet. Nos autem festinemus contra Chosroem properare valde celeriter, ut ex improvviso irruentes in eum turbemus illum. At vero populus hujusmodi spernebat consilium, et maxime Lazorum et Habasgorum atque Hiberorum concertatores. Hinc in ærumnas incidunt: pervenit enim et Sarbarazas cum populo suo, quos omni armavit virtute Chosroem et destinavit per Armeniam adversus Heraclium. Sarablaggas vero sequebatur post tergum Heraclii, et non est cum eo in conflictum egressus, exspectans uniri Sarbarazæ et ita constituere prælium. Cognito autem Romani Sarbarazæ impetu ad metum conversi sunt, et ad pedes imperatoris cum lacrymis prociderunt, scientes quale malum sit non cedere servum domini voluntatibus, et poenitentiam agentes super inobedientia sua, quam nequiter perpetraverant, et dicebant: *Manum tuam da, domine, priusquam pereamus miseri: cedimus enim tibi in quibuscunque præceperis.* Tunc imperator acceleravit congregi cum Sarablagga, priusquam uniretur populo Sarbari; et multis incursionibus adversus eum factis nocte ac die hunc in formidinem pepulit, et retro utrisque dimissis contra Chosroem velociter insecutus est. Duo vero ex Romanis se ad Persas conferunt, et persuadent eis credere Romanos ex formidine fugere. Contigit autem eis et aliud audire rumorem, Sain scilicet prætoris Persarum adventum cum alia militia in auxilium. Et hoc comperto Sarablaggas et Sarbarus decertabant Heraclium instigare ad prælium, priusquam perveniret Sain et in se transferret victoriæ gloriam. Credentes quoque ex profugia properarunt adversus Heraclium, et appropinquantibus ei castra metati sunt, volentes in eum simul cum mane irruere. Ast Heraclius profectus a vespere iter fecit per totam noctem, et procul effectus ab eis, invento herbifero campo, castra metatus est in eo. Porro Barbari existimantes eum ex formidine fugere, incomposite sequebantur, ut comprehenderent illum. Ipse autem occurrens eis bellum iniit adversus illos, et apprehenso colle quodam nemoroso, coacervatoque populo in ipso, cooperatione Dei Barbaros vertit, et per fauces hos insecutus multitudinem ex his copiosam occidit. Cadit autem et Sarablaggas ense vulneratus in dorso. Et cum hi inter agones essent, pervenit etiam Sain cum exercitu suo. Et hoc verso imperator, et ex his multis occisis, reliquos fugientes dispersit. Cepit quoque et apparatus sarcinæ ipsorum. Porro Sarbarazas unitus Sain collegit Barbaros, qui salvati fuerant, et iterum disponebant contra Heraclium proficisci. Ast imperator in regione Hunnorum et per horum loca difficilia festinabat in asperis locis ac deviis, Barbari vero sequebantur post eum. Porro Lazi una cum Abasgis fornicidantes subduxerunt se ab auxilio Romanorum, et in regionem suam reversi sunt. Sain autem hoc advertens furore multo una cum Sarbaro persequabatur

Heraclium. Sane imperator caterva collecta verbis hos exhortatus est et monimine delinivit, iniciens : *Multitudo vos, fratres, inimicorum non turbet : Deo quippe volente unus persequetur mille. Mactemus ergo nosmetipsos pro salute fratrum nostrorum ; sumamus coronam martyrum, quo et futurum nos tempus laudet et Deus reddat mercedes.* His et aliis pluribus verbis audaciam exercitui conferens, hilari vultu praelium ordinat. Et distantes ab invicem intervallo pusillo a mane usque ad vesperam aggressi non sunt in alterutrum. Vespere vero arrepto imperator itinere pergebat. Barbari vero post eum iterum sequebantur, et commutantes viam hunc preoccupare volentes incidunt in loca palustria, et aberrantes in magnum discrimen deveniunt. Imperator vero transiens fines Persarum per Armeniam peragrabat. Cum autem terra illa teneretur a Persis, multi cum Sarbaro concurrerunt, ac per hoc crevit populus ejus. Præterea hinc accedente dispersit multitudinem per loca ipsorum, ut requiescerent in domibus suis. Quo comperto Heraclius noctu furari meditabatur bellum. Cumque turbo tempestatis adesset et Sarbaro suspicio nulla incumberet, electis robustissimis equis et fortioribus ab exercitu, dupliciter hos armans, quosdam ex his præcedere contra Sarbarum jussit, ipse vero cum aliis post eos subsecutus est. Accelerantibus ergo per noctem, et pervenientibus ad prædium cui vocabulum erat Lasbanum, hora noctis nona, Persæ, qui in eo erant et impetum cognoverant, insurrexerunt in eos. Ipsi autem hos interfecerunt, uno excepto, qui hoc Sarbaro nuntiavit. At vero Sarbarus surgens ascendit equum, et nudus atque discalceatus fuga salutem mercatus est. Hujus autem mulieres et omnem Persicum florem, principesque ac satrapas cum electis militibus qui in domorum tecta conscenderant et bellum contra se præparaverant, per ignem deposuit, et alios quidem occidit, alios vero igne consumpsit, alii autem manicis et compedibus colligati sunt, ita ut pene nullus ex his qui Sarbari fuerant salvaretur. Acceperunt autem et arma Sarbari, aureum videlicet clypeum, machæram etiam et lanceam æque auream et comptam pretiosis lapidibus zonam, nihilominus et calceamenta ejus. His ita omnibus sumptis procedit contra dispersos per villas, qui scilicet comperta Sarbari fuga sine retentione fugiebant. Ipse autem insecutus multos eorum occidit et vinctos accepit : reliqui cum confusione in Persidem repedarunt. Porro imperator exercitu suo collecto cum gaudio in locis illis intrepidus hiemavit.

Mundi anno 6116, divinæ incarnationis anno 616, anno imperii Heraclii 15, Arabum princeps Muamet habebatur. Heraclius autem coacervato exercitu suo consilium faciebat quamvis via pergeret : duæ

namque viæ sibi adjacebant, angustæ ac deviæ, altera quidem Tarantum ducens, altera vero in terram Syrorum. Verum illa quæ Tarantum tendebat, differentior quidem erat, sed egestatem cunctarum habebat escarum : quæ vero in terram ducit Syrorum, Taurum transit et abundantiam ac dapilitatem præstat alimentorum. Hanc præferunt omnes, licet abruptior esset et nive multa severior. Hac itaque labore multo transacta in septem diebus pervenerunt ad fluvium Tigrin, et hunc cum transmeassent, veniunt Martyropolim et Amidam, et quiescunt tam exercitus quam captivitas. Hinc et litteras imperator Byzantium potuit mittere, et quæ circa se erant omnia indicare, et ingens facere gaudium civitati. Sarbarus autem populo suo, qui fuerat dispersus, collecto insurrexit in illum. Electam vero imperator alam militum ad custodiendas misit clausuras, quæ ad se ducebant, et aditus, qui ad Orientem erant. Ipse discurrens in faciem efficitur Sarbaro. Cumque transmeasset Nymphion amnem, ad Euphratem pervenit, in quibus erat pons nexus ex funibus simul et navibus. At vero Sarbarus dissolutis funibus pontis ab altera ripa in alteram totum transtulit pontem. Cumque imperator venisset nec valuisset transire per pontem, discurrens invenit meatum, et hunc inopinate Martio mense sine discrimine transfretavit, et Samosata pervenit. Rursusque cum Taurum præterisset, in Germaniciam est profectus, et cum transisset ad Adana, venit ad amnem Saron. Sarbarus autem ponte rursus in proprio loco extenso absque obstaculo transfretavit Euphratem, et sequebatur post eum. At imperator cum transisset pontem Sari, inventa requie tam exercitus quam animalium circa ipsum castra metatus est, reficiens eos. Pervenit autem et Sarbarus in partem quæ in contra esse ex altera parte videbatur. Invento vero ponte, et propugnaculis quæ in ipso erant a Romanis obtentis, castra metatus est. Excurrentes autem multi Romanorum per pontem inordinate cum Persis contulerunt conflictum, multa in ipsis cæde commissa. Verum imperator hos inordinate prohibebat discurrere, ne forte iter fieret adversariis cum illis conveniendi ad pontem et pariter commendi. Populus autem non acquiescebat imperatori. Porro Sarbarus, quibusdam exercitus sui clam in locis abditis collocatis, ostendit se quasi fugientem, ac sic abstraxit multos Romanos præter votum imperatoris ad insecutionem sui transeuntes. Reversus autem, et his in fugam conversis, quotquot extra pontem occupavit occidit, vindictam perpressos inobedientiæ. Imperator vero cum barbaros vidisset insecutione ordines dissolvisse, et extormentis stantibus in antemuralibus (51) multos extinctos, contra eos profectus est. Porro quidam vir Persa giganteus imperatori occurrens hunc in

NOTÆ.

(51) Antemuralibus. Matth. Par. Hist. Angl. in Willelmo II : « Antemuralibus confractis cogerent

defensores intra muros interiores se recipere. » FABR.

medio pontis aggreditur. Ast imperator hoc percusso in annis fluentia projecit. Hoc uno ruente in fugam Barbari versi sunt, et præ angustia pontis ut ranæ se in flumine jaciebant; alii autem etiam gladiis trucidabantur. Porro multitudo barbarorum per fluminis ripas diffusa sagittabat ac resistebat, non sinens transire Romanos. Verum imperator transiens viriliter barbaris resistit, cum paucis quibusdam societatis suæ superagonizans, ita ut etiam super hoc Sarbarus obstupesceret, et ad Cosmam quemdam juxta se stantem, Romanorum profugum ac magaritam, diceret: *Vides, inquit, Casarem, o Cosma, quam audax ad pugnam stet, et contra tantam multitudinem solus decertet, et velut incus jacula renuat?* ex rubris enim ocreis agnoscebatur, multasque imperator plagas, licet nullam in hoc prælio periculosa, accepit. Tota vero die cum in hoc bello pugnassent, accedente vespera ab invicem separati sunt. Et Sarbarus quidem timens per noctem retro reversus est, imperator autem populo suo coacervato ad urbem properavit Sebastiam, et cum Alyn fluvium transmeasset, in hoc gaudio totius hiemis tempore commoratus est. Porro Chosroes furens misit, et tulit thesauros cunctarum ecclesiarum regionis quæ sub Persis est constituta, et cogebat Christianos Nestorii fieri sectatores ad perstringendum sive percellendum imperatorem.

Anno imperii Heraclii 16 Chosroes Persarum rex novam fecit militiam, prælium initurus, peregrinos ac cives et servos ex omni natione facta electione coacervans; qua electione Sain tradita prætori, alia 50 millia ex phalange Sarbari electa tollens huic sociavit, nominavitque illos aureos camulos, et hos adversus imperatorem direxit. Porro Sarbarum cum reliquo exercitu suo contra Constantinopolim misit, quatenus Hunnos, qui essent in Occidente, quos Avars vocant, cum Vulgaribus et Sclavis atque Gipedibus concordia sociaret, sicque adversus urbem properarent, et hanc unanimiter obsiderent. Cum autem hoc didicisset imperator, exercitum suum triplici parte divisum transmisit ad custodiendum urbem, quibusdam autem traditis Theodoro fratri suo contra Sain bellare præcepit; humiliori vero parte ipse accepta in Lazicam properat, et in ipsa degens Turcos ab Oriente, quos Chazaros nuncupant, in auxilium advocat. Sain vero una cum noviter electo exercitu perveniens ad fratrem imperatoris Theodorum ad bellum armavit. Deo autem per intercessionem semper laudabilis Dei Genitricis opitulante, bello commisso, grando mirabiliter contra barbaros cecidit eorumque plurimos perculit. At vero acies Romanorum tranquillitate potita est. Vertunt autem Romani Persas, et interficiunt multitudinem copiosam. Hoc comperto Chosroes irascitur contra Sain, qui ex multo animi defectu in languorem incidens moritur; *cujus corpus jussu Chosrois salitum ad eum delatum est; quem ille mortuum multis submisit*

verberibus. Porro Chazari disruptis Caspiis portis Persidem adeunt in regionem Adrahigæ una cum prætore suo Zihebil, qui dignitate secundus a Chagano; et in quæcunque loco peragrabant, tam Persas deprehendebant quam civitates et villas igni tradebant. Profectus vero imperator a Lazica his occurrit. Zihebil autem hoc viso accelerans complectitur collum ejus et adorat eum, Persis civitatis aspicientibus: universus autem Turcorum populus in terram cadentes, ac proni super faciem extenti, imperatorem honorant honore qui est apud gentiles extraneus. Similiter principes eorum supra saxa conscendentes eodem schemate procidunt. Obtulit autem Zihebil imperatori etiam filium suum primogenitum, hujus sermonibus delectatus, et ejus tam vultum quam prudentiam admiratus. Electisque Zihebil quadraginta millibus virorum sortium dedit ea in auxilium imperatori. Porro ipse reversus est in regionem suam. His autem acceptis imperator contra Chosroem procedit. At vero Sarbarus Chalcedonem properans, Avarsque a Thracæ urbi propinquant, hanc depopulari volunt, et multis machinis adversus eam commotis, et navium sculptarum ex Istro multitudine infinita seu innumerabili delata, sinum cornu repleverunt. Decem sane diebus urbem obsidentes, bellumque terra marique gerentes, Dei virtute pariter et cooperatione, nec non et intemeratæ Dei Matris et Virginis intercessionibus superati sunt. Quin et multitudo copiosa suorum tam in terrâ quam in mari deposita, cum ingenti confusione ad loca sua reversi sunt. Porro Sarbarus Chalcedonem obsidens non emigravit, sed ibidem hiemavit, tam incursiones agens quamque prædans confines partes, et civitates igne disperdens.

Anno imperii sui 17 Heraclius a mense Septembrio ingressus Persidem una cum Turcis inopinate propter hiemem in ecstasim misit Chosroem, cum hoc didicisset. At vero Turci tam hieme quam frequentibus Persarum incursibus contemplatis, non ferentes pariter cum imperatore, laborare cœperunt paulatimque diffuere, et omnes eo dimisso reversi sunt. Ast imperator allocutus est populum suum dicens: *Scitote, fratres, quia nemo nobis vult auxiliari nisi solus Deus, et quæ hunc peperit sine semine Mater, ut ostendat potentiam suam, quoniam non in multitudine populorum seu armorum est salus, sed in eos qui sperant super misericordia ejus, mittit adiutorium suum.* At vero Chosroes coacervatis cunctis militibus suis prætorem prohehit super illas Rhazantem, virum bellicosissimum ac fortissimum, et huic adversus Heraclium destinat. At imperator civitates Persidis atque castella igni tradidit, et accedentes Persas rhomphæa consumit. Septima vero Idus Octobris pervenit in regionem Chamajtha, et refocillavit populum per integram hebdomadam. Rhazates autem veniens Ganzachum post eum factus est et secutus, Romanis ante pergentibus et consumentibus escas. Ipse vero post tergum, ut canis famem

patiens, vix de micis eorum nutriebatur; et cum non inveniret sumptus, multa ex animantibus ipsius consumpta sunt. Kalendis autem Decembribus venit imperator ad fluvium magnum Zaban, et cum hunc transisset, castra metatus est juxta Ninive civitatem. Venit autem Rhazates penes vadum secutus eum, et cum descendisset tribus milliariis, reperit aliud vadum et transivit. Ast imperator misso Bahani magistro militum cum paucis electis militibus, invenit bandum Persarum, et cum ejus comitem occidisset, detulit caput ejus et totam auream spatham ipsius, nonnullisque pereemptis viros duxit ad imperatorem sex et viginti. In quibus erat et spatharius Rhazati, qui et nuntiavit imperatori quod pugnare contra eum Rhazates vellet, sic a Chosroe jussus, et tria millia in auxilium armata miserit ei, quæ tunc nondum pervenerant. His compertis imperator præmisit sarcinam ante se, ipseque subsecutus est, tractans qualiter inveniret locum in quo pugnare deberet, priusquam unirentur eis illa tria millia. Repertoque campo apto ad prælium, allocutus populum aciem ordinavit. Rhazates vero cum pervenisset, et ipse prælium dirigit in cuneis tribus, et contra imperatorem processit. Pridie sane Idus Decembris gestum est bellum, et ante omnes prosiliens imperator principique Persarum occurrens, divina virtute Deique Genitricis opitulatione hunc dejecit, et qui cum ipso erant exsiliantes antea fugerunt. Rursusque imperator alii occurrens et hunc quoque deposuit. Irruit autem adversus eum etiam tertius, qui dedit ei cum impetore in labium et hoc illi plagam iussit. Ast imperator et hunc exstinxit. Et tubis clangentibus congressæ sunt in invicem partes utraque. Et cum pugna valida gereretur, plaga vulneratus est a pedibus Phalpa imperatoris equus, qui dicebatur Borcon, in femore lanceæ ictu percussus. Multas autem et spatharum in facie percussiones accepit, sed ferens tegmen ex nervis contextum plagam mortiferam non sumebat. Cadit autem in hoc bello Rhazates et tres turmarchæ Persarum et principes fere cuncti atque pars major exercitus ipsorum. Occisi autem sunt etiam Romani numero quinquaginta, et vulnerati nonnulli, ex quibus scilicet mortui sunt decem. Porro bellum gestum est a mane usque ad horam nonam. Tulerunt interea Romani banda Persarum viginti octo, exceptis his quæ contrafacta sunt, et dispoliatis mortuis acceperunt loricas eorum et cassides, nec non et omnes currus ipsorum. Et manserunt ab invicem sequestrati quantum est duplex sagittæ jactus: fuga namque facta non est. Verumtamen Romani animantia sua nocte et adaquaverunt et acceperunt. Equites vero qui ultra erant, steterunt usque ad septimam horam noctis super tabernacula mortuo-

rum Persarum, ac octava hora noctis moti repedaverunt ad castra sua, et his acceptis abierunt, et castra metati sunt ad pedem montis asperi metuentes. Multas præterea spathas auro circumclusas et zonas aureas cum gemmis et scutum Rhazati totum auro respersum acceperunt, habens petala centum viginti, et lorica ipsius ex auro contextam, et scaramaggin ejus detulerunt cum capite ipsius, atque dextralia (52), et sellam totam ex auro fabricatam. Porro tentus est vivus Barzamus princeps Iberorum sub Persis degentium. Nemo autem recolat hujusmodi bellum inter Romanos et Persas, quod videlicet per totum diem habuit statum, vicruntque Romani. Verum hoc factum est solo Dei juvamine. Imperator vero a se confortatum exercitum contra Chosroem minabat (53), quatenus hunc deterreret. Porro xiii Kalendas Januarias comperto imperator quod populus Rhazati, qui ex hoc bello evasit, unitus fuerit tribus millibus quæ a Chosroe destinata fuerant, et sequeretur post se, ceperintque Ninive, transiens magnum Zaban, mittit Georgium turmarchen cum mille militibus, quo curreret ad retinendum pontes minoris Zaban priusquam id Chosroes cognosceret. Cumque cucurrisset Georgius noctu milliariis quadraginta octo, tenuit quatuor pontes minoris Zaban, et inventos in castellis Persas obtinuit. Decimo præterea Kalendarum Januarias perveniens imperator ad pontes transfretavit, et divertit in domos Hiesdem, et refecit tam exercitum quam animantia, fecitque Nativitatis Christi festivitatem in eodem loco. Comperto vero Chosroes quod Romani tenerent pontes minoris Zabæ, misit ad Persicum populum, cui Rhazates præerat, ut oppido festinantes prævenirent imperatorem et ad ipsum pergerent. Accelerantes autem illi, et transmeantes minorem Zaban in aliis locis, prævenirent imperatorem atque præbant. Cumque imperator palatium quod dicebatur Dezeridan cepisset, hoc destruxit atque combussit. At vero Persæ cum pontem Tornæ fluminis pertransissent, ibidem castra metati sunt. Ast imperator comprehenso alio palatio Chosrois, quod vocabatur Rusa, et hoc subvertit. Cæterum verebatur quod in ponte Tornæ fluminis hostes forent contra se bellaturi. Sed hoc illi scientes relicto ponte fugerant. Interea imperator cum sine impedimento transisset, apprehendit aliud palatium cognomento Bechal, ubi et hippodromium ædificaverat. Sed et illud casui dedit. Sane quidam Armeniorum, qui cum Persis aderant, venerunt ad imperatorem noctu dicentes: Chosroes cum elephantibus et exercitu suo quinque millibus citra palatium suum, vocabulo Dastagerd, in loco nuncupato Barasrach castra metatus est, et mandavit totum illic exercitum convenire, ut adversus te prælietur: est enim illic et

NOTÆ.

(52) Dextralia. Glossæ Isidori: dextralia, brachialia. Adde Flodoard. Hist. Rem. II, 6. FARR.

(53) Minabat. Act. Apost. XVIII, 16: Et minavit

eos. Utitur vetus Juygnalis schol. V. Papiam in Abigeis. 10.

fluvius meatibus carens, qui artum pontem habet et angustias præ habitationibus multas, nec non et fœtidi rivus. Imperator ergo consilio cum principibus inito et exercitu sedit in palatio Bechal : reperit quippe in una ex porticibus ejus saginatas aves trecentas, et in alia porticu capreas saginatas quingentas, porro in alia saginatos agnos centum, quæ populo cuncta donavit. Et Kalendas Januarias illic fecerunt. Denique inventis ovibus et porcis et bobus, quorum non erat numerus, requievit populus universus, epulantes et glorificantes Deum. Præterea comprehensis eis qui ista conferebant, didicerunt ab illis liquidius quod Chosroes a. 23 die Decembris mensis, comperto quod imperator transisset pontem Tornæ, confestim motus fuerit de palatio quod erat in Dastagerd, cum magna Ctisiphontem celeritate petiturus, onustis ex omnibus pecuniis, quas habebat in palatio, tam elephantibus quam camelis atque burdonibus (54) ministerii sui, scribens et populo Rhazat ut Ingredierentur idem palatium et principum domos, et quidquid in his inveniretur auferrent. Itaque imperator dimidium quidem exercitum misit ad Dastagerd, ipse vero per aliam viam abiit ad aliud palatium quod cognominabatur Bebdarach. Et his ruinis et igni traditis gratias egere Deo, qui per intercessionem Dei Genitricis talia miracula patrat : quis enim speravit unquam fugere Chosroem a facie Romani principis de palatiis suis quæ erant in Dastagerd, et petere Ctisiphontem, dum a viginti quatuor annis passus Ctisiphontem videre non fuerit, sed in Dastagerd regalia ejus erant? Invenierunt autem populi Romanorum in palatiis ejus apud Dastagerd 300 Romanorum banda, quæ per diversa ceperunt tempora. Invenierunt etiam et species, quæ remanserant, multas, aloes scilicet multam, et ligna aloes magna, ex quibus unumquodque 70 pondus habebat vel 80 librarum, et sericum copiosum, ac piper, et chalcasias (55) camisas multas, sachar quoque atque zingiber et alias species ultra mensuram vel numerum; quidam vero et argentum et holoserica vestimenta, lectisterula seu acu tapetia contexta, quorum erat copia multa, erantque omnia bona valde, quæ propterea quod gravia essent, penitus incenderunt. Sed effentoria Chosrois atque cortinas, quas in modum tendebat porticum, quando in campo metabatur, cuncta cremarunt, quin et statuas ejus multas. Invenierunt autem et in his palatiis aviaria et dorcades et asinos agrestes et pavones et fasinus infinitæ multitudinis, nec non in vivario ejus leones ac tigrides miræ magnitudinis vivos. De cætero confugerunt ad imperatorem plurimi ex captivis, Edesini scilicet et Alexandrini, sed et ex

allis urbibus multitudines copiosæ. Fecit iterea imperator festivitatem Luninum penes Dastagerd lætatus, et recreans tam populum quam jumenta, quin et Chosrois palatia destruens, ædificia videlicet quæ erant comptissima et admiranda, domosque stupendas, quas usque ad pavimentum deposuit quatenus Chosroes edisceret quam durum haberint Romani dolorem urbibus suis desolatis ab eo nihilominus et incensis. Tenti autem sunt et ex aulicis palatii multi, qui interrogati quando discesserit Chosroes a Dastagerd, asseruerunt : *Ante 9 dies prius quam vos veniretis. Audito adventu vestro latenter pertuso muro civitatis, qui est juxta palatium, temere per hortos exiit, ipse et uxor et filii ejus, ne fieret tumultus in civitate.* Et neque militiæ ipsius cognovere neque principes ejus, usquequo miliaris quinque perrexit, siquidem tunc mandavit quo se sequerentur Ctisiphontem tendentes. Et is qui non poterat quinque miliaria facere per diem, fugiens fecit viginti quinque, mulieresque ac filii ejus, qui se prius alterutros non videbant, tunc mixtim sugiebant invicem impellentes. Cumque nox accessisset, introivit Chosroes in domum agricolæ nihili, in cujus ostio vix manere prævaluit; quod videns postmodum Heraclius admiratus est. Per tres autem dies adiit Ctisiphontem. Sane Chosroes responsum acceperat a maleficis et astrologis ante quatuor et videnos annos, quando Dacos depopulatus est temporibus Phocæ Romani principis, quod tempore quo adiret Ctisiphontem periret. Et idcirco non est passus a Dastagerd extunc in partem illam uno saltem miliario pergere, sed hinc fugiens ad hanc abiit. Verum nec in ipsa persistere ausus est, sed transiens pontem Tigridis fluminis civitatem ultra positam adiit, quæ quidem apud nos Seleucia, apud Persas vero Guheser vocitatur, in qua omnes pecunias reposuit. Seditque illic cum Sirem uxore sua et aliis tribus mulieribus, quæ et filia ipsius erant; reliquas vero mulieres suas multosque liberos suos quadraginta millibus longe transmisit ad interiorem partem Orientis in munitissimum locum. Quidam sane Persarum derogaverunt Sarbaro penes Chosroem, quod cum Romanis sentiret et illi detraheret; et misit spatharium suum cum jussione ad Cardarigam, comprætorem Sarbari, Chalcedonem, scribens ei ut Sarbarum interficeret, et ipse populo Persarum recepto acceleraret in Persidem in auxilium sui. Is autem qui litteras deferabat circa Galatiam comprehenditur a Romanis, quo comprehenso, et nescientibus Persis, hunc Byzantium deduxerunt et imperatoris filio tradiderunt. Ast imperator a misso cognita veritate protinus Sarbarum accessit : qui cum introisset, astitit imperatori. Imperator

NOTÆ.

(54) *Burdonibus.* Utilitur Ulpianus in leg. 49. *De legat.* 3; Chrysostomus ep. 14 : *Εἰτα ὁ βέρδων ὁ φέρων ἡμῶν τὸ λευκίχιον.* Theophanes : *Ὅταν εἰς βορδῶνην καθίζωμαι.* Constantinus Tact. p. 12 : *Ἐχε δὲ καὶ βορδῶνα καὶ ἰππάρια.* Adde Joannem

Moschum Limon. 101 et 125, *Hist. Trip.* vii, 5. *FABR.*

(55) *Chalcasias.* V. Hieronymi epistolam ad Fabiolam et Gloss. ad Cedren. lb.

autem huic epistola, quam Chosroes ad Cardarigam miserat, tradita, missoque ostenso, legit epistolam. At ille certus veritate rei effectus, continuo conversus fœdera cum filio principis et patriarcha fecit; qui falsa Chosrois epistola facta, addit in ea etiam alios quadringentos satrapas et principes et tribunos et centuriones interimendos, et imposito ingeniose adinvento signaculo, congregatisque ducibus et ipso Cardariga, et lecta epistola, dixit ad Cardarigam: *Perspicis ut hoc facias. At vero principes furore referti, abdicatione Chosroes, imperatori pacifica pacta patrarunt, et mutuo inito consilio placuit ut Chalcedone discederent et ad propria repedarent, nihil exterminaturi. Præterea Heraclius scripsit Chosroï: Ego persequor et ad pacem curro: non enim voluntarius igne consumo Persidem, sed vim passus abs te. Proficiamus ergo saltem nunc arma, et pacem amplectamur. Exstinguamus ignem priusquam universa inflammet. Cumque Chosroes hoc non admisisset, magnopere odium populi Persidis crevit adversus eum. Movit ergo Chosroes homines principum suorum et omne obsequium suum atque mulierum suarum, et hos armatos cunctos direxit exercitui uniendos Rhazati, et staturos apud Narbam fluvium duodecim millibus a Ctisiphonte distantem, et iussit eis ut, dum amnem transiret imperator, inciderent pontes. Ast imperator septimo Idus Januariæ motus a Dastagerd, cum abiisset tribus diebus, castra metatus est duodecim millibus procul a Narba flumine, ubi erat Persarum exercitus, inter quos habebant etiam et elephantes ducentos. Et misit imperator Georgium turmareben Armeniacorum, ut iret usque ad flumen, et disceret utrum Narbas vadum haberet. Et cum invenisset quod pontes incidissent et vadum non esset, ad imperatorem reversi sunt; qui motus Siazuron adit, et circuibat incendens regionem et urbes per totum Februarii mensem. Martio vero mense cum venisset in prædium quod dicebatur Barzan, facere (56) septem dies, et misit Mezeticum prætorem in cursum, et adjunctus est ei Gundabundas chiliarchus militiæ Sarbari cum aliis quinque, tribus quidem comitibus, duobus vero axiomaticis (57), et duxit eos ad imperatorem. Qui, videlicet Gundabundas, res necessarias imperatori annuntiavit, dicens: Quando fugit Chosroes a Dastagerd et adiit Ctisiphontem atque Seleuciam, dysentericiæ languorem incurrit, et voluit filium suum Merdasan, quem genuit ex Sere, coronare. Atque regressus iterum amnem transivit, et secum duxit Merdasan atque*

Serem et alium filium ejus Aak; primogenitum autem filium Sirohen et fratres ejus, nec non et mulieres suas, dimisit ultra flumen. Comperitque Sirohes quod Merdasan coronare vellet, turbatus est, et misit collectaneum suum ad Gundabundan, mandans ei ac dicens: « Veni cis flumen, ut loquar tecum. » At ille timuit Chosroem, et non transivit, sed mandat ei: « Scribe, inquit, mihi per collectaneum meum quidquid volueris. » Et scripsit ei Sirohis quoniam Nosti qualiter res publica Persarum per nequam hominem istum Chosroem pereat, et vult coronare Merdasan, et me primogenitum suum contempsit. Et si allocutus fueris exercitum ut recipiant me, et rogas eorum augebo, et pacem cum Romanorum imperatore ac Turcis faciam, et bene vivemus. Et stude cum populo tuo ut ego regnem, et omnes vos proveham et auxiliabor, et præcipue te. Gundabusas autem remisit ei per collectaneum suum dicens: « Quidquid possum loquar cum prætore, et sollicitus fui, et locutus sum cum viginti duobus comitibus, et feci eos meæ voluntatis esse; sed et alios principes et milites multos. » Et hæc quidem Gundabusas mandavit Sirohi. At ille remisit ei dicens ut decimo Kalendarum Apriliarum sumeret juniores, et apud pontem ei Tigridis occurreret fluminis, ut susciperent eum in exercitum et moverentur adversus Chosroem. Referebat autem quod cum Sirohi essent etiam duo filii Sarbarazan et filius Hiesdem et alii multi principum filii atque filius Aram, omnes electi, et quod siquidem potuerint Chosroem perimere, bene et optime: sin autem, omnes cum Sirohi confluent ad imperatorem. Et misit mæ Sirohis ad te, domine: veretur enim imperium Romanorum, quoniam, inquit, Chosroem quondam salvavit, et multa ex eo mala Romanorum terra perpressa est, et quia propter illius ingratitude nec mihi credere habet imperator. Verum ille hunc ad Sirohin rursum absolvit, mandans ei ut carceres aperiret, et retentos in eis Romanos educeret, et arma eis tribueret, sicut contra Chosroem sese moveret. Porro Sirohis obediens imperatori, retrusis eductis, properavit contra patricidam patrem, Chosroem scilicet. Cumque ille fugere tentasset nec valuisset, tentus et valide vinctus ferreis est compedibus tam post tergum manibus quam pedibus colligatis; cui et circa collum pondera ferrea imponunt, et mittunt eum in domum tenebrarum, quam ipse munivit a novitate construens ad recondendas pecunias, panisque parum ei et aquæ tribuentes hunc fame necabant: ait enim Sirohis: Comedat aurum, quod incassum collegit, et propter quod etiam multos fame

NOTE.

(56) *Facere.* Papinianus in l. miles ad leg. Jul. De adult.: « Ne sibi computarentur dies quos in custodia fecisset. » Lupus epist. 20: « Facere nobiscum dies aliquot valeas. » Rufinus interpres Eusebii H. E. x: « Quinque annos inter catechumenos faciant. » Acta Fructuosi episc. Tarracon.: « Et fecerunt in carcere dies sex. » Velus inscriptio: « Cum qua fecit annos 9 menses 6 dies 25. » Alia: « Cum marito fecit m. 5 d. 20. » S. Athanasius in

Vita S. Antonii: « Ἐξω πολλάκις ἡμέρας καὶ νόκτας ποιοῦντες. » V. Acta apost. xviii, 25, et epist. Jacobi iv, 15. Fann.

(57) *Axiomaticis.* Glossarium: ἀξιωματικός honorarius, qui honorem gerit. Aliud Glossarium: dignitosus ἀξιωματικός, qui in dignitate constitutus est. Utilitur postremo verbo Aldhelmus, De laud. virginis. c. 28: « Propter dignitosam innocentie palmam, » i. e. dignatione venerandam. Id.

neccarii mundumque deleuit. Porro misit Sirohis ad A eum satrapas hunc injuriis impetendum et conspuendum. Et adductum Merdasan filium ejus, quem coronare volebat, ante se occidit, et reliquos filios ejus cunctos in conspectu ejus interfecerunt, et misit omnem inimicum ejus injuriis cumulare et percutere et conspuere illum. Denique per quinque dies hoc facto, jussit Sirohis hunc arcubus interficere; sicque paulatim in inalis nequissimam suam tradidit animam. Tunc Sirohis scripsit ad Heraclium evangelizans ei scelerati Chosrois interitum, pacemque jugem cum eo ac firmissimam pepigit, omnibus Christianis, qui in carceribus et omni Perside captivi tenebantur, ei remissis, una cum Zacharia Hierosolymitano præsule ac pretiosis et vivificis lignis, quæ fuerant ex Hierosolymis a Sarbarazan, cum Jerusalem cepisset, ablata.

Anno imperii Heraclii decimo octavo rex habetur Persarum Sirohis, qui anno regnavit uno, quando et Moamed Arabum seu Saracenorum princeps sub Persis degens sextum agebat annum, perventurus ad nonum. Interea facta pace cum Persis atque Romanis, direxit imperator Theodorum fratrem suum cum litteris et hominibus Sirohis regis Persarum, quatenus Persæ, qui in Palestina et Edessa et Hierosolymis et cæteris urbibus Romanorum essent, cum pace revertentur in Persidem et innocue terram Romanorum transirent. Postremo imperator cum sex annis Persidem expugnasset, septimo anno pace percepta cum ingenti gaudio Constantinopolim remeavit, mysticam in hoc quamdam theoriā adimplens. In sex quippe diebus Deus universa condita creatura septimā requiei diem vocavit: ita et ipse in sex annis, multis impensis laboribus, septimo anno reversus ad urbem cum pace ac tripudio requievit. Porro populis civitalis, adventu ipsius audito, intolerabili cuncti desiderio in Hieriam obviam illi una cum patriarcha et Constantino imperatore filio ejus egressi sunt, portantes ramos olivarum et lampades, laudantes cum gratulatione ac lacrymis. Accedens autem filius ejus cecidit ad pedes ipsius, et cum amplexatus esset eum, infuderunt ambo lacrymis terram. Hoc autem populus inspecto, universi Deo hymnos gratificos referunt. Sicque dēnum suscepto imperatore urbem exultantes ingressi sunt.

Anno imperii Heraclii 19 Persis rex Adesir septem mensibus præsuit. Imperator autem profectus a regia urbe, cum mox ver accessisset, Hierosolymam tendit, pretiosa illuc et vivifica ligna reportans ad gratiarum Deo actiones reddendas. Cumque Tiberiadem adiisset, accusavere Christiani Benjamin quemdam nomine quasi mala sibi facientem: erat enim admodum opulentus; qui suscepit imperatorem et exercitum ejus. Ast imperator damnavit eum: *Quamobrem*, inquit, *molestus es Christianis?* qui ait: *Ut inimicis fidei mee.* Tunc imperator admonitum hunc et ad cre-

dendum suam baptizavit in domo Eustachii Neapolitani, qui et ipse, cum Christianus esset, imperatorem excepit. Ingressus itaque imperator Hierosolymam, restituto tam Zacharia pontifice quam almæ crucis honorandis ac vivificis lignis in proprium locum, plurimas Deo grates egit, pulsisque ab urbe sancta Hebræis jussit non habere illos potestatem propius almæ civitati quam tribus millibus appropinquandi. Cum autem pervenisset ad Heddassam, orthodoxis ecclesiam reddidit, quæ a Nestorianis a Chosrois tempore tenebatur. Et veniens Hierapolim audivit quod Sirohis rex Persarum diem clausisset extremum, et Adesir hujus filius ei in regni regimine successisset. Qui cum septem mensibus tenuisset principatum, insurrexit adversus eum Sarbarazas, qui eo percusso imperavit Persis mensibus duobus. Hoc autem Persæ interfecto Baranin prætulerunt in regem, filium Chosrois, qui regnum Persarum septem tenuit mensibus. Porro huic successit Hormisdas, quo a Saracenis pulso factum est regnum Persarum sub Arabibus usque in hodiernum diem.

Mundi anno 6121, divinæ incarnationis anno 631, anno imperii Heraclii 20 Hormisdas regnat in Persis. Cum autem Heraclius esset apud Hierapolim, venit ad eum Athanasius patriarcha Jacobitarum, vir acris et nequam ingenii, Syrorum inditas versutias possidens: et moto de fide ad imperatorem sermone, repromisit ei Heraclius, si Chalcedonensem synodum suscepisset, patriarcham illum Antiochiæ se fore facturum. At ille simulate suscepit synodum, confitens duas unitas in Christo naturas. Interrogavit autem imperatorem de operatione ac voluntatibus, qualiter oporteret in Christo dici duplas aut simples. Tum imperator vocis novitate consternatus, scribit Sergio Constantinopoleos episcopo. Advocat etiam et Cyrum Phasidis antislitem, et hoc interrogato reperit eum consentientem Sergio in unam voluntatem et unam operationem. Sergius enim, utpote Syrus genere ac parentibus Jacobitis existens, unam naturalem voluntatem et unam operationem in Christo rescripsit atque confessus est. Ast imperator utriusque acquiescens consilio reperit et Athanasium eis consentientem: noverat enim quod ibi una operatio reperitur, ubi et una natura cognoscitur. Certus autem imperator super hoc factus scribit ad Joannem papam Romanum prædictorum sententiam; qui eorum nequaquam sectam admisit. Porro Georgio Alexandrino defuncto mittitur Cyrus episcopus Alexandriæ præferend qui unitus Theodoro episcopo Faran fecit decoloratam hydram illam unitatem, imo vanitatem, unam et ipsi scribentes in Christo naturalem operationem. His ita prosequentibus in ingens opprobrium Chalcedonense concilium et catholicæ corruit Ecclesia: gloriabantur enim Jacobitæ ac Theodosiani, perhibentes quia Synodo Chalcedonensi non nos, sed potius Chalcedonensis synodus

nobis communicavit, per unam operationem A unam confitendo naturam Christi. Inter hæc Sophronius consecratur episcopus Hierosolymitanus, qui, congregatis sub se degentibus episcopis impium monothelitarum, id est unam voluntatem dogmatizantium, dogma mucrone anathematis perculit, et synodica Sergio Constantinopolitano et Joanni Romano papæ transmisit. His ergo auditis Heraclius confusus est, et destruere quidem propria nolebat, et rursus opprobrium non ferebat. Tunc ergo Heraclius, ut magnum quidem facere arbitrans, exponit scriptum illud quod nuncupatur edictum, continens neque unam neque duas in Christo operationes dicendas. Quo lecto hi qui quæ Severi sunt sapient, in popinis et balneis catholicæ detrahebant Ecclesiæ, perhibentes: *Primum quidem quæ sunt Nestorii Chalcedonitæ sentientes resipuerunt, ad veritatem conversi, et uniti nobis per unam operationem et unam Christi naturam. Nunc autem penitentes super bene se habente sensu uniserunt utrumque, neque unam neque duas in Christo confitentes.* Post mortem vero Sergii Pyrrhus Constantinopolitanum suscepit thronum, qui quæ prædicta sunt a Sergio ac Cyro impie roboravit. Heraclio autem mortuo, cum Constantinus filius ejus imperaret, Pyrrhus una cum Martina veneno hunc interfecit, et imperat Heraclonas Martinæ filius. Porro senatus et tota civitas Pyrrhum ut impium cum Martina et filio ejus repulerunt. Et imperat Constans filius Constantini, et consecrat Paulus episcopus Constantinopoleos, et ipse hæreticus. Joannes autem Romanus præsul, collecto episcoporum concilio, monothelitarum hæresim anathematizavit. Similiter et in Africa, penes Byzacium videlicet Numidiam et Mauritaniam diversi episcopi convenientes monothelitas anathemate perculerunt. Joanne sane dormiente Theodorus consecratur pro eo papa. Pyrrhus vero cum pervenisset ad Africam, intuitus cum sanctissimo Maximo videtur aspectibus, abbate videlicet religiosissimo in monachicis correptionibus, nec non et divinorum illic consistentium pontificum præsentatur obtutibus, qui hunc redargutum et persuasum Romam ad papam Theodorum direxere; qui orthodoxiæ libello tradito papæ ab eo receptus D est. Interea cum Roma discessisset Ravennamque pervenisset, ut canis ad vomitum suum conversus est. Quo papa Theodorus comperto, plenitudine convocata Ecclesiæ ad sepulcrum verticis apostolorum accessit, et divino calice postulato ex vivo sanguine atramento stillavit, et ita propria

manu depositionem Pyrrhi et ei communicantibus facit. Præterea Pyrrhus cum Constantinopolim pervenisset, obeunte Paulo audaces hæretici Pyrrhum denuo throno Constantinopolitano præficiunt. Theodoro autem papa defuncto Martinus sanctissimus Romæ consecratur antistes. Cum autem Maximus ab Africa Romam pervenisset, papamque Martinum ad æmulationem accendisset, synodo centum et decem episcoporum collecta Sergium, et Pyrrhum, et Cyrum, et Paulum anathematizarunt, duasque voluntates et operationes Christi Dei nostri expressius prædicarunt atque firmarunt. Cæterum nono anno imperii sui Constans nepos Heraclii, indictione octava, his agnitis furore repletus, SS. Martinum et Maximum Constantinopolim ductos et cruciatos apud Chersonam et alia elimata exsilio relegavit, multos etiam Hesperiarum episcoporum punivit. Qui (58) motus zelo Dei, synodo sacra et ipse convocata, monothelitarum hæresim abdicavit, duas voluntates et operationes explanans. Taliter ergo Ecclesia tunc per imperatores et impios sacerdotes turbata, surrexit desolatorius Amalec feriens nos populum Christi, et fit prima ruina terribilis Romani exercitus, illa scilicet quæ secundum Gabatan et Hermuchan ac Dathemitarum (59) effusione sanguinis est effecta, post quam Palæstinarum et Cæsariensium ac Hierosolymarum excidia, dein Ægyptius interitus, ac deinceps mediterraneorum et insularum, totiusque Romanicæ (60) captivatio, sed et patrata in Phœnice omnimoda Romani exercitus et classis perditio, omniumque Christianorum prælium atque locorum destructio, quæ non cessavit donec Ecclesiæ persecutor in Sicilia male peremptus est.

Mundi anno 6122, divinæ incarnationis anno 622, anno imperii Heraclii 21 Joannes papa Romanus habetur. Hoc etiam anno Maometh Saracenorum, qui et Arabum princeps et pseudopropheta, moritur, promotus Abubacharo cognato suo ad principatum suum. Ipsoque tempore venit auditio ejus, et omnes extimuerunt. At vero decepti Hebræi in principio adventus ejus existimaverunt esse illum qui ab eis expectatur Christus, ita ut quidam eorum, qui intendebant ei, accederent ad ipsum et ejus religionem susceperent, Moysis inspectoris Dei dimissa. Erant autem numero decem, qui hoc faciebant, cum ipso quoque degebant usque ad eandem ejus. Porro cum aspicerent eum comedentem de camelo, cognoverunt quod non esset quem existimabant, et hæsitabant quid agerent, et religionem ejus dimittere formidantes miseri docent eum

NOTÆ.

(58) Qui. Exciderunt hæc: Μετὰ δὲ τὴν ἐξορίαν Μαρτίνου Ἀγάθων χριστονομίαι πάσαι; Πωμῆς. Fabr.

(59) Dathemitarum factum esse videtur ex τῆς δαθισμῶν. Ib.

(60) Romanicæ. Anna Comn. Alex. 8: Αὐθις τῇ Πομπῇ ἐπανεώσατο. Πομπῇ imperium Romanum, orbis Romanus. Interdum imperium Orientale. Idem in Fastis consul.: « His coss.

(Tusco et Annulino) Carporum gens universa in Romania se tradidit. » Item: « His coss. (Valente Aug. et Valentiniano jun. Aug.) victi et expulsi sunt Gothi a gente Hunnorum, et suscepti sunt in Romania pro misericordia jussione Aug. Valentis. » Balsamon ad can. 14 Concilii Chalcedon. V. Jo. Seldeni Commentarium ad Eutychii Crigines, p. 153 et 159. Ib.

contra nos Christianos illicita, et conversabantur cum ipso. Necessarium autem reor enarrandum de generatione ejus. Is ex una generalissima tribu oriundus erat, Ismaelis videlicet, filii Abrahæ. Nizarus enim, Ismaelis pronepos, pater eorum omnium ducitur. Hic gignit filios duos, Mudarum scilicet et Rhabian. Mudarum gignit Curasum et Chaison et Theominem et Asadum et alios ignotos. Hi omnes habitabant Madianiten heremum, et in co nutriebant pecora, in tabernaculis conversantes. Sunt autem et his interiores, qui non sunt de tribu ipsorum, sed ex Lettan, videlicet hi qui vocantur Ammanitæ, id est Homeritæ. Quidam sane ipsorum negotiabantur in camelis suis. Cum autem inops et orphanus prædictus esset Maometh, visus est sibi ad quamdam intrare mulierem locupletem et cognatam suam, nomine Chadigan, mercenarius ad negotiandum cum camelis suis apud Ægyptum et Palæstinam. Paulatim autem fiducia penes ipsam percepta mulierem, quæ vidua erat, et accepit eam uxorem, et habuit camelos ipsius atque substantiam. Cumque veniret in Palæstinam, conversabatur cum Judæis et Christianis. Capiebat autem ab eis quasdam scripturas. Porro habebat passionem epilepsiæ. Quo comperto hujus conjux oppido tristabatur, nupte nobilis, et quæ se hujusmodi copulari, egeno scilicet et epileptico. Procurat vero ipse placare illam taliter, dicens quia Visionem quamdam angeli Gabrielis dicti contemplor, et haud ferens hujus aspectum mente deficio et cado. Ipsa vero cum haberet adulterum quemdam propter infidelitatem ibidem exulem habitantem, amicum suum, indicavit ei omnia, et nomen angeli. At ille volens eam reddere certam dixit ei: *Veritatem locutus est: etenim isto angelus mittitur ad cunctos prophetas*. Ipsa ergo prima suscepto pseudomonachi verbo credidit ei, et prædicavit id aliis mulieribus contribulibus suis, prophetam eum esse; et taliter ex feminis fama venit ad viros, primo duntaxat ad Abubacharum, quem et successorem dimisit. Et tenuit hæresis ejus partes Ethribi, postremo per bellum. Nam primum quidem occulte annis decem, et bello similiter decem, et manifeste novem. Docuit autem auditores suos quod qui occidit inimicum vel ab inimico occiditur, in paradysum ingreditur. Paradysum vero carnalis cibi ac potus et commistionis mulierum perhibebat, fluviumque vini ac mellis et lactis, et seminarum non præsentium, sed allarum, et misturam multorum annorum futuram, et affluentem voluptatem, nec non et alia quædam

luxuria et stultitia plena, compagi tamen invicem et auxiliari patienti. Porro eodem anno natus est in Oriente David filius ejus, eodemque die natus est Heraclius filius Heraclii junioris, qui et Constantinus appellatus est, et baptizatus est a Sergio patriarcha.

Anno imperii Heraclii 22 Modestus Hierosolymitanus habetur antistes et Abubacharus dux Arabum, qui tribus principatus est annis. Persæ vero insurrexerunt invicem, et sese mutuo debellant. Per idem quoque tempus rex Indorum mittit congratulatoria Heraclio in Persarum victoria, margaritas scilicet et lapides pretiosos multos. Mortuus autem Maometh erat, qui statuerat quatuor amireos expugnandi Christianos, qui ex Arabum genere fuerant. Et venerunt contra Mucheas castellum, in quo erat Theodorus Bigarius (61), volentes irruere in Arabes die quo idolis immolaturi erant. Comperto autem hoc Bigarius colligit omnes milites eorum qui heremum observabant, et diligenter sciscitatus a Saraceno diem et horam qua erant illos aggressuri, ipse irruens in eos in prædio quod dicebatur Mathus, occidit tres amireos plurimamque populi partem: exsiliit autem unus amiras, Chaledus scilicet, quem gladium Dei dicunt. Erant autem quidam Arabum juxta positurum, qui accipiebant ab imperatoribus rogas paucillas ad custodiendum stoma eremi. Eodem vero tempore venit quidam spado daturus militum rogas. Et cum venissent Arabes secundum consuetudinem accepturi rogam suam, eunuchus impulit, dicens quia Dominus vix dat militibus rogas, quanto minus canibus istis. Videntes autem Arabes hoc abierunt ad sui generis viros, et ipsi duxerunt eos in regionem Gazæ, quæ aditus erat heremi contra Sinæon montem locupletis valde.

Anno imperii Heraclii 24 cum misisset Abubacharus prætores quatuor, qui ducti fuerant, ut prætuli, ab Arabibus, venerunt atque ceperunt Ran et totam regionem Gazæ. Tandemque aliquando cum venisset a Cæsarea Palæstinæ cum militibus paucis, inito bello perimitur primus cum exercitu, qui trecentorum erat virorum, et multis captivis acceptis et exuviis plurimis reversi sunt cum victoria splendida. Porro eodem anno terræ motus factus est in Palæstina, et apparuit signum, quod dicitur docetes, in cælo contra meridiem, prænuntiæ Arabum potentatum. Perduravit autem diebus triginta, extensum a mesembria usque ad arcum; erat autem in modum gladii.

NOTÆ.

(61) Bigarius. Scribe vicarius, nisi forte nomen dignitatis pro cognomine Anastasius acceperit: quod non puto. S. Basilii, epist. 264: 'Εγὼ τοῦ βικαρίου τῆς Θράκης ἐπέστειλα τῇ θεοσεβείᾳ σου. Glossarium Seguerianum: Βικάριος πρὸς Ῥωμαίους διάδοχος. Eadem Suidas et Phavorinus. Metaphrastes m. sept. in Trophimo: Τὴν τῶν βικαρίων ὁρχὴν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἀρτιχὸς ἤνυσεν. Menologium Junii 5: Τὸν βικάριον πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν ἐπιστάσαντο πίστιν. Concilium Florent.

scs. 25: 'Ο ἀποστολικὸς θρόνος ὁ καὶ βικάριος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Hinc ol ἀπὸ βικαρίων apud Chrysostomum, epist. 14. Palladius Lausiæ c. 123: Ἀπὸ βικαρίων. Sic legi aiant in codice Veneto. Ἵσως ἀπὸ βικαρίων, ut apud Heraclidem Paradisi c. 50 ex vicariis, de vicariis. V. Cujac. in Parat. cod. De off. vicarii, et H. Valesii Adnotationes ad Animumianum, p. 17. Hunc Theodorum Cedrenus κορυβαυλάριον vocat, p. 429 h. F. m.

Anno imperii Heraclii 24 Alexandrinus Cyrus et almus Sophronius Hierosolymitanus habentur antistites. Quo anno Abubacharus moritur, qui principatus est annis duobus atque dimidio, et summi principatum Hamarus, qui destinat exercitum adversus Arabiam, capitque Bostra civitatem una cum aliis civitatibus. Profecti sunt autem usque Gabetha. Cum his bellum aggressus Theodorus imperatoris Heraclii frater victus est, et ad imperatorem Hedessam venit. Ast imperator ordinat alium prætorem nomine Bahanem, et Theodorum sacellarium cum virtute Romaica et adversus Arabes mittit. Cumque venisset Emesan, occurrit multitudo Saracenorum, quibus occisis una cum eo qui principabatur in eis, reliquos abigit usque Damascus, et illic juxta Bardanesium fluvium latebras fovet. Heraclius autem Syria derelicta in desperationem ruens, sublati quoque pretiosis lignis ab Jerusalem Constantinopolim abiit. Bahanes autem a Damasco Hemesiam redit una cum Theodoro sacellario, cum haberet exercitus quadraginta millia; et insequuntur Arabes ab Hemesa usque Damascus.

Anno vero imperii Heraclii 25 Saraceni aciem direxerunt in Arabiam contra partes Damasci, cum essent multitudinis infinitæ. Quo Bahanes comperto ad imperialem sacellarium mittit, ut veniret cum exercitu suo in auxilium sibi, cum plurima esset Arabum copia. Venit ergo sacellarius ad Bahanem; qui profecti ab Hemesa occurrunt Arabibus. Et consilio facto prima die, quæ tertia feria hebdomadis erat, mensis Loi die vigesima tertia, superantur hi qui circa sacellarium sunt inventi. Simultate autem facta, hi qui cum Bahane erant Bahanum provehant imperatorem et Heraclium respuunt. Tunc hi qui cum sacellario fuerant discesserunt, et Saraceni aditu reperto bellum ineunt. Inter hæc vento noto contra Romanos spirante, non valentes inimicis in facie occurrere propter pulverem, separantur, et semet ipsos immitentes in artas vias Hiermuchthi fluminis illic penitus perierunt. Erant autem utriusque prætoris millia quadraginta. Tunc Saraceni splendide triumphantes contra Damascus veniunt, et hanc capiunt et regiones Phœnicis, et habitant illic, et in Ægyptum aciem dirigunt. Cyrus autem Alexandrinus episcopus, cum horum impetum cognovisset, operam dedit, et pactis firmatis pollicetur, timens avaritiam eorum, ducenta millia denariorum per singulos annos collaturam illis Ægyptum, sed et diffinituram eis induciarum fore aurum missurum; quibus præstitis per tres annos Ægyptum liberam ab exterminio statuit. Accusatur interea Cyrus apud imperatorem, quod aurum Ægypti Saracenis tribuerit; qui cum iratus misisset, hunc accersivit, Manuclum autem quemdam, Armenium genere, destinat Augustalem. Cum autem annus adimpletus esset, Saracenorum actores venerunt aurum accipere. Ast Manuel inefficaces eos expellit: *Non*

PATROL. GR. CVIII.

sum, inquit, Cyrus inermis, ut tributa vobis præbeam, sed ego armatus sum. Cumque isti abiissent, confestim armantur Saraceni adversus Ægyptum, et Manucllo bello illato hunc abigunt. Ipsa vero cum paucis quibusdam Alexandriae salvus recipitur. Tunc Saraceni Ægyptum sub tributo reddiderunt. Ast imperator auditis quæ gesta sunt, misit Cyrum ad persuadendum eis ab Ægypto sub priori placito recedendi. Et abiens Cyrus ad castra Saracenorum rationem reddit, esse se perhibens prævaricationis innoxium, et si vellent, priorem concordiam juramentis affirmaturum. Porro Saraceni nullatenus his acquieverunt, dicentes episcopo: *Potes hanc maximam columnam devorare?* Qui ait: *Non potest fieri.* At illi: *Nec nobis, inquit, possibile est ulterius ab Ægypto recedere.*

Anno imperii Heraclii 26 aciem direxit Humarus contra Palæstinam, et obsidens sanctam civitatem biennii tempore cepit eam verbo. Sophronius namque, Hierosolymitanus summus sacerdos, verbum accepit ad totius Palæstinæ securitatem. Cumque Humarus in sanctam fuisset civitatem ingressus, cilicinis ex camelis et sordidis indumentis amictus, simulationemque Satanicam ostentans, templum requisivit Judæorum, quod construxerat Salomon, ad faciendum scilicet id blasphemiae suæ adoratorium. Hoc advertens Sophronius ait: *In veritate illud est abominatio desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetam,* stans in loco sancto, multisque lacrymis hic pietatis propugnator Christianam desolebat plebem. Dum vero illic Humarus esset, rogavit eum episcopus accipere a se sindonem cum indumento et indui. At ille non patiebatur ea portare. Vix ergo persuasit his vestiri, donec sua lavarentur, et iterum reddidit ea Sophronio, et vestitus est propriis. Verum inter hæc Sophronius obiit, qui verbo et actu Hierosolymitanam adornavit ecclesiam, et contra Heraclii et fautorum ejus monothelitarum, Sergii scilicet et Pyrrhi, decertavit errorem. Eodemque anno misit Humar Hladum in Syriam, et subegit totam Syriam Saracenis.

Anno imperii Heraclii 27 venit Joannes cognomento Cateas procurator Osroenæ ad Hlad apud Chalcidem, et sponponderunt ei dare per singulos annos centum millia numismatum, ne transiret Euphratem, neque ad pacem neque ad bellum armatus, quousque quantitatem auri persolvant. Præterea Joannes Hedessam rediit, et annum censum delatum ad Hladum transmisit. Heraclius autem hoc audito obnoxium judicavit Joannem, quod absque imperiali hoc fecerit notione; quem accersitum exsilio condemnavit. Porro pro eo destinat Ptolomæum quemdam magistrum militum.

Anno imperii Heraclii 28 ceperunt Arabes Antiochiam, et missus est Maubias ab Humaro prætor et ameras totius regionis, quæ sub Saracenis erat, ab Ægypto videlicet usque ad Euphratem.

Anno vero imperii Heraclii 29 transievit lai-

duſ cum omni militia ſua Euphratem, et venit Hedessam. Hedesseni autem aperientes acceperunt verbum una cum regione magistroque militum ac Romanis, qui cum ipso erant. At illi Constantiam abeunt, depopulantesque illam accipiunt bello, et trecentos Romanos interimunt: et illinc abire Dalas, et bello hanc comprehendunt, et in illa plurimos perdunt, taliterque totum Mesopotamiam Jahidus cepit.

Anno imperii Heraclii 30 Saraceni aciem direxerunt in Persidem, et ineunt cum eis bellum, potentiorque vincentes omnes sibi Persas subditos reddunt. Hormisdas autem, qui Persis imperabat, ad interiores Persas fuga lapsus dimisit regalia. At vero Saraceni captivas duxere Chosrois filiam cum omni regio apparatu, et detulerunt ad Humarum. Eodemque anno jussit Humar universam describi orbem, qui sub ipso erat. Facta est autem descriptio tam hominum quam jumentorum et frugum.

Anno imperii sui 31 Heraclius moritur imperator hydropicus factus, cum imperasset annis tricenis.

Imperat autem post eum Constantinus filius ejus mensibus quatuor, venenoque propinquatus a Martina noverca sua et Pyrrho patriarcha moritur, et imperat Heraclonas Martine filius cum matre Martina.

Anno imperii Heraclonae primo capit Maubias Caesarem Palaestinae post septennium obsidionis ejus, et occidit in ea septem milia Romanorum. Eodem anno senatus repulit Heraclonam una cum Martina matre illius ac Valentino, lingua Martine et naso Heraclonae abscissis; eisque in exilium destinatis ad principatum Constantem filium Constantini, nepotem Heraclii, provehunt, qui imperavit annis 27. Sane Pyrrho ab episcopatu dejecto, consecratus est Paulus Constantinopolitanus episcopus, qui presbyter fuerat et oeconomus ecclesiae, quique tenuit episcopatum annis 12.

Mundi anno 6133, divinae incarnationis anno 633, anno vero imperii sui primo, cum videlicet regnare cepisset, Constans dicebat ad synclitum: *Patris mei Constantini, qui me genuit quique in vita proprii gentitoris, avi videlicet mei Heraclii, suffolenti cum eo tempore imperavit, post hunc vero etiam nimis brevi, suavissimam spem Martine novercae ipsius invidia concidens vita privavit, et hoc propter Heraclonam qui ex ea et Heraclio nefaria factus erat, quam maxime cum nato vestrum cum Deo decretum jure ab imperio repulit, ne videretis tam nequam Romanorum imperium, valde provida cum esset amplissima vestra et honesta magnificentia. Propter quod rogo vos habere consiliarios et peritos ex communi subditorum obsequio. Et his dictis dimisit senatum, donis dapsillibus hunc honorans.*

Anno imperii Constantis secundo cepit Humar

aedificare templum in Jerusalem; et non stabat, sed ruebat structura. Sciscitanti autem ei causam, dixerunt Judaei quia nisi crux, quae est supra templum montis Olivarum, tollatur, haud stabit structura. Et propter hanc causam sublata est crux illinc, et ita constitit illic aedificium. Propter hanc etiam causam multas cruces deposuerunt hi qui oderant Christum.

Anno imperii Constantis tertio seditionem excitavit Valentinianus patricius, mittensque imperator hunc occidit, et populum ad sui reduxit benevolentiam. Eodemque anno Petrus Alexandriae habetur antistes.

Anno imperii Constantis quarto fraude occisus est Humar Saracenorum dux a quodam Persa margarita: denique inventum cum adoraret, popugit eum in ventre gladio infixo, et sic vivere desit, cum aniras fuisset annis 12; et post eum statuitur Huthman hujus cognatus, filius Tufhan.

Anno imperii Constantis quinto Huthman Arabum princeps habetur, et simulatam conceinat Gregorius patricius Africae una cum Afris.

Anno imperii Constantis sexto factus est in terra ventus vehemens, qui multa germina evulsit arboresque ingentes radicibus extirpavit, atque multos columnarum deposuit monachorum.

Eodem vero anno Saraceni hostiliter Africam adierunt, et conflictu agitato adversus tyrannum Gregorium hunc in fugam vertunt, et eos qui cum ipso erant interimunt, et hunc ab Africa pellunt, atque tributis cum Afris ordinatis et pactis reversi sunt.

Anno imperii Constantis septimo exercitum movit Maubias per mare adversus Cyprum. Habebat autem scaphas mille septingentas, et cepit Constantiam cum insula tota. Cum vero hanc cepisset, extorcinavit eam. Porro audiens Cacorizum cubicularium contra se cum plurima virtute Romana venientem, navigavit adversus Aradum, et applicans cum navigio suo apud municipium insulae castrum conabatur capere, variis machinamentis abusus. Cum autem nihil agere valuisset, mittit ad eos episcopum quemdam Thomaricum nomine, deterrens eos, quo dimitterent civitatem et sub fodere suo essent, exirentque ab insula. Cum itaque ad eos episcopus ingressus fuisset, tenuerunt eum. Porro Maubias cedere noluerunt. Igitur obsidione, quam adversus Aradum construxerat, nullius momenti effecta, Damascus reversus est: nam hiensis accesserat.

Anno imperii Constantis 8 movit Maubias exercitum valenter adversus Aradum praeliaturus, et hanc obtinuit verbo ad inhabitandum cives ubique voluissent. Civitatem vero muris dissolutis incendit, et insulam usque in praesens inhabitabilem statuit. Eodem anno facta est Romae synodus a Martino papa contra monothelitas.

Anno imperii Constantis 9 Basur princeps exercitus una cum Arabibus acies direxit adversus

Isauriam, et occisis multis cum quinque millibus captivorum reversus est. Mittit autem imperator Constans Procopium quemdam ad Maubiam, quærens pacem; quod et factum est annis duobus, Gregorium filium Theodori sumente Maubia loco pignoris in Damascum.

Anno imperii Constantis 10 similitudinem excitavit imperatori Pasagnathes Armeniorum patricius, et foedera pepigit cum Maubia, dans ei et filium suum. Quo audito imperator venit usque Cæsaream Cappadociæ, et desperatus ab Armenia rediit.

Mundi anno 6144, divinæ incarnationis anno 644, anno vero imperii Constantis 11, cinis e cælo descendit, et timor magnus super homines cecidit. Paulo quoque obeunte Pyrrhus restituitur mensibus quatuor et diebus 23.

Anno imperii Constantis 12 Maubias Rhodum adiens destruxit colossum ejus, post 1560 stabilitatis ipsius annos; quem cum Judæus quidam Emosinus negotiator emisset, 940 camelos ex ejus ære oneravit.

Eodem anno Abidus Arabum prætor adversus Armeniam exercitum movit, qui consecutus Maurianum prætorem insecutus est eum usque ad Caucasos montes, et regionem deprædatus est.

Anno imperii Constantis 13 præcepit Maubias armaturam fieri navium magnam, quo ascenderet urbem regiam classis eorum. Omnis autem apparatus apud Tripolim Phœniciæ consistebat. Verum hoc viso duo fratres quidem Christi amici, Tripollinantes, filii buccinatoris cujusdam, zelo Dei sauciati ad carcerem civitatis cum impetu abierunt. Habebat autem multitudinem Romanorum vinculatorum, et diruptis portis vinctisque solutis in ammiram irruerunt. Quo perempto una cum his qui cum eo erant, præparaturaque omni igni mandata, in Romaniam navigio transierunt. Verumtamen nec sic illi ab eadem præparatura construenda cessaverunt. Sed Maubias quidem militat contra Cæsaream Cappadociæ, Abulathar vero fabrum navalis structuræ constituit, qui veniens in locum vocabulo Phœnicem Lyciæ, ubi erat Constans imperator atque Romanicus stolidus, navaliter cum eo pugnavit. Cumque futurum esset ut imperator cum ipso navigio præliaretur, contemplatur nocte illa visum, esse videlicet apud Thessalonicens. Porro narravit cuidam conjectori somniorum expergefactus visionem, qui ait: *Imperator, utinam nec dormisses nec somnium asperxisses; nam esse Thessaloniciæ* ὅς ἐστιν ὁ νικῶν innuit, quod interpretatur, pone alii victoriam, id est, ad inimicum tuum victoria vertitur. Sane imperator nihil inveniens ad prælium navalis pugnae, Romanorum classes præstruxit ad bellum. Quibus in alterutram irruentibus superantur Romani, et commistum efficitur mare sanguine Romanorum. Induit autem imperator alium veste sua, et insiliens prædictus filius buccinatoris in regiam scapham imperatorem

arreptum et in aliam navim transductum inopinate salvavit. Porro ipse fortissimus viriliter insistsens imperatoris navi multos occidit, semet morti ipsum pro imperatore contradens. Hunc præterea hostes circumdantes et in medio retinentes putabant ipsum esse imperatorem. Postquam autem multos interfecerunt hostes, occiderunt et ipsum una cum eo qui pertabat vestem imperatoriam. Ast imperator taliter in fugam versus salvatur, et derelictis omnibus navigavit Constantinopolim.

Anno imperii Constantis 14 dolo necatus est Hothman Arabum dux, cum amiras decem fuisset annis. Fit interea perduellio in medio ipsorum: quoque enim penes eremum erant, Ali volebant consobrinum, generum existentem quondam Maometh. Illi vero qui in Syria et Ægypto, Maubiam cupiebant, qui et vicit et obtinuit annis 24.

Anno imperii Constantis 15 Arabum princeps Maubias habetur, qui et exercitum movit adversus Halim, et congregantur ambo inter Barbalissum juxta Euphratem. Illi vero qui erant Maubias, cum essent validiores, aquam obtinuerunt. Unde in sitim venientes hi qui erant Halim, delecerunt. Porro Maubias bellare noluit, sed sine labore victoriam tulit.

Anno imperii Constantis 16 exercitum movit imperator contra Sclaviniam, et captivos duxit plurimos et subegit. Eodem anno et illa gesta sunt quæ contra S. Maximum et discipulos ipsius sunt acta, eis pro veritate contra monothelitas agonizantibus; quos Constans ad pravam opinionem suam transferre non valens, divinitus sapientem et peritissimam linguam cum dextera manu ejus abscidit, eo quod plurimum contra impietatem suam una cum discipulis suis Anastasiis scripserit, quæque per ordinem isti conscripsisse probantur, sicut amici discendi non nesciunt.

Anno imperii Constantis 17 conventio facta est inter Romanos et Arabes, Maubia legationem mittente ob rebellionem, ut tribuant Romanis Arabes per singulos dies numismata mille et equum et servum. Eodem vero anno exsilio ductus est Martinus sanctissimus papa Romanus, pro veritate fortiter agonizans, et confessor factus in climatibus Orientalis defunctus est.

Mundi anno 6151, divinæ incarnationis anno 631, anno imperii sui 18 Constans occidit Theodasium proprium fratrem suum. Cum autem essent Arabes apud Saphin, dolo necatus est prædictus Halim, et singulariter imperat Maubias, regio more Damascum inhabitans et pecuniarum illic thesauros recondens.

Anno imperii Constantis 19 apparuit hæresis Arabum, eorum videlicet qui dicuntur Charurgitæ. Maubias autem hos aggressus, eos qui erant in Perside humiliavit, eos vero qui in Syria erant exaltavit, et alios quidem vocavit Hisamitas, alios autem Heraclitas, et Hisamitarum quidem donativa sublimavit usque ad ducenta numismata, porro Heraclitarum deposuit usque ad tricena.

Anno imperii sui 20 Constans derelicta Constantinopoli abiit Syracusam, civitatem Siciliæ, volens imperium in urbem Romanam transferre, et mittit ad adducendam uxorem suam et tres filios, Constantinum, Heraclium, et Tiberium. Porro Byzantii non dimiserunt eos.

Anno imperii Constantis 21 exercitum moverunt Arabes contra Romaniam, et multos deprædati sunt, et loca nonnulla depopulati.

Anno imperii Constantis 22 prædæ patuit Siciliæ pars, et habitaverunt Damasci voluntate sua.

Anno imperii Constantis 23 factus est error jejuniorum, et exercitum movit Abderachman Ghaleli adversus Romaniam, et in ea hiemavit, et multas demolitus est regiones. Porro Sclavini ad hunc confluentes cum ipso descenderunt in Syriam, numero quinque millia, et habitaverunt in Apamiensium regione in castello Seleucobori.

Anno imperii Constantis 24 Thomas Constantinopolitanus habetur antistes. Busur autem exercitum in Romaniam movit, et mortuus est Thaumarchus episcopus Apamiæ, et incensus est episcopus Emisenus.

Mundi anno 6158, divinæ incarnationis anno 658, anno vero imperii Constantis 25 exercitum rursus armavit Busur contra Romaniam, et exterminavit partes Hexapoleos et Phadalæ, illicque hiemavit.

Anno imperii Constantis 26 Armeniacorum prætor Saborius, Persa genere, tumultuatus est contra Constantem imperatorem mittitque ad Maubiam Sergium magistrum militum, pollicens Maubiæ subjugare Romaniam, si ipso sibi auxiliaretur adversus imperatorem. Quo comperto Constantinus filius imperatoris mittit et ipse ad Maubiam Andream cubicularium cum muneribus, ne rebeli cederet. Cumque venisset Andreas Damascum, reperit Sergium prævenisse. At vero Maubias simulabatur imperatori compati (62). Sedebat autem Sergius ante Maubiam, et cum ingressus fuisset Andreas, intus eum Sergius surrexit. At vero Maubias Sergium reprehendit, dicens: *Quid formidasti?* Qui respondit se juxta morem fecisse. Conversus præterea Maubias dicit Andream: *Quid queris?* Qui ait: *Ut des auxilium contra rebellem.* At ille: *Ambo,* inquit, *inimici estis, sed ego ei qui plus præbuerit dabo.* Et Andreas ad eum: *Ne ambigas,* inquit, *amira, quoniam pauca tibi imperatoris meliora sunt quam plura rebellis. Verumtamen, quod amabilis*

tibi fuerit, age. Et his dictis Andreas tacuit. At vero Maubias ait: *Tractabo super hoc, et utrumque jussit exire.* Porro advocato Sergio dixit ei: *Ne ulterius adores Andream: alioquin nihil proficies.* In crastinum itaque præveniens Sergius Andream coram Maubia sedebat, et ingresso Andream non ei assurrexit ut heri: Andreas vero intuitus Sergium hunc conviciis laceravit et comminatus est, dicens: *Si vixero, demonstrabo tibi quis sim.* Cui Sergius: *Non,* inquit, *assurgo tibi, quia non es vir neque femina.* Porro Maubias utrumque compescens Andream dixit assentire dare quemadmodum Sergius dat. *Et quantum est?* ait Andreas. Maubia vero illationem publicorum præbere Arabibus. Ast Andreas: *Væ tibi,* ait, *Maubia. Consilium tribuis corpus dandi et solam umbram retinendi. Quomodocumque volueris, cum Sergio conveni: ego enim hoc minime facio. Verumtamen te dimisso ad Deum, qui te potentior est, ut Romanis opitulatur confugimus, et in eo spem nostram posuimus.* His dictis Maubiæ inquit salve, et exivit a Damascensium civitate, et abiit Melitenem, eo quod tyrannus esset in partibus illis, ad quas et Sergius erat iturus. Cumque adiisset Arabessum, incurrit clausurarum custodem: non enim cohibebat (63) tyranno. Huic ergo præcepit observare Sergium redeuntem, ut adduceret illum ad se. Ipse vero non inmemor pergebat, Sergium præstolans; quæ vero gesta sunt, nuntiavit imperatori. Interea Sergius cum Maubia, quæ visa fuerant peractis (64), accepit Phaladam prætorem Arabum cum ope barbara concertaturum et auxiliaturum Sabor. Cum autem præcederet Sergius Phadalæ et ad Sabor gratulante abiit, devenit ad clausuras et incidit in Andream rurbas, et hunc relinquentes vinctum ad Andream adducunt. At vero Sergius viso Andream jaetat semet ad pedes ejus, obsecrans parcere sibi. Ille autem ad eum: *Tu,* inquit, *es Sergius, qui gloriaberis in virilibus coram Maubia, meque mulierculam appellabas. Ecce amodo (65) virilia tua nihil proderunt, quin potius et morte afficient.* His dictis præcepit virilia ejus abscondi, et suspendit eum in ligno. Constantinus autem audito Phadaidis adventu in Saboris auxilium Nicephorum destinavit patricium cum Romana virtute resistendi Saborio. Erat autem Sabor Hadrianopoli degens, et cum Nicephorum ad se venire comperisset, exercebat semet ad prælium. Verum die quadam contigit hunc secundum consuetudinem suam de civitate super equum sedentem exire. Cumque portæ civi-

NOTÆ.

(62) *Compati.* Glossarium: συμπάσχω compatio. Item, compatitur συμπάσχει. Flodoardus, III, 20: « Compatiens tribulationibus ipsius. » Compati est misericordia moveri. FARR.

(63) *Cohibebat.* Auctor Miscellæ, consentiebat. Facundus Herimianensis, I, 2: « Sancta illa synodus hæresi Nestorianæ cohibuit. » Et cohibentia apud eandem passim occurrit. Gregor. Tur. H. IV: « Habentes conventiam. » Ms. cohibentiam. Glossæ Bosithæi: conibere, consentire, conidentia,

consensus. Hincmarus Rhem. *De Prædestin.*: « Timen ne cohibere sit hoc tacere. » Id.

(64) *Peractis.* Lege *pactus*. Ετορξεν est *pariscl*. Vide lectiones Theocriticas Casauboni c. 10. FARR.

(65) *Amodo.* Gregorius Tur. H. III, 5: « Plange amodo, qui per consilium nequam factus es parricida sævissimus. » *Onomasticon*: « Amodo ἀπὸ τοῦτοῦ. Utitur interpres Vet. Testamenti et Novi. » Id.

statis appropinquasset, equum flagello percussit; qui jactanter saliens et ejus caput in portam allidens hunc male vita privavit, et sic Deus imperatori victoriam contulit. Phadadas autem veniens in Exapolim et hæc omnia discens turbatus est, et misit ad Maubiam postulans adjutorium, eo quod Romani ad concordiam convenissent. Mittit autem ei Maubias filium suum Hirid, armans eum cum multitudine Romanorum. Convenerunt autem utrique apud Chalcedonem, et captivos duxerunt multos: ceperunt autem et Amorium Phrygiæ, et quinque millibus armatorum virorum dimissis in custodiam ejus diverterunt in Syriam. Cum autem hiems accessisset, mittit imperator eundem Andream cubicularium; et cum nix esset multa, noctu venit, et per lignum ascendunt in murum, et ingrediuntur Amorium, et omnes interficiunt Arabes, ita ut ex quinque millibus illis nullus penitus remaneret.

Mundi anno 6160, divinæ incarnationis anno 660, anno vero imperii sui 27, Constans occisus est dolo in Sicilia apud Syracusam in balneo, cui nomen erat Daphne: fuerat autem causa hæc. Post interemptionem Theodosii fratris ipsius odio habitus est a Byzantiis, et maxime quia et Martinum sanctissimum papam Romanum ignominiose Constantinopolim duxit et exilio relegavit penes Chersonis climata, et Maximi sapientissimi et confessoris linguam manumque truncavit, et multos orthodoxorum verberibus et exiliis et proscriptionibus, eo quod hæresi suæ nullatenus acquiescerent; condemnavit; quin et duos Anastasios, qui discipuli fuerant Maximi confessoris et martyris, tormentis et exiliis tradidit. Propter talia ergo exosus cunctis effectus est. Cum autem valde metueret, voluit imperium in urbem Romam transferre, unde et imperatricem tresque filios suos tollere a Byzantio voluit, nisi Andreas cubicularius et Theodorus Colonix hujus prohibuissent consilium. Sane in Sicilia fecit annos sex. Cum autem prædictum balneum ingressus fuisset, introivit cum eo quidam Andreas filius Troili, obsecundans illi; et cum cepisset saponem Gallico (66) deliniri, sumens Andreas situlam dedit eam in verticem Imperatoris, et protinus fugit. Ast imperator cum tardaretur in balneo, insiliunt hi qui foris erant, et reperiunt imperatorem occisum. Quo sepulto Mizium quemdam Armenium imperatorem fecerunt, vi cogentes hunc: erat enim valde decorus et speciosus. Audito præterea Constantinus patris obitu cum multo navigio in Siciliam venit, et aggressus Mizium hunc interfecit cum occisoribus patris sui, et ordinatis Hesperii Constantinopolim rediit, et Romanis una cum Tiberio et Heraclio fratribus imperat.

Anno primo imperii Constantini decem et septem annis imperantis moverunt. Saraceni exerci-

tum in Africam, et captiva duxerunt milia, ut ferunt, octuaginta. Porro hi qui Orientalium erant provinciarum, Chrysopolim venerunt dicentes: Si in Trinitatem credimus, tres etiam coronemus. Turbatus ergo est Constantinus eo quod ipse solus redimitus esset; fratres autem ejus nullam dignitatem habebant. Et misso Theodoro patricio Colonix mitigavit eos, superlaudans illos, et assumptis ex eis majoribus natu, ut urbem ingrederentur et cum senatu inirent consilium, ut fieret voluntas eorum. Imperator taliter hos deceptos confestim in patibulo suspendit, trans fretum in Syces. At illi hoc viso confusi abierunt dolenter ad propria: Imperator autem fratrum suorum continuo nasos abscidit.

Anno imperii Constantini secundo tempestas magna effecta est, et multi periclitati sunt tam homines quam bestię. Phadadas autem hiemem apud Cyzicum fecit.

Anno imperii Constantini tertio Busur cum hostili profectus est apparatu, et plurimis captivis ductis reversus est.

Mundi anno 6164, divinæ incarnationis anno 664, anno vero imperii Constantini quarto apparuit Iris in cælo mense Martio, et tremuit omnis caro, ita ut dicerent omnes quod consummatio est. Eodem anno stolo magno constructo negatores Christi Muamed et Caisus navigaverunt in Ciliciam, et hiemaverunt penes Smyrnam, Ciliciam et Lyciam, et facta est mortalitas in Ægypto. Missus autem est sævus amireus cum alio quoque stolo in auxilium ipsorum, utpote congruentissimus et audax ad prælium. At vero prælatus Constantinus, hujusmodi Deum impugnantium adversus Constantinopolim motu comperto, construxit et ipse bieres miræ magnitudinis, ignem ferentes, atque dromones.

Anno imperii Constantini quinto prædictus Deus impugnantium stulus ascendens applicuit in Thracensibus partibus, a summitate videlicet Septimi, quæ vergit ad occidentem, id est, a domo quæ Magnaura dicitur, et rursus usque ad arcem quam Cyclobium dicunt, quæque spectat ad Orientem. Per totum itaque diem congressio belli tenebatur, id est a mane usque ad vesperam, a Brachialio aureæ portæ usque ad Cyclobium, invicem utraque parte nunc impulsæ nunc impellente. In his igitur deguerunt ab Aprili mense usque ad Septembrium, et reversi Cyzicum pergunt, et hæc comprehensa illic hiemabant, et omni vere ascendens similiter per mare conflictum cum Christianis habebat. Per septem sane annos his eisdem gestis, et divina Deique Genitricis opemultitudine virorum bellicosorum amissa, et vulnere maxime in eis effecta, confusi reversi sunt cum ingenti mœstitia. Cum autem discessisset idem demergendus a Deo stulus, ab hiemali æstu.

NOTÆ.

(66) Saponis Gallici, quo utebantur in balneis, meminit Theopneustus Hippiastr. 1, 20. Farr.

et spiritu procellarum circa partes Syllae comprehenditur, et contritus totus omnimodis perit. Suphism autem filius Hauph, secundus frater, commisit bellum cum Floro et Petrona et Cypriano habentibus virtutem Romaicam, et occiduntur Arabum triginta millia. Tunc Callinicus architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus venit, qui marino igne confecto vasa Arabum exussit et una cum animabus prorsus incendit. Ita Romani cum triumpho reversi sunt, igne adinventu marino.

Mundi anno 6166, divinæ incarnationis anno 666, anno vero imperii Constantini sexto Constantinus habetur, qui Constantinopolitanæ per duos annos Ecclesiæ fuit antistes; Abdelasque filius Caisi et Phadalas hieme apud Cretam morati sunt.

Anno imperii Constantini septimo apparuit signum in cœlo die Sabbato.

Anno imperii Constantini octavo Theodorus Constantinopolitanus habetur antistes, qui duobus annis Ecclesiæ præfuit. Quo anno facta est locusta magna per Syriam et Mesopotamiam.

Anno imperii Constantini nono ingressi sunt Mardaitæ Libanum, et tenuerunt a Mauro monte usque ad sanctam civitatem, et ceperunt cacumina Libani, et multi servi et captivi pariter et indigenæ confugerunt ad eos, ita ut in brevi tempore in multa millia fierent. Quibus compertis Maubias et consularii ejus timuerunt valde, colligentes quod Imperium Romanorum divinitus muniretur. Et dirigit legatos ad principem Constantinum, postulans pacem, et pollicitus annualia se imperatori pacta laturum. Ast imperator hujusmodi legatis susceptis, eorumque petitione audita, destinavit cum eis in Syriam Joannem patriolum, cognomento Pitzigandin, tanquam antiquæ prosapiæ rei publicæ virum et negotiorum multorum expertum, atque magnam consecutum prudentiam ad disputandum aptissime cum Arabibus, et quæ pacis sunt consoniæ præstruendum. Qui cum venisset in Syriam, coactione Maubias tam Amirmorum quam Corasinorum effecta suscepit eum cum honore magno. Multis ergo inter eos pacificis verbis cunctis, convenit inter utrosque in scriptis fieri pacis cum jurejurando sermonem super convalidatione annui pacti, præbendi videlicet Romani rei publicæ ab Agarenis auri librarum tria millia, viros captivos quinquaginta, et equos nobiles quinquaginta. His ex communi placito inter utramque partem firmatis, et in triginta annis servandis mutuo repromissis, amplissima pax inter Romanos et Arabes est effecta; sicque generalibus duobus inscriptis, verbis ad alterutrum cum jurejurando patris et invicem traditis, sæpe dictus sa-

mosus vir ad imperatorem cum muneribus quoque multis reversus est. Cum autem hæc didicissent hi qui Hesperias partes inhabitant, tam videlicet chaganus Avarum et ultiores reges quam ekarchi et castaldi, nec non et principes nationum ad Orientem sitarum, per legatos muneribus imperatori transmissis pacificam erga se dilectionem poposcere urmandam. Annuens itaque imperator postulationibus eorum, confirmavit etiam circa illos donatoriam pacem; et facta est securitas magna in Oriente, nec non in Occidente.

Anno imperii Constantini decimo factus est terræ motus magnus per Mesopotamiam, quo ruit Hedessæ ascensus et trullus ecclesiæ; et construxit eam Maubias studio Christianorum.

Anno imperii Constantini undecimo mortuus est Maubias Saracenorum protosymbolus, qui fuit prætor annis 20 et amiræ functus officio annis 24; et principari cœpit Hirid filius ejus. Hoc quoque anno Vulgarum gens supervenit in Thraciam. Verum inter hæc necessarium est dicere de antiquitate quoque Onogunduræ Vnigar et Contrag. In septentrionalibus namque partibus Euxini Ponti, quæ meabiles sunt, in paludibus quæ dicuntur Mæotides, in quas videlicet immittitur fluvius maximus ab Oceano per Sarmatarum terram delapsus, nomine Atel, Tanais amnis et ipso ab Hibericis portis exiens, quæ in Caucasæis montibus esse feruntur, in eundem Atel fluens inferitur.

A mistura vero Tanaidis et Atel, quæ sit supra jam dictas Mæotides paludes, dum scinditur Atel, venit is qui dicitur Cuchels fluvius in Mæotides paludes, et redit in terminum Pontici maris juxta Necropyla in acroma, quod dicitur arietis facies. A præsignatis vero paludibus simile flumini mare est, et fertur in Euxini Ponti mare per terram Bosphori Cimmerii, ex quo flumine capitur id quod dicitur Murzulin et buic similia, et in partibus quidem adjacentium paludum, quæ spectant ad Orientem usque ad Phanoriam seu Hebræam, qui ibidem sunt, plurimæ nationes consistunt. Ab eadem autem paludibus usque in amnem qui dicitur Cuphis, ubi Xistus capitur, qui est Vulgaris piscis (67), antiquitus Vulgaris est magna, et hi qui dicuntur Contragi, ejusdem cujus et ipsi tribus existunt. Temporibus autem Constantini, qui in Occidente regnavit, cum Crebatus dominus jam dictæ Vulgaris seu Contragorum vitam commutaret, ac filios quinque relinqueret, testatus est ne ullo modo a mutua cobabitatione separarentur, propter quod universitati dominarentur ipsique nulli alteri nationi cerverent. Post breve motum tempus mortis illius in divisionem ventientes quinque filii ejus altrinsecus (68) sequestrati sunt

NOTÆ.

(67) *Piscis*. Ὠφάριον pro ὠφάριον. Hodie φάριον, φάριον vel φάρη dicunt. Auctor Græco-Barbarus εἶδος τὸ φάριον. Idem καὶ μέγα λύχον ἔχετε, χάσκει ὡσαν τὸ φάριον. Cyrillus patriarcha CP. Contra

Judæos : Ἡ δὲ χωρεῖται ἡ θάλασσα καὶ τὰ φάρια τῆς. FABR.

(68) *Altrinsecus*. Dositheus magister : « Altrinsecus, ad invicem. » Id.

una cum populo, quem unusquisque ipsorum sue ditioni habebat subactum. Et primus quidem filius ejus, qui dicebatur Bathaias, mandatum proprii custodiens patris in progenitorum suorum terra permansit usque in praesens. Secundus vero Irajus frater, nomine Contragus, Tanahin transiens amnem ex adverso primo habitavit fratri. Quarto autem et quinto Ilstrum, id est Danubium, fluvium transmeantibus, alter eorum in Avariae Pannonia, chagano Avarum se subdens, mansit illic cum potentatu suo, alter vero haud procul ab urbe Ravenna in Pentapolim veniens sub Christianorum imperio factus est. Deinde horum tertius, Asparuch dictus, Panaprin et Danastrin transiens et Onglon odiens, boreos interiores Danubio fluvios, inter hunc et illos habitavit, tutum et difficilem ad expugnandum locum hinc inde conspiciens: dam enim esset palustris, et hinc coronatus illincque fluminibus, copiosam genti propter hostium partitionem humilitate praestabat quietem. His autem ita in quinque divisus et ad paucitatem devenientibus, exivit magna gens Chazarorum ex interiori profundo Berzillae primae Sarmatiae, et dominata est omni pervixae terrae usque ad mare Ponticum, et primum fratriem Bathaiam primae Vulgariae principem substituit, ordinatis vectigalibus, quae ab eo deferuntur usque nunc. Ast imperator Constantinus comperto quod extemplo gens sordida et immunda ultra Danubium apud Hologlon tabernaculum fixerat et appropinquantia Danubio discurrat, id est regionem quae nunc tenetur ab illis quaeque tunc a Christianis possidebatur, tristatus est vehementer, et jubet transire omnes exercitus in Thracem, et construens classem tam per terram quam per mare contra eos motus est, hos bello persequi volens, et contra Hologlon atque Danubium per Hepirum pedites in aciem dirigens, et per appropinquans litus navem adesse praecipiens. Porro Vulgares hac celeritate seu maxima multitudine visa super salute sua desperati, ad praedictum praesidium confugiunt, et sese circumquaque muniunt. Pertres autem et quatuor dies ex hujuscemodi munitione nec illis exire audentibus, nec Romanis propter adjacentium paludum occasionem praedium construendis, animadvertens polluta gens remissos Romanorum animos recreata et alacrior facta est. Porro cum imperator pedum dolorem acriter pateretur, et ad meridiem cogeretur ob balnei usum una cum quinque dromonibus et propriis hominibus suis reverti, deseruit magistratus et populum, jubens cum lanceis vibrantibus exercitari, et impetum in eos facere, et post se illos attrahere a munitione, et bellum in eos movere, si fortassis exirent: sin autem, vel obsiderent eos et observarent in munitionibus. At vero hi qui erant equestris militiae, imperatorem fugisse diffamantes metuque oppressi, eadem tergiversatione abusi sunt, nemine persequente. Porro Vulgares hoc viso insequabantur post terga ipsorum, et plures quidem gladio peremere, multos vero vulnerare, persecuti eos us-

que Danubium Quom transeantes, et venientes usque ad eam quae dicitur Barnan, circa fines Odyssei, et mediterraneo illic posito loco perspecto, quod in multa cautela consisteret, in posterioribus quidem propter Danubium fluvium, in anterioribus autem et ex lateribus ob clausuras et Ponticum mare, praesertim cum dominarentur et adjacentium Selavinorum generationibus, quae dicebantur septem, Severes quidem locaverunt ab anteriore clausura Veregaborum ad partes Orientales, in locis autem quae sunt ad meridiem et occidentem usque ad Avariam, residuas septem generationes, quae sub pacto erant. Ergo cum in his delati fuissent, elati sunt, et coeperunt ea quae sub Romana republica erant castra seu pradia destruere atque praedari. Unde vi coactus imperator pacem fecit cum eis, annua illis praebeere pacta pollicitus in confusionem Romanorum ob multitudinem delictorum. Mirabile quippe ipso auditu erat his qui longe et his qui prope degebant, quod is qui omnes tributarios sibi statuerat, tam scilicet eos qui ad eum et occasum quam illos qui ad arcum et meridiem commorabantur, ab ista detestabili gente fuerit superatus. Verum imperator ita quidem et providentia Dei hoc Christianis contigisse credens, evangelice tractans pacem fecit, et fuit usque ad obitum suum quietus a cunctis hostibus, studium habens praecipuum uniendo universas Ecclesias Dei quae ubique divisae fuerant a temporibus Heraclii principis proavi sui et Sergii vesani ac Pyrrhi, qui indignae throno Constantinopoleos praefuerunt, unam voluntatem et unam operationem in Domino Deo ac Salvatore nostro dogmatizantium. Quorum nequam opinionem subvertere satagens idem Christianissimus imperator concilio universali Constantinopoli convocato 289 episcoporum, tam dogmata quae in antecedentibus quinque sanctis et universalibus conciliis fuerant confirmata roboravit, quam primum duarum voluntatum et operationum promulgari dogma decrevit per eandem sanctam et subtilissimam universalem concilii synodum; cui praerant tam ipse piissimus imperator Constantinus quam pii principes sacerdotum. Porro per idem tempus Azid coepit esse Arabum princeps, qui tribus his praefuit annis.

Anno imperii Constantini duodecimo collecta est sancta et universalis sexta synodus Constantinopoli ducentorum octoginta novem sanctorum Patrum, praerceptione pii principis Constantini.

Mundi anno 6173, divinae incarnationis anno 673, anno vero imperii sui 13, repulit Constantinus ab imperio fratres suos Heraclium et Tiberium, et solus regnavit cum Tiberio filio suo.

Anno imperii Constantini 14 Machtar mendax dum tyrannidem exercuisset, obtinuit Persidem. Vocabat autem se ipsum prophetam, et conturbati sunt Arabes.

Anno imperii Constantini 15 Arabum princeps Maruhan anno uno praefectus est, siquidem defuncto Azid turhati Arabes Aethiopi insurrexerunt, constituentes ducem sibi Abdelam quemdam filium

Zebur, et congregati Phœnices et Palæstini Damascus veniunt, sed et usque Gabitham et Asan Amiram Palæstinæ, dantque manus dexteræ Mar-
suban et sistunt eum ducem, qui amiræ admini-
stratione fungitur mensibus novem. Quo mortuo
Abimelech filius ipsius suscipit principatum, cum
amiras fuisset annis 21 atque dimidio, aggreditur-
que tyrannos, et interfecit Abdellam filium Zuber,
nec non Dodacem.

Anno imperii Constantini 16 facta est fames at-
que mortalitas magna in Syria, gentemque Abi-
melech obtinuit. Cumque Mardaitæ partibus in-
cumberent Libani, et pestilentia teneret et fames,
idem Abimelech pacem, quæ a Maubia fuerat quæ-
sita, petivit, missis ad imperatorem legatis, ea-
demque 365 millia numismatum auri præbere pol-
licitus, et illos 565 servos, parique modo nobiles
totidem equos.

Anno imperii sui 17 requievit pius imperator
Constantinus, cum imperasset annis 17, et impe-
ravit Justinianus filius ejus. Et sciendum quia fru-
stra delire (69) garrunt quidam dicentes, post
quatuor annos factas fuisse sex synodi capitula-
res, quæ diffamatæ sunt, formas: sicut enim in
omnibus eum falsa prædicent arguuntur, ita et ex
his ostenduntur nihil dicere veritate suffultum.
Vera quippe chronica annotatio sanctum univer-
sale sextam synodum, quæ contra monothelitas
celebrata est 12 anno imperii Constantini nepotis
Heraclii, convenisse refert anno a conditione (70)
mundi 6170; et quia post hoc regnavit idem Con-
stantinus annis 5, quo mortuo monarchiam tenuit
Justinianus filius ejus annis 10. Abiecto præterea
Justiniano imperavit Leontius annis 3, et post
Leontius Tiberius, qui et Apsimar, annis 7, et
rursus Justinianus, qui pulsus fuerat, annis sex,
ut inveniri facile est ex ipsis editis formis, quæ
secundo anno extremi imperii ejusdem Rinocope-
meni Justiniani expositæ fuisse referuntur; quæ
scilicet in tertia suar im. forma his et hujusmodi
ductionibus habent; *Conspicimus eos qui se duabus
nuptiis inseruerunt, et usque ad decimum octavum
kalendas Februarias præteritis quartæ indictionis,
quæ fuit anno a creatione mundi 6199, serierunt
peccato et nec resipiscere proposuerunt, depositioni
canonicæ submittebant.* Itaque ex ipsa Chronica
annotatione patenter apparet quod collecti a san-
cta universali sexta synodo usque ad editas for-
mas anni 27 sunt, patriarcha Constantinopoleos
in sancta universali synodo sexta Georgio re-
perto annum agente patriarchatus sui tertium,
et post synodum patriarcha manente annis aliis
tribus. Post hunc vero fuere Theodori 3, et
Pauli 7, et Callinici 12, et Cyri anni 2; ita
ut colligantur etiam ex ipsis patriarchis anni 27,
ab editis autem formis usque ad quartum annum

Philippici anni 5; eodemque primo anno imperii
Philippici factum sit insanum concilium contra
sanctam et universalem sextam synodum, et
pulso Cyro sexto anno patriarchatus sui fieret
Joannes patriarcha Constantinopoleos et Andreas
metropolita Cretensis et Germanus metropolita
Cyzici, qui subscripserunt evidenter et anathe-
matizaverunt, cum omnibus qui per eadem tem-
pora fuere, prædictam contra monothelitas ce-
lebratam sanctam universalem sextam synodum;
post annos vero tres defuncto Joanne translatus
fuerit Germanus a Cyzico et patriarcha fieret
Constantinopoleos, et decimo tertio anno im-
perii Leonis expelleretur, et fieret Anastasius,
et patriarchatu fungeretur annis 24, et post
eum Constantinus annis 12, et Paulus 5, et Tara-
sius 21.

Mundi anno 6178, divinæ incarnationis 678,
anno vero imperii Iustiniani primo Abimelech
principatur Arabibus, qui præfuit his annis 22.
Theodorus autem Constantinopolitanus annis tri-
bus et Alexander Antiochenus habentur antisti-
tes. Hoc autem anno mittit Abimelech ad Justi-
nianum confirmare pacem, et convenit inter eos
hujusmodi pax, ut scilicet imperator deponeret
Mardaitarum agmen a Libano et prohiberet in-
cursiones eorum, et Abimelech Romanis tribueret
per singulos dies numismata mille et equum et
servum, et ut haberent in commune per æqua-
litatem tributa Cypri et Armeniæ ac Hiberiæ. Et
direxit imperator Paulum magistrianum ad Abi-
melech ad confirmandum ea quæ placita fuerant,
et facta est in scriptis securitas sub testium
stipulatione. Qui liberaliter honoratus reversus
est. Et mittens imperator assumpsit Mardaitarum
12000, Romaica virtute recisa; omnes enim quæ
nunc habitantur ab Arabibus in confinibus positæ
civitates a Mopsuestia et usque ad quartam Arme-
niam, infirmæ et inhabitabiles erant propter
impetum Mardaitarum, quibus repressis omnia
dira Romania passa est usque in præsentem diem.
Eodem anno mittit Abimelech Ziadum fratrem
Maubiz in Persidem contra Muctartem mendacem
atque tyrannum, et interemptus est Ziadus a
Muctarte. Quo audito Abimelech venit in Meso-
potamiam, et tyrannidem patitur a Saïdo,
quem supergressus verbo Damascum aperire
fecit a se præventam, et post hæc fraudulenter
occidit eum.

Justinianus autem cum esset junior, quasi an-
norum 16, et sua quæque inconsulte dispo-
neret, misit Leontium prætorem in Armeniam cum Ro-
maico potentatu, et Saracenis illis existentibus
interemptis subegit hanc Romanis, similiter et
Hiberiam et Albaniam, Bucandam quoque atque
Mediam, et sub tributo regionibus actis plurimas

NOTÆ.

(69) *Delire.* Fabrotus pro eo quod erat *lædere.*

(70) *Conditione.* Gregor. Tur. hist. 1: « a primi hominis conditione. » FABR.

pecunias imperatori transmisit. At vero Abimelech his cognitis adit Cercesium, et Theopolim subjugavit.

Anno imperii Justiniani secundo Paulus habetur antistes, qui septem annis throno Constantinopolitano præsedit; factaque est fames in Syria, qua de re multi Romaniam sunt ingressi. Et veniens imperator in Armeniam illic suscepit Mardaitas, qui in Libano fuerant, æneo muro destructo. Destruxit autem et pacem cum Vulgaribus fixam, perturbans typos qui a patre proprio ordinabiliter facti sunt, et jubet transire in Thracem equestres militas, volens tam Vulgares quam Selavinas prædari.

Anno imperii sui tertio movit exercitum Justinianus contra Selaviniam et Vulgariam, et Vulgares quidem ad præsens sibi occurrentes impulit. Exurgens autem usque Thessalonicens copiosas multitudines Selavinarum partim bello percepit, partim cum ad se confluerent in partibus Obsequii, cum per Abydum transfretasset, constituit. Dum autem reverteretur, in itinere præpeditus a Vulgaribus in arto clausuræ cum cæde proprii populi et vulneratione multa vix remeare prævaluit. Eodem anno et Adelatzuber Musabum fratrem suum mittit contra Muctar, et inito Marte cum eo vertitur Muctar, et fugit in Syriam; quem præoccupans interfecit. Porro Abimelech militat contra Musabum, et victum occidit, et subjugavit Persidem totam.

Mundi anno 6181, divinæ incarnationis anno 681, anno vero imperii Justiniani quarto misit Abimelech contra Zubehir chagan in Macca, et occidit eum ibidem chagan, et subdita regione chagan adversante sibi concremavit domum idoli ejus una cum idolo culturæ ipsorum. Quam ob causam ille chagan prætorem Persidis promovit, et subacta est Abimelech tam Persidis regio et Mesopotamiæ quam Armenia magna Æthribi, et per id intestina eorum bella quieverunt.

Anno imperii Justiniani quinto finem habuit et liberatus est ab omni bello Arabum principatus, et pace potitus est Abimelech, cunctis sibi subactis.

Anno imperii sui 6 Justinianus pacem, quam ab Abimelech habuit, ex amentia dissolvit. Etenim Cypriorum insula populum irrationabiliter voluit transmigrare, et characterem, qui missus ab Abimelech fuerat, cum noviter visus esset et nunquam antea factus, non admisit. Multitudo ergo Cypriorum dum transmeare niteretur, submersa est, et ex languore peribat, reliqui vero in Cyprum reversi sunt. Et auditis his Abimelech satanice simulatus rogabat ne pax solveretur, sed susciperet monetam suam, cum Arabes non susciperent Romanorum incisionem in suis nummis. Verum dato pondere auri ait: *Nullum Romanis damnum efficietur*, ex eo quod Arabes nova cuderent. At ille precem ex timore arbitratus effectam, non

perpendit quod studium eorum esset ut Mardaitarum solum compesceret primum incursus, et ita per putativæ rationis obtentum pacem dissolveret. Quod et factum est, et misit Abimelech ad ædificandum templum Machan, et voluit auferre columnas sanctæ Getsemanis. Et rogaverunt eum Sergius quidam vir Christianissimus, qui erat generalis Mansur logotheta et valde familiaris eidem Abimelech, atque patricius socius ejus, Christianis qui erant in Palestina præpositus, qui cognominabatur Clausus, postulantes ne fieret hoc, sed per supplicationes suas persuaderet Justiniano mittendi sibi alias pro eis; quod et factum est.

Anno imperii sui septimo Justinianus elegit ex Sclavis, qui se jubente migraverunt, milites triginta millia, et armatis eis cognominavit illos populum acceptabilem, principemque in eis Nebulum nomine statuit. Fesus autem in illis scripsit Arabibus non se permansurum in pace, quæ scripto convenerat. Et assumpto populo acceptabili et cunctis equestribus militis abiit Sebastopolim maritimam. Arabes autem dissimulantes, et pacem solvere minime proponentes, sed imperatoris excessu atque procacia hoc agendi violentiam patientes, armati et ipsi veniunt Sebastopolim, protestantes ne imperator, quæ invicem cum juramenti consono pacto placita fuerant, solveret; alioquin Deus vindex et judex culparum foret. Sane cum imperator nec auditu ipso hujusmodi verba percipere pateretur, illi pacis et verbi scriptum solventes et in excelsa hasta pro vexillo procedendi gratia suspendentes, contra Romanos impetu irruunt, Muamed ducem habentes, bellumque taliter inierunt. Et prius quidem superati sunt Arabes. Suggestens interea Muamed auxilianti Romanis Sclavorum duci mittit ei marsupium numismatibus plenum, multisque repromissionibus hunc seducens persuadet ad se fugere cum viginti millibus Sclavorum, et sic fugam Quiritibus acquisivit. Tunc imperator occidit horum residuos una cum liberis et uxoribus trans præcipitium locum Leucatium dictum, qui maritimus erat juxta Nicomediensem sinum positus.

Anno imperii Justiniani octavo Sabbas patricius Armeniæ, comperta superatione Romanorum, Armeniam Arabibus tradidit, et subjecta est eis interior Persis, quæ dicitur Chersa. Et oritur ibidem insidiator nomine Sabinus, qui multos Arabum interfecit, sed et ipsum chaganum prope modis omnibus in amne necavit. Ex tunc ergo per amplius Agareni temerarii facti Romaniam depopulabantur.

Mundi anno 6186, divinæ incarnationis anno 686, anno vero imperii Justiniani 9 Callinicus habetur Constantinopolitanus antistes, qui 12 præfuit annis Ecclesiæ. Hoc etiam anno defectio est solis effecta hora diei tertia, ita ut quædam claræ stellæ parerent. Et exercitum movit Moamed contra Ro-

maniam habens secum profugos Sclavos utpote ex-
 pertes Romanæ, et multos duxit captivos. Porro
 Justinianus diligentiam circa palatii habens nego-
 tia construxit triclinium, quod Justiniani vocatur,
 constituitque Stephanum Persam, sacellarium suum
 et apadonum primum, dominum et arbitrum, nimis
 insidiantem sanguini atque crudelem, qui immise-
 ricorditer exteriores quosque verberare, sed et la-
 pidare tam ipsos quam horum prælatos (71) penitus
 non cessabat. Cumque imperator quadam die pro-
 fectus fuisset, præsumpsit agrestis ista bestia et
 matrem quoque ipsius Anastasiam Augustam ha-
 benis more pueri flagellare. In his autem et in om-
 nem civilem copiam multis malis ostensis exoritur
 fecit cunctis imperatorem. Similiter et in genera-
 lis logothesi rebus constituit monachum quemdam,
 Theodorum nomine, qui prius inclausus fuerat in
 Tharsensibus angusti partibus, sed et ipsum sa-
 vissimum et crudelem nimium existentem, qui plu-
 rimos reipublicæ principes et illustres viros, non
 tantum ex ordinatoribus sed ex urbis habitatori-
 bus, frustra et in vanum et inexcessibiliter exaction-
 es et functiones ex proscriptioe exsolvere fa-
 ciens suisque hos suspendens patrum summo
 afflicebat. Insuper et præfectus, imperialia juri-
 sictione plurimos viros carceribus tradens per aliquot
 annos servari mandavit. Hæc omnia crescere fecerunt
 odium populi circa imperatorem. Præterea
 imperator exigebat a Callinico patriarcha orationem
 faciendi, ut destrueret ecclesiam sanctæ Dei Geni-
 tricis, quæ metropolitæ dicebatur, juxta palatini
 sitam, volens in loco sistere phialam et bases con-
 struere vulgi Venetorum, ut illic imperatorem sus-
 ciperent. At vero patriarcha dicebat : *Orationem*
quidem ad statuendam ecclesiam habemus, in de-
structionem vero ecclesiæ non suscepimus. Cogente
 autem eum imperatore, et omnimodis exigente
 orationem, dixit patriarcha : *Gloria Deo qui ju-*
giter sustinens patitur, nunc et semper et in sæcula
sæculorum. Amen. Quo audito destruxerunt eccle-
 siam et fecerunt phialam. Porro jam dictam eccle-
 siam metropolitæ fecerunt apud Petrin.

Anno imperii Justiniani decimo aciem direxit
 Muamed adversus quartam Armeniam, et captiva-
 tis multis reversus est. Eodem quoque anno Ju-
 stinianus ab imperio pulsus est hoc modo. Jussit
 Stephano patricio et prætori, cognomento Ruflo,
 noctu interficere vulgus Constantinopolitanum, a
 patriarcha inchoaturo. Leontius vero patricius et
 quondam magister militum Orientalium, qui in
 bellis sæpe probabiliter gesserat et tres in custo-
 dia transegerat annos accusatus, ex templo revoca-
 tus et prætor Helladis promotus est : jussus autem
 est in tres imitti dromones eademque die ab urbe
 moveri. Nocte vero penes Julianesium portum So-
 phiæ, juxta ea quæ dicuntur Mauri ætum, ad iter

A agendum ab urbe motus statione fixa vale dicebat
 amicis, qui ad se veniebant. Inter quos ad eum
 venerunt germani quoque sodales ejus, Paulus scilicet
 monachus Callistrati, qui et astronomus, et
 Georgius Cappadox, qui et elusiarches extiterat,
 deinde monachus factus et hegumenus Flori, qui in
 custodia frequentius illum visitantes affirmabant
 eum imperatorem Romanorum futurum. At vero
 Leontius dixit ad eos : *Vos certum in custodiam su-*
per imperio me fecistis, et nunc vita mea in malis
finitur, postmodum quippe meam ero per singulas
horas præstolans mortem. Qui dixerunt : *Ipsæ ne*
pigrileris, et hoc protinus adimpletur. Audi nos tan-
tum, et sequere nos. Et assumptis Leontius homi-
 nibus suis, et armis quotquot habuit, ascendit in
 prætorium silentio multo ; et pulsantes portam im-
 peratorem venisse fingebant ad disponendos quos-
 dam, qui illuc esse noscerentur. Cumque hoc nun-
 tium fuisset præfecto, qui tunc erat et ille concite
 venisset et portas aperuisset, capitur a Leontio, et
 alapis cæsus ligatur manus et pedes. Ingressus au-
 tem Leontius, et carceribus reseratis, solutisque
 viris reclusis multis et fortibus, qui sex et octo
 annis in vinculis fuerant, quorum plures nobiles
 erant, hos armavit, et in forum exivit cum eis
 clamans : *Quotquot Christiani, ad S. Sophiam.* Et
 mittens per omnem regionem voce sua clamare
 præcepit. Multitudo vero civitatis tumultuata cele-
 riter ad luterem ecclesiæ congregata est. Ipse vero
 cum duobus monachis amicis suis et quibusdam
 ex clarioribus viris, qui ex custodia sunt egressi,
 patriarchum ascendit ad patriarcham. Inveniens
 autem et ipsum propter illa quæ jussa sunt patri-
 cio Stephano Ruflo turbatum, persuadet et descen-
 dere ad luterem, et clamare sic : *Hæc dies quam*
jecit Dominus. Universa vero multitudo levaverunt
 vocem : *Effodiantur ossa Justiniani,* et ita in hip-
 podromium omnis cucurrit populus. Cumque dies
 facta fuisset, educunt Justinianum in hippodro-
 mium, nasoque ipsius et lingua recisa exsulem
 faciunt apud Chersonam. Porro comprehensum
 turba Theodotum monachum et generalem logothetam
 atque Stephanum sacellarium Persam, viri-
 busque retrorsum hos ligatos trahunt per mediam
 plateam, et ad bovem deductos incenderunt, et ita
 Leontium imperatorem laudaverunt.

Anno imperii sui primo Leontius cum regnare
 cepisset, undique pacifice mansit, tribusque annis
 imperium rexit.

Anno imperii Leontii secundo movit exercitum
 Senalidus in Romaniam, et multis duetis captivis
 reversus est ; seditioneque Sergius concitata, pa-
 tricius Lazicæ, hanc Arabibus subdit.

Anno vero imperii Leontii tertio acie Arabes in
 Africam mota hanc obtinuerunt, et ex proprio exer-
 citu taxatos in ea quosdam constituerunt. Quibus com-

NOTÆ.

(71) *Prælatos.* Qui eis præerant ; hinc prælatio προπαλας apud vet. int. epist. ad Antiochenos, quæ
 S. Ignatio ascribitur. FABR.

Leontius mittit Joannem patricium, virum idoneum, cum omnibus Romanis classibus. Qui cum Carthaginem pervenisset, et bello catenam portus ejus aperuisset, inimicosque in fugam vertisset, hos viriliter insecutus universa liberavit Africa castra, relictisque propriis observatoribus hæc imperatori suggestit, ibidemque hiemavit jussionem præstolatus ab eo. At vero protosymbolus his compertis copiosum et potentiorum adversus eos stolum transmittit, et prædictum Joannem cum stolo ipsius bello a portu depellit, et exterius hostiliter castra metatus est: prædictus vero Joannes ad Romaniam repedavit, majorem virtutem ab imperatore accipere volens, et venit usque ad Cretam, principem aditurus. Exercitus autem per majores suos ad imperatorem ascendere nolens (obtinuerat enim eos timor atque confusio) ad consilium sese nequissimum contulit. Et huic maledixerunt, eligentes imperatorem Absimarum drungarium Cilyreorum apud Curiositas habitum, hunc Tiberium nominantes. Itaque Leontio apud Constantinopolim posito et Neoresium portum emundante, bubonis pestis urbi incubuit, et in quatuor mensibus multitudinem plebis consumpsit. Venit autem Absimarus una cum stolo, qui secum erat, et applicuit ex adverso civitatis in Syces. Per aliquantum sane temporis civitate prodere volente Leontium, proditio facta est per singularem murum Blachernarum a principibus exteris, quibus claves terreni muri cum horribili iurejurando creditæ fuerant: isti namque per insidias tradiderunt urbem. Porro ingressi classium milites civium domos, denudaverunt in his habitantes. At vero Absimarum Leontium quidem naso reciso in monasterium Dalmati sub custodia fore præcepit, principes autem et amicos ejus, utpote commorientes ei, caros atque proscriptione damnatos exsilio relegavit. Heracliumque germanum fratrem suum, ut virum vehementer idoneum, singularem prætorem omnium exteriorum equestrium exercituum promotum in partes Cappadociæ ac clausurarum discurrere contraque hostes curam et dispositionem facere misit.

Mundi anno 6191, divinæ incarnationis anno 691, anno vero imperii Absimari primo, qui septem circiter imperavit annis, tumultuatus est Abderachman in Perside, et dominatus est ei, et persecutus est ab ipsa chagan.

Anno imperii Absimari secundo Romani per Syriam peragrantes, et venientes usque ad Samosatium, et depredantes circumquaque regionem, multos occiderunt, millia videlicet Arabum, ut ferunt, ducenta, plurimisque spoliis sumptis et captivazione Arabum multa reversi sunt, timore magno in eos patrato.

Anno imperii Absimari tertio exercitum movit

A Abdelas in Romaniam, et expugnans Tarentum nihilque proficiens rediit, ac ædificavit Mopsuestiam, et posuit in ea custodes.

Anno imperii Absimari quarto Baanes cognomento Eptademon quartam Armeniam Arabibus subdidit. Absimarus vero Philippicum, filium Nicephori patricii, in Cephaleniam exsulem misit ut imperandi somnio venundatum: asserebat enim se in somnis vidisse quod caput suum obumbraretur ab aquila. Quibus imperator auditis hunc protinus exsilio relegavit.

Anno imperii Absimari quinto seditionem concitaverunt principes Armeniæ contra Saracenos, et eos qui erant in Armenia peremerunt, et iterum ad Absimarum mittunt, et Romanos in regionem suam adducunt. Porro Muamed acie adversus eos directa multos occidit, et Armeniam Saracenis submitit, optimatesque Armeniorum evacervatis in uno loco viventes incendit. Per idem vero tempus exercitum movit Azar in Ciliciam cum decem millibus: cui cum obvius occurrisset Heraclius frater imperatoris, plurimos eorum occidit, res duos vero victos imperatori transmisit.

Anno imperii Absimari sexto Azidus Cunei aciem contra Ciliciam movit, expugnansque Sisvi castrum.... Heraclius imperatoris frater obtinuit, et bellum in eum aggressus Arabum duodecim millia necat. Interea Justinianus cum penes Chersonam degeret et se iterum imperaturum concionatus denuntiaret, accolæ locorum eorundem discrimen ex imperio provenire metuentes, consiliati sunt hunc interficere vel certe imperatori transmittere. Ipse vero cum id sensisset, potuit effugere, et Daras adiens Chazarorum se poposcit chagani obtutibus præsentari; qui cum rei circumstantiam didicisset, suscepit eum cum honore ingenti, et tradidit illi in uxorem Theodoram germanam sororem suam. Post modicum vero temporis prece oblata chagano descendit in Phenagoriam, et illic degebat cum Theodora. His auditis Absimarus mittit ad chaganum, promittens ei præbere munera multa, si Justinianum sibi duntaxat vivum transmitteret, sin autem, caput eius. Cedens ergo chaganus hujusmodi petitioni, custodiam ei misit, ne quasi a contri-
bulibus suis insidias pateretur, mandans Papatzin, qui erat illic in personæ suæ vice (72) deputatus, et Balgitzin principem Bospori, ut cum renuntiatio foret, eundem trucidarent Justinianum. His autem per servum chagani Theodoræ nuntiatis et Justiniano patefactis, convocatos jam dictos Papatzin et Balgitzin principem ad colloquendum secreto chorda strangulati curavit, confestimque Theodoram in Charzariam mittit, et ipse a Phenagoria clam fugiens Tomen descendit, et inventa nave parata ascendit in eam, et navigans juxta lit-

NOTÆ.

(72) In personæ suæ vice. Ἐκ προσώπου αὐτοῦ. Glossarium Nonicum: βικάρτος ὁ ἐκ προσώπου. Anastasius in Collat. S. Max.: «ex persona, ut dixit,

Petri Cypolitani præsulis missus. » Hist. tripart. 7, 3: « convenientes ex persona episcoporum. » FABR.

tora venit usque ad Symbolum juxta Chersonam, A
ad quam mittens occulte tulit Basbacurium et fra-
trem ejus, Saliban quoque ac Stephanum et Moro-
paulum una cum Theophilo. Qui cum navigasset
cum eis, Chersonis pharum transivit, sicque de-
num transfretantes Necropyla seu ostia Danapri
ei Danistri, tempestate facta, super salute sua de-
esperati sunt omnes. Myaces vero, familiaris homo
ipsius, dixit ei : *Ecce morimur, domine. Vove Deo
pro salute tua, ut si Deus imperium tibi tuum red-
diderit, in nullum tuorum ulciscaris inimicorum.* At
ille respondens in furore dixit : *Si pepercero cui-
quam ipsorum, hoc in loco Deus me demergat.* Et
sine periculo ab aestu illo exivit, et introivit in
Danubium amnem. Cum autem misisset Step-
hanum ad Terbellin dominum Vulgariz, ut sibi auxi-
lium præstaret ad obtinendum parentale imperium
suum, repromisit ei plurima se dona daturum et
filiam ejus in mulierem accepturum ipsique in cun-
ctis obediturum et concursurum, jurejurando pol-
licitus. Quo ille cum ingenti honore suscepto, com-
movet universum sibi suppositum populum, Vul-
garum scilicet, atque proximo anno ad regnantem
urbem venerunt.

Anno imperii Absimari septimo mortuus est
Abimelech Arabum princeps, et tenuit Vhaled filius
ejus principatum : eodem quoque anno cum Justi-
nianus ad regiam civitatem venisset una cum
Terbelli et subjectis Vulgaribus, castra metatus est
ad portam Charsii et usque Blachernas. Et per
tres dies alloquentes eos qui erant in urbe, con-
vicliis debonestabantur ab illis, qui eorum saltem
nec verbum admittebant. At vero Justinianus cum
paucis contribulibus, bello excepto, per aquæ-
ductum ingressus et tumultum excitans fodiendo
urbem obtinuit, et post paululum tabernacula in
palatio Blachernarum tetendit.

Imperat itaque denuo Romanis Justinianus an-
nis sex : Arabum vero princeps efficitur Vhalid
annis novem. Constantinopolitanus episcopus ha-
betur Cyrus, qui sex præsedis annis Ecclesiæ; de
quo dicitur inferius.

Igitur anno imperii sui primo idem, quo impe-
rium suum recepit Justinianus, multa dona Terbelli
tribuens, simul et regalia vasa, dimisit eum in
pace. Cæterum Absimarus urbe relicta Apollonia-
dem fugiens adit : insecutionem tamen perpassus
apprehenditur et ad Justinianum deducitur. Porro
Heraclius a Thracæ vinctus adductus est cum om-
nibus qui ei opitulabantur ; quos in muro omnes
suspendio interfecit. Cum autem et ad Mediterranea
destinasset, plurimos ex eis inventos, tam actores
quam privatos, similiter interemit. Porro Absima-
rum atque Leontium vinctos catenis per totam
urbem pompis fecit dehonestari. Cumque ludi
equestres agerentur ipseque in solio resideret,
ducti sunt publice tracti et projecti proni ad pedes

ejus ; quorum ille colla usque ad solutionem prin-
cavii (73) calcavit, universa plebe clamante : *Su-
per aspidem et basiliscum ascendisti, et conculcasti
leonem et draconem.* Et ita hos destinatos in vi-
vario animantium capiti animadversione punivit.
Callinicum vero patriarcham ablatis oculis apud
Romam exsilio relegavit, et pro eo Cyrum, qui in
insula fuerat inclusus Amastridis, tanquam eum
qui prænuntiaverat sibi prioris restitutionem im-
perii, surrogatum provexit. Innumerabilem quoque
multitudinem, tam ex civili quam ex militari ca-
talogo, perdidit. Multos etiam in saccos missos
amara fecit morte necari. Alios autem, cum ad
prandium vel cœnam accubitaret, mox surgebat;
partim suspendio, partim occisione perdebat. Et
hinc magnus timor obtinuerat omnes. Misit inferen-
classem ad ducendam a Chazaria uxorem suam,
et multæ cum suis viris scaphæ demersæ sunt;
Quo audito chaganus significat ei dicens : *« O in-
sensate, nonne oportebat te in duabus vel tribus sca-
phis accipere mulierem tuam, et non tantam occidere
multitudinem? An putas quod et hanc Marte perci-
pias? Ecce peperit tibi et filium. Mitte ergo et accip-
illos. »* At ille misso Theophylacto cubiculario
duxit Theodoram et filium ejus Tiberium, et coro-
navit eos, et imperare simul cum ipso.

Anno imperii Justiniani secundo Joannes Hiero-
solymitanus, qui per triginta annos Ecclesiæ
præfuit, habetur antiſtes ; eodemque anno Vha-
lid surripuit ecclesiam catholicam Damasci livor-
pestifero in Christianos habito, stimulatus propter
eminentem tanti puchritudinem templi, et prohib-
uit scribi Græce publicos logothesi codices,
sed in Arabicis annotari sine computo, quoniam
impossibile est illorum lingua monadem vel duali-
tatem aut trinitatem aut octo et dimidium aut tria
scribi, propter quod et usque hodie sunt cum eis
notarii Christiani.

Mundi anno 6200, divinæ incarnationis anno 700,
anno imperii sui tertio Justinianus pacem inter
Romanos et Vulgares evertit, et equestres milicias
in Thracem transire faciens classibus constructis
contra Vulgares et Terbellin properavit. Cum
autem venisset ad ripam, navigium quidem ante
castrum applicare fecit, equites vero in superie-
ribus campis sine custodia et omni suspicione
castra metari præcepit. Populo autem sicut ovi-
bus per campos ad legendum fenum disperso,
viderunt exploratores Vulgariz vanam Romano-
rum dispositionem, et coacervati ut seræ subito
irruerunt, et vehementer consumpserunt Romai-
cum ovile, multam prædam, et equos et arma, ex-
ceptis his qui perempti sunt, accipientes. Porro
Justinianus cum ad castrum fugisset cum his qui
evaserant, per tres dies portas clausit et obseratas
tenuit, vidensque Vulgarum perseverantiam, ipse
primus equi sui nervos incidens omnes id ipsum

NOTÆ.

(73) *Bravii, βαλίου.* Fortasse legerat Anastasius *βραβείου*. Est autem *βραβείον* palma.

facere jussit. Armis autem bellicis supra murum positis, noctu in scaphas ascendens latenter enavigavit, et cum confusione venit ad urbem.

Anno imperii Justiniani quarto exercitum movit Masalmas adversus tyrannum propter indignationem exercitus una cum Mauhiua per Maurinianum occisi; et hanc obsidentes hiemaverunt ibidem. Ad quos mittit imperator duos prætores, Theodorum Carterucam et Theophilatum Saliban, cum exercitu et agresti populo rusticam operam daturum ad debellandum eos et insequendum. Ipsi vero ad contentionem in alterutrum venientes, et inordinate in eos congressi, vertuntur, et multa millia perierunt, et captivi multi ducti sunt. At illi sarcina eorum et escis abreptis obsederunt, quousque civitatem ceperunt: defecerant enim illis escæ, ac per hoc recessuri erant. Porro viri Tyanenses his visis desperati acceperunt verbum indemnitate suæ, et exierunt ad eos, et derelicta est civitas deserta usque in præsentem diem. Verum illi non servantes verbum hos in eremum exsules transmiserunt, et multos ex his servos reliquerunt.

Mundi anno 6202, divinæ incarnationis anno 702, anno vero imperii Justiniani quinto movit exercitum Abas contra Romaniam, et multis in captivitate ductis rediit, et cœpit ædificare Garis in regione Eupoleos.

Anno imperii Justiniani sexto movit exercitum Uthman contra Ciliciam, et multa castra verbo accepit. Proditum autem est ei et Camachum cum adjacentibus sibi locis. Interea Justinianus stolo copioso armato Maurum patricium misit Chersonem una cum Stephano patricio cognomento Asinicto, malorum memoria succensus insidiarumque recordatus contra se a Chersonitensibus et a Bosphorianensibus ac reliquis climatibus effectarum, omnes naves, dromones videlicet, trieres et scaphas, chimeras ac lintres usque ad chelandia, per collationem ab unoquoque habitantium urbem, senatorum scilicet et ergasteriacorum et plebeiorum ac omnis officii, collegit. Quibus missis præcepit omnes habitantes in castris illis gladio interficere et neminem vivificare, tradens eis et Heliam spatharium, qui deberet princeps Chersonis constitui. Qui Chersonem pervenientes, nemine sibi resistente, castra ceperunt et omnes gladio interfecerunt, exceptis infantibus, utpote parvulis his parcentes et sibi hos in servitium reservantes. Tudunum autem principem Chersonis, qui ut ex persona chagani erat, et Zoelum, qui ex linea et genere primus civium habebatur, atque alios quadraginta illustres seu primores Chersonis una cum familia ipsorum vincios ad imperatorem miserunt. Alios vero septem ex primoribus Chersonis in verubus ligneis igni applicantes assaverunt; alios etiam viginti post tergum

A horum brachiis vinctis ad lora navis alligantes, et lapidibus hanc implentes, in profundum miserunt. His autem Justinianus compertis, pro salute puerorum sæviens, jussit eos ad se quantocius advenire. Cum autem stolis mense Octobrio motus et in pelago præoccupatus esset in astri ortu quod Artura dicitur, pene totus demersus est. Sane numerata sunt eorum qui naufragio periere millia septuaginta tria. At vero Justinianus his agnitis non est tristatus, quin potius gaudio repletus. Et hujusmodi adhuc vesaniæ deditus, clamore magno minitans iterum alium stolum mittit, et arari atque ad pavementum illidi, universos usque ad mingentem ad parietem jussit. Audierunt hæc qui erant ex castris illis, et sese munierunt, B coactique contra imperatorem sapere miserunt ad chaganum in Chazariam, petentes populum ad custodiam sui. Verum inter hæc erigitur et Helias spatharius et Bardanes exsul, qui tunc fuerat a Cephallenia revocatus eratque cum classe apud Chersonem. Porro imperator his cognitis misit cum paucis dromonibus Georgium patricium cognomento Syrum, et generalem logothetam, et Joannem præfectum, atque Christophorum turmarchen Thracensium cum tercentum armatis, tradens eis Tudunum ac Zohelum, qui deberent Chersoni restitui, secundum quod antea fuerant, ad rationem reddendam chagano per apocrisarium, ducendosque ad se Heliam atque Bardanium. Quibus transmeantibus in Chersonem, his Chersonitæ rationem reddere dedignati sunt. In crastinum vero solos hos cives ingredi exhortati portas clausurunt, et generalem quidem logothetam una cum præfecto gladio trucidarunt, Tudunum vero cum Zohelo et jam dicto turmarcha una cum trecentis militibus Chazaris tradiderunt et ad chaganum mittere curaverunt. Tuduno autem in itinere mortuo, Chazari in susceptionem eum occiderunt turmachem una cum 300 militibus. Tunc hi qui Chersonis erant cæterorumque castrorum, Justiniano quidem mala imprecari sunt, Bardanium vero Philippicum, qui illic fuerat exilio relegatus, etiam ut imperatorem laudibus extulerunt. His compertis Justinianus, et peramplius insaniens, filios quidem Helie spatharii in matris sinu peremit, hanc autem coegit conjungi proprio coquo, qui erat genere Indus. Sicque alio navigio constructo Maurum patricium Besum dirigit, traditis ei ad civitatem expugnationem machinis et ariete omnique ad urbis exterminium instrumento, mandans illi muros quidem Chersonis omnemque urbem ad terram prosternere, nullam vero animam ex ipsa vivificare, crebriusque quæ a se agerentur suggestionibus intimare. Hoc autem transmeante, perque arietem turrem quæ dicebatur Centinarisia, simul et proximam ejus Syagrium vocatam deponente, Chazarisque pervenientibus factæ sunt induciæ belli. Bardanius autem fugiens ad chaganum pergebat. Cum vero

mittentes spatharium prodero, plurima xenia perceperunt ab eis. Et plures missos denuo mittunt, simul etiam cum quantitate auri ad recipiendum spatharium. Alani vero spathario aiunt: *Homines isti, et quemadmodum prædiximus, ad te recipiendum venerunt, et Abasgia te præstolatur. Et quoniam proximi sumus eis, negotiatores euntes ad illos non deficiunt. Ergo ne prodas eis consilium nostrum. Trademus te manifeste, et cum nos moti recesserimus, mittemus occulte post tergum, et illos quidem occidemus, te autem occultabimus donec coarctetur populus noster et concorditer ingrediamur terram ipsorum. Quod et factum est. Comprehenso denique missi Abasgorum spathario cum hominibus ejus vincientes eum abibant. Dein retrovenientes Alani cum Hictaxi domino suo occidunt Abasgos, spatharium occultantes; et electis militibus motus est in Abasgiam, et insperate clausuræ eorum ingressus multam in Abasgos prædam et exterriniam operatus est. Quibus auditis Justinianus, et comperto quod etiam sine pecuniis præcepta sua sunt acta, mittit litteras ad Abasgos, quia Si salvum, inquiens, spatharium nostrum custodieritis et per vos illasum transire permiseritis, omnes excessus vestros vobis ignoscimus. At illi cum gaudio his receptis miserunt denuo in Alaniam perhibentes: *Dabimus vobis obsides filios nostros, et date nobis spatharium, ut mittamus eum ad Justinianum. Verum spatharius hoc admittere noluit, asserens: Valet mihi Deus aperire ostium exeundi: nam per Abasgiam non exeo.* Post aliquod vero tempus cum exercitus Romanorum et Armeniorum ingressi essent in Lazicam et Artheopolim expugnarent, Saracenorum audito adventu recesserunt. Separati vero ex eis usque ad ducentos ascenderant in partes Apellia atque Caucaseorum montium deprædantes. Saracenis sane ad Lazicam venientibus fuga lapsus Romanorum Armeniorumque populus Phasin remeans adiit. Ducenti vero illi remanentes in Caucasia stetero montibus, latrocinantes et sui desperationem patientes. Quo comperto Alani arbitrati sunt multitudinem Romanorum in Caucaseis montibus esse, gaudentesque aiunt spathario: *Romani appropinquant: perge ad eos.* Assumptis ergo spatharius Alanis 50 transiit cum cyclopedibus Maio mense Caucaseos montes, et invenit eos; unde multum gavisus sciscitabatur ubinam esset populus. Qui dixerunt: *Saracenis irruentibus in Romaniam reversi sunt. Nos autem non valentes in Romaniam ire, ad Alaniam venimus.* Et dixit ad eos: *Quid faciemus modo?* Qui dixerunt: *Per regionem istam impossibile est transire nos.* At vero spatharius ait: *Non est possibile per aliam exire?* Castrum ergo erat illic eognominatum Sindirum, in quo loci servator habebatur quidam Pharasmanius nomine, sub ditone Saracenorum consistens et pacem cum Armeniis habens. Mittens itaque spatharius significat ei dicens: *Quandiu pacem cum**

*Armeniis habes, paciscere et mecum, et esto sub regno meo, et da nobis auxilium descendendi ad mare et transeundi ad Trapezuntensium loca. Eo vero patrare hoc non proponente, mittit spatharius unum ex hominibus suis et Armenios, præcipiens eis ut facerent occultationem. Et cum exierint, inquit, e castro ad laborem, capite ex eis quotquot poteritis, portasque tenete ab his qui foris sunt, donec et nos perveniamus. Quibus abeuntibus et facientibus occultationem, cum populus esset ad laborem egressus, subito irruentes et portam tenuerunt et multos ceperunt. Cum autem Pharasmanius in castro cum paucis mansisset, pervenit etiam spatharius, et prælocutus cum Pharasmanio ut aperiret cum pace, noluit, sed coarctavit bellum. Verum cum castrum munitum esset capere id minime potuerunt. Marinus vero primus Absiliensium cum didicisset quod castrum expugnaretur, timore detentus est, existimans multum esse cum spathario populum, et sumptis secum trecentis abijt ad spatharium dicens: *Ego te salvum ducam usque ad maritimam.* At vero Pharasmanius visa necessitate ad spatharium dixit: *Sume filium meum obsidem, et profiteor imperio decervire.* Qui recepto nato ejus dicit ei: *Qualem servum te ipsum perhibes, quia inclusus cum sis loqueris nobis? impossibile nobis est discedere, donec castrum capiamus.* Tunc dixit Pharasmanius: *Da mihi verbum.* At vero spatharius dedit ei verbum nihil ei nocendi, sed cum triginta, qui una secum ingrediebantur, dicens: *Mox ut ingressi fuerimus, tenete portas, et introeant omnes.* Et hoc facto rediit missurus ignem in castro. Cum autem factum fuisset incendium vastum, exiere familie, quidquid poterant gestare rapientes ex bonis suis. Et transactis aliis triginta diebus destruxit muros usque ad terram, et motus descendit in Dapilliam cum Marino primo eorum, suscepto a Dapsiliensibus cum ingenti honore. Indeque abiens ad maritimam remeavit, et venit ad Justinianum. Præterea Justiniano interempto et Philippico viru oculorum orbato imperat Artemius, qui provexerat cum prætorem Orientalium. Cum vero Theodosius imperasset, et pulsus Artemius exstisset, Romanorumque res publica esset confusa tam ex Barbarorum incursu quam ex Justiniani homicidiis et Philippici scelestis actibus, hic Leo simulabatur et pro Artemio expugnabat, Theodosio adversatus, quin ut verum dicatur ad se ipsum imperium transferre decertans; quod et fecit. Habebat autem concordantem et concurrentem sibi Artabasdum, Armeniacorum prætorem, quem et generum sibi, postquam regnavit, Annæ filie suæ conjunctum effecit, promovens illum et constituens curopalaten.*

Interea Masalmas cum in Asia hiemasset, præstolabatur Leonis promissa. Cumque nil a Leone recepisset, et comperto quod illius esset ab ipso, adiens Abydum rursus transivit populum copio-

sum in Thracem, et contra regiam urbem commo-
tus est, scribens et ad Sulehiman protosymbolum
quo veniret una cum præparatis classibus. Porro
19 kal. Septembrias obsidere cœpit urbem Masal-
mas, depopulatus Thracia quoque castella. Cir-
cumvallato vero terreno muro foderunt in circuitu
foveam prolixam et magnam, et super eam sicci
lapidis materiam posuere. Kalendis autem Septem-
briis primæ indictionis ascendit impugnator Christi
Sulehiman cum stolo et amereis suis, habens miræ
magnitudinis naves, et scaphas sumptus ferentes,
et dromones numero mille et octingentos, et fixit
stationem a Magnaura usque ad Cyclobium. Post
duos sane dies austro flante inde profecti navigio
venerunt ad urbem, et quidam eorum ea loca quæ
dicuntur Eutropii et Anthemii transmearunt, qui-
dam autem ad partes Thracæ a castello Galati et
usque ad Didium applicuerunt. Verum grandibus
illis navibus ex onere aggravatis atque retardatis,
dorsi custodes usque ad viginti scaphas remanse-
runt, habentes centenos lorîcatis ad has custodien-
das. Præterea serenitate, quæ has in reumate com-
prehendit, effecta, et augusto (75) modicum flante
ad exteriora impulsæ sunt. Imperator vero protinus
igniferis navibus contra eas directis ab Acropoli
has divina ope igne consumpsit: et aliæ quidem
ex his ad ripæ muros projectæ sunt, aliæ vero una
cum hominibus in profundum demersæ sunt, porro
aliæ usque ad acutam et latam insulam consumptæ
portatæ sunt. Hinc ergo qui erant ex urbe fiduciam
perceperunt. Ast hostes magno pavore concussi
sunt, humidi cognoscentes efficacissimam ignis
operationem. Volebant enim eadem die vesperi
ad ripæ muros applicare stationem et temones tur-
pæ propugnacula imponere. Sed consilium eorum
dissipavit omnipotens Deus per intercessionem
castissimæ Dei Genitricis. Eadem vero nocte impe-
rator catenam a locis Galati secreto (76) removit.
Inimici autem æstimantes quod volens eos decipere
hanc removerit Imperator, non ausi sunt intrare
usque ad ea quæ dicuntur Galati, vel applicare,
sed navigantes ad sinum Sosthenii illic munierunt
navigium suum. Sane octavo idus Octobrias mori-
tur Sulehiman dux eorum, et amere sumit officium
Humar. Cum autem hiems in Thracæ valde gravis
accessisset, adeo ut terra non pareret a nive, quæ
in crystallum versa esse videbatur, multitudo equo-
rum et camelorum cæterorumque animantium ini-
micorum mortua est. Porro vernali tempore venit
Suphiam cum stolo, qui fuerat Ægypti constructus,
habens naves frumentum ferentes 400 et dromones.
Comperta Romaici efficacis ignis transeurrit Bi-
thyniam, et in contra transiens ad portum boni
Agri applicuit. Post paululum autem venit et Hlizid
cum alio stolo, qui fuerat constructus in Africa,

A habens et ipse naves 360 et armamentum et sum-
ptus. Similiter et ipse cum eadem de humido igna
didicisset, applicuit penes Sataron et Brian et usque
ad Cartam portum. Ægypti vero harum duarum
classium apud se noctu consiliati, navium frumenta
ferentium sublatis lintribus ad urbem fugerunt,
Imperatorem laudantes, ita ut ab Hieria usque ad
urbem ligneum videretur maro. Comperiens autem
per eos Imperator de absconditis in sinu duabus
classibus, siphonibus igniferis constructis in drom-
ones atque dieres hos immittens contra duas
classes direxit. Deo autem cooperante per inter-
cessionem intemeratæ Dei Genitricis protinus de-
mersi sunt inimici, et assumptis spoliis et expensis
eorum hostri cum gaudio et triumpho reversi sunt.
B Adhuc autem Mardasan iterum a portis cum exer-
citu Arabum usque ad Nicæam et Nicomediam
discurrente, principes regni, qui in Libo et Sophone
more Mardasitarum absconditi erant, simul et pe-
dites, in hos simul irruentes et diversis damnis
afficientes illuc fugere compulerunt, et de cætero
modico meabilis freti aditu invento ab urbe che-
landia exeuntia plurimas expensas ferebant. Simi-
liter autem et piscatoriæ naviculæ, tam in insulis
quam in locis circum muros civitatis positæ, ca-
pere pisces non prohibebantur. Præterea fame ma-
gna Arabibus innixa omnia moriebantur, et anima-
lia sua comedebant, equos videlicet, asinos et
camelos. Aiunt autem quidam quod et homines
mortuos, quin et stercus suum in clibanum missum
atque conspersum ederent. Incubuit autem in hos et
pestilens languor, et innumerabiles ex eis perierunt.
C Porro concervavit in eos bellum etiam Vulgarum
gens, et ut aiunt qui hoc certius norunt, viginti
duo millia ex Arabibus occiderunt, et multa tem-
pore illo eis acciderunt atrocita, ita ut experimento
discerent quia Deus et sanctissima Virgo Deique
Mater hanc muniunt urbem et Christianorum im-
peratorem, et non est omnimoda dimissio Dei in
his qui invocant eum in veritate, licet ad modicum
quid castigemur propter peccata nostra.

D Mundi anno 6210, divinæ incarnationis anno 710,
anno vero imperii Leonis secundo, dux Arabum
habetur Humar, qui eis duobus præfuit annis. Eo-
dem quoque anno Sergius protospatharius et præ-
tor Siciliæ, audito quod Saraceni obsiderent re-
giam urbem, coronavit illic proprium imperatorem
virum Constantinopolitanum, ex hominibus suis,
filium Gregorii Onomaguli, Tiberium mutato no-
mine vocitatum, qui fecit promotiones et suos
principes prædicti consilio Sergii. Ast Imperator
his auditis misit Paulum proprium suum chartula-
rium, hunc patricium ordinatum et prætorem Si-
ciliæ, datis in auxilium ei spathariis duobus et
in servitium ejus perpaucis hominibus, jussio-

NOTÆ.

(75) Diac. austro.

(76) Secreto. Μυστικῶς. Sic Græci IC. testamen-
tum quod ex scripto constat mysticum et secretumappellant, πρὸς ἀντιδιαστολὴν nuncupativi, quod
testibus audientibus nuncupatur. FARR.

nibusque ad principes Occidentis, et sacra populo recitanda. Qui cum nocta ingressi fuissent in dromonem velocem, exierunt in partes Cyzici. A loco autem ad locum per terram perque mare itinere facto repente in Siciliam pervenerunt. Cumque Syracusam introissent, audivit Sergius et obstupuit, et proprio excessu perpensis confugit ad propinquos Calabriae Longobardos. Populus vero congregatus, et sacra relecta per eam certus factus quod et imperium staret et urbs promptior esset adversus gentes, necnon et enarrantibus illis ea quae super duobus stolis fuerant gesta, Leonem quidem imperatorem continuo laudaverunt, Basilium autem Onomagulum et principes, qui ab illo proveci fuerant, viectos praetori tradiderunt. Ipse vero Basilium quidem cum singulari praetore ipsius decollavit, et capita eorum fusca condita per spatharios imperatori transmisit, reliquorum autem quosdam verberatos et tonsos, quosdam vero abscisis naribus in exilium destinavit. Sicque factum est ut hinc in Occidentalibus magna correptionis constitutio fieret. Porro Sergius verbo impunitatis a praetore petito pariter et accepto exivit ad eum, et ita omnes paco politae sunt Hesperiae partes.

Interea Humarus cum obtinisset Arabes, praecipit Masalman rodire. Saraceni ergo moti decimo octavo Kalendas Augustas cum multa confusione reversi sunt; cum enim iter ageret classis eorum, tempestas a Deo per intercessionem Dei Matris incumbens in illos hos dispersit, et alios quidem horum penes Proconesum et reliquas insulas, alios vero in vertigines et cetera demersit in aequora. Residui quoque cum transirent Aegaeum pelagus, extemplo supervenit in eis terribilis indignatio Dei: grando namque ignea descendens super eos aquas maris ebullire fecit, et pice liquefacta simul cum hominibus naves in profundum inductae sunt, decem solis ex eis et ipsis providentia Dei Salvatoris evadentibus ad annuntiandum nobis, necnon et Arabibus, magnalia Dei, quae in illis effecta sunt. Quas etiam nostrates invenientes, quinque harum comprehendere potuerunt: aliae vero quinque salvae in Syriam ductae sunt, Dei annuntiationis potentiam.

Eodem vero anno terrae motu magno in Syria facto Humar a civitatibus vinum inibuit, et Christianos apostatare coegit, et apostatantes quidem sine tributo esse faciebat, non consentientes vero interimebat, ac per id multos martyres operatus est. Sanxit etiam testimonium Christiani adversus Saracenum minime recipiendum. Fecit autem epistolam dogmaticam ad Leonem imperatorem, ratus impius ei persuadere quo a fide sua recederet.

Anno imperii sui tertio natus est Leoni principi filius nomine Constantinus, qui magis illo impius fuit et Antichristi praecursor. Ceterum octavo Kalendas Januarias Maria uxor Leonis coronata est

A in triclinio Augusta, et processit sola cum solemnibus obsequio sine viro ad Magnam Ecclesiam, et oratione ante ingressum altaris effusa transit ad baptisterium magnum, viro ejus jam cum paucis familiaribus suis ingressa. Ubi cum Germanus summus sacerdos Constantinum, nequitiae ipsorum et imperii successorem, baptizaret, dirum quiddam et foetidum a parvulo, idem Constantinus praesignans exhibuit argumentum, cacans in sancto lavacro, ut aiunt qui diligenter hujus rei facti sunt inspectores, ita ut Germanus sanctissimus propheticum diceret: *Constat maximi Christianis et Ecclesiae mali per eum efficiendi hoc signum esse futurum.* Hunc itaque baptizatum provinciarum atque senatus principes susceperunt. Post divina sane officia cum solemnibus rursus obsequio Augusta Maria una cum baptizato filio reversa est donativis erogatis ab ecclesia usque ad Aeneam portam. Eodem etiam anno Nicetas Xylinites scribit ad Artemium Thessalonicae morantem, quo pergeret ad Terbelin, quatenus cum auxilio Vulgarico contra Leonem veniret. Qui obaudiens ad Terbelin abiit, et dat ei exercitum, et dat ei quinquaginta auri centenaria; et his receptis Constantinopolim venit urbe sane id minime admittente. Vulgares hunc Leoni tradiderunt, et liberali honorati ab eo benignitate reversi sunt. Ast imperator hunc cum Xylinite peremit, publico quoque fisco substantiam applicans Xylinitis, qui cum magister esset, substantiam multam possederat. Sisinnium patricium cognomento Redacium, eo quod fuerit cum Artemio, Vulgares capite punierunt; et archiepiscopum Thessalonicae Leoni principi tradiderunt, qui decollatus est cum Artemio. Similiter et Hiscen patricium et comitem Obsicii, et Theoctistum primum a secretis, et Nicetam Anthracem et comitem Titichei, ut amicos et concordantes ejus occidit: reliquos autem mutilatis naribus proscriptione damnatos in exilium misit.

Mundi anno 612, divinae incarnationis anno 712, anno vero imperii Leonis quarto Hixid Arabum dux habetur, qui eis quatuor praefuit annis. Eodem quoque anno indictione tertia, die Paschae, coronatus est Constantinus a Leone patre suo in tribunalio decem et novem accubituum, Germano patriarcha faciente orationes secundum morem. Hoc etiam anno mortuus est Humarus dux Arabum, et oritur in Perside tyrannus et ipse nomine Hixid Moalabe, et abierunt cum eo ex Perside multi. Misso autem Hixid Masalma occidit eum et Persidem subdidit.

¶ Anno imperii Leonis quinto apparuit quidam Syrius pseudochristus et seduxit Hebraeos, dicens se Christum.

Anno imperii sui sexto Leo coegit Hebraeos et Montanos baptizari. At vero Judaei contra propositum baptizati diluebant baptismum, et comedentes sancti muneris participabantur, et contaminabant fidem. Porro Montani divinantes sibi, et diffi-

nientes diem, domos introierunt errori suo deputatas, et incenderunt semet ipsos.

Anno imperii Leonis septimo Judæus quidam, oriundus ex Laodicea maritimæ Phœniciæ, maleficus, veniens ad Hizid repromittit eum quadraginta annis retenturum Arabum principatum, si venerabiles, quæ in ecclesiis Christianorum in toto principatu suo imagines honorabantur, deponeret. Huic itaque stolidus credens Hizid edictum generale contra sanctas imagines promulgavit. Sed gratia Domini nostri Jesu Christi, et intercessionibus incorruptæ Matris ejus omniumque sanctorum, eodem anno mortuus est Hizid, pluribus adhuc nec audire valentibus Satanicum ipsius edictum. Percepta vero amara ista et illicita nequam doctrina Leo imperator multorum nobis causa malorum effectus est. Porro cum invenisset indisciplinationis hujus consentaneum quemdam Bisir nomine, qui natus quidem ex Christianis fuerat, sed captivus in Syriam ductus refuga (77) fidei, quæ est in Christum, repertus est, Arabumque dogmata sectari apparuit. Ante tempus vero non multum ab illorum servitute liber effectus, cum venisset ad rem publicam Romanorum, ob robur corporis et consensum pravæ opinionis honoratus est ab eodem Leone; qui et imperatori fautor in magno hujusmodi piaculo factus est. Concordabat autem ei et episcopus Nacoliæ, qui indisciplinationi ejus operam dans consimili vita vivebat cum ipso.

Mundi anno 6216, divinæ incarnationis anno 716, anno vero imperii Leonis octavo mortuus est Hizid Arabum dux, cui succedit Nisan hujus fratres, et cœpit ædificare per civitates et regiones palatia, et novales facere et paradisos, et aquas reducere. Movit etiam aciem contra Romaniam, multisque eorum, qui secum erant, amissis reversus est.

Anno imperii Leonis nono Gregorius papa Romanæ præest Ecclesiæ. Quo videlicet anno cœpit impius imperator Leo depositionis contra sanctas et universales imagines facere verbum. Quod cum didicisset Gregorius papa Romanus tributa Romanæ urbis prohibuit et Italiæ, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam, non oportere imperatorem de fide facere verbum et novitate violare antiqua dogmata Ecclesiæ catholicæ, quæ a sanctis Patribus est prædicata.

Anno imperii Leonis decimo movit exercitum Masalmas contra Cæsaream Cappadociæ, et cepit eam. Mauhias vero filius Hisani aciem movit contra Romaniam, et cum deambulasset, reversus est. In ipso anno æstivo tempore vapor, ut ex camino ignis, visus est ebullire inter Theras et Therasias insulas ex profundo maris per aliquot dies. Quo paulatim incrassato et dilatato igniti

A æstus incendio, totus fumus igneus monstrabatur.

Porro crassitudine terrenæ substantiæ petrinæ pumices grandes ut cumulos quosdam transmisit per totam minorem Asiam et Lesbum, Abydum et maritima Macedoniæ, ita ut tota superficies maris hujus pumicibus supernatantibus esset repleta. In medio autem tanti ignis insula ex terræ congerie facta insulæ, quæ sacra dicitur, copulata est, nondum prius existens, verum sicut prædictæ Theræ videlicet et Therasiæ insulæ quondam ebullierunt, ita et ipsa nunc, temporibus videlicet impugnatoris Dei Leonis, qui divinam iram contra se pro se fore opinatus, impudentius contra sanctas et venerabiles imagines prælium excitavit, collegam et auxiliatorem habens Beser Dei abnegatorem et irrationabilitate sibi simillimum: ambo quippe ineruditione erant et indisciplinatione referti, ex qua multa malorum genera veniunt.

Turbæ autem, quæ in regia urbe erant valde tristes super novis doctrinis effectæ, meditabantur in eum insurgere, et quosdam regios homines occiderunt, domini deponentes iconam quæ super magnam Æneam portam posita cernebatur, adeo ut multi eorum pro veritate punirentur membrorum detractionibus flagrisque et exiliis rerumque jacturis, maximeque illi qui nobilitate ac verbo clari esse videbantur, ita ut et eruditionum scholas et piæ eruditionem a sanctæ memoriæ Constantino magno hucusque servatam exstingeret. Cujus videlicet cum aliis quoque multis bonis destructor

Leo factus est, ejus, cujus et Saraceni, sensus existens. In his ergo zelo divino moti tumultuantur contra eum magna congressione navalis exercitus concinnata, tam Helladici quam hi qui Cycladum fuerant insularum. Agallianus autem turmarca Helladicorum erat militiæ dux, simul et Stephanus, qui et regiæ approximantes urbi decimo quarto Kalendas Maias decimæ indictionis superantur congressi cum Byzantiis, sibi confecto igne navibus concrematis. Et alii quidem horum demerguntur, inter quos et Agallianus armatus se ipsum præcipitavit: porro superstitiibus ad imperatorem confluentibus Cosmas et Stephanus abscissis capitibus puniuntur. Crescit itaque malitia impius Leo et consentanei hujus contra pietatem extendendo persecutionem. Per æstivum vero solstitium hujus decimæ indictionis, post nequam de contribulibus acceptam victoriam, contra Bithynensium Nicæam prælium construunt Saracenorum amerei duo, Amer scilicet in millibus quindecim expeditorum præcurrens et imparatam circumdans civitatem, et Mauhias subsequens in aliis octuaginta quinque millibus; quæ post multam obsidionem, et particularem murorum eversionem hanc quidem non obtinuerunt, bene acceptis sanctorum Patrum precibus ad Deum directis, et sanctificatione faciente venerabi-

NOTÆ.

(77) *Refuga*. Glossarium: ἀποστάτης; refuga. Glossarium Dosithæi magistri: ἀποστάτα refuga.

Flodoardus 3, 18: « pro quodam refuga, qui quamdam sanctimoniam sibi copulaverat. » FABR.

lis templi, ubi in colendis suis characteribus eriguntur, et usque nunc ab his qui eis similes sunt honorantur. Præterea Constantinus quidam strator Artabasdi videns imaginem Dei Genitricis stantem, apprehensum lapidem adversum eam projecit, et contrivit, et cum cecidisset calcavit; et videt in somnis astantem sibi Dominam, et dicentem: *Noti quam sentem in me causam fueris operatus: vere contra caput tuum hoc fecisti.* Postera vero die cum Saraceni adversus murum incursionem facerent et ageretur bellum, currens ad murum ut fortis miles infelix ille eicitur a lapide transmissio ex mangano, et contritum est caput ejus et facies, dignam impietatis suæ retributionem percipiens; prædaque multa et exuviis Saraceni collectis reversi sunt, ostendente Deo in hoc etiam impio illi, quod non propter pietatem, ut ille dissimabat, de contribulibus triumphaverit, sed propter divinum et inefabile quoddam judicium, retundens ac removens hujusmodi Arabicam fortitudinem a sanctorum Patrum civitate intercessionibus illorum, propter diligentissimos characteres ipsorum, qui honorantur in ea, in redargutionem quoque ac inexpugnabile tyranni judicium et pio agentium certitudinem. Non enim solum circa venerabilem affectivam imaginem adorationem errabat impius, sed et circa intercessionem castissimæ Dei Genitricis omniumque sanctorum, quorum et reliquias acerbissimus, ut magistri ejus Arabes, abominabatur. Ex hoc igitur tempore impudenter beato Germano patriarchæ Constantinopolitano derogabat, accusans omnes antecessores suos principes et pontifices atque populos Christianos, quasi idololatras fuerint super adoratione sanctorum ac venerabilium iconarum, non capiens idiota infidelitate captus de affectuali adoratione sermonem.

Mundi anno 6219, divinæ incarnationis anno 719, anno vero imperii Leonis undecimo, Gregorius papa Romanus habetur. Eodem quoque anno Maubias capto Ateus castris reversus est.

Anno imperii Leonis duodecimo movit exercitum filius Chagani principis Chazarizæ contra Mediam et Armeniam, inventumque in Arabia Gardachum Arabum prætorem trucidavit, et multitudinem quæ simul cum eo erat, et depopulatus Armeniorum atque Medorum regiones rediit, metum incutiens Arabibus multum.

Anno imperii Leonis decimo tertio castra movit Masalmas adversus humum Turcorum, et invicem congressi, ex utraque parte cadunt in prælio, metuque perterritus Masalmas fugiens per montes Chazarizæ reversus est.

Eodem vero anno furens Leo imperator iniquus contra rectam fidem, adducto beato Germano, coepit eum blandis sermonibus delinire. At vero beatus

A summusque sacerdos dixit ad eum: *Depositionem sanctorum imaginum audivimus quidem futuram, sed non tempore imperii tui.* Cum autem ille cogeret eum dicere sub cuius imperio, ait sub Cononis. At ille: *Re,* inquit, *vera ex baptismo Cono mihi nomen est.* At ille dixit: *Absit, domine, ut per imperium tuum malum istud perficiatur: Antichristi enim præcursor est, qui hoc adimpletur est, et incarnatæ divinæ dispensationis eversor.* In his ergo sævus tyrannus insaniens beato Germano minas prætendebat instar Herodis quondam præcursori. Reducebat autem ad memoriam ejus patriarcha et sponiones ejus ante imperium facias, qualiter sibi Deum dederit vadem, in nullo se commoturum Ecclesiam Dei a suis apostolicis et divinitus traditis ritibus. Sed nec sic confusus est miser. Observans autem atque submittens quosdam sermones, astagebat sicubi hunc inveniret contra imperium suum agentem, quatenus ut conjuratorem et non veluti confessorem a throno deponeret, habens in hoc comparticipem Anastasium discipulum et syncellum ejus, cui sponndit utpote impietatis suæ consentaneo throni eum adulterum successorem futurum. Quem beatus non ignorans sic perverse affectantem, imitatus Deum suum, ac si ad alium Isaacietem, sapienter et mansuete eorum quæ proditiōis sunt memoriam faciebat. Quia vero inconvertibiliter eum videbat errare, conversus ad eum calcantem aliquando posteriora stolæ suæ, cum ad imperatorem ingrederetur, ait: *Ne festines: nam non effugiat a te tempus ingrediendi Diippin.* At ille super sermonem tristatus cum aliis qui hunc audierant, præagium ignorabat. Quod cum finem post quindecim annos percepisset, tertio videlicet imperii Constantini persecutoris anno, indictionis duodecimæ, omnibus credere persuasit ex divina gratia fuisse ingrato propheticæ dictum. Constantinus enim post generi sui Artabasdi rebellionem cum imperium obtinisset, hunc Anastasium casum et cum aliis inimicis in Hippodromium per Diippium ingressum, nudum super asinum verso vultu adentem pompavit, eo quod sibi una cum aliis inimicis mala fuerit imprecatus et Artabasdam coronaverit, sicut in suo indicabitur loco. Et Byzantii quidem propugnator pro dogmatibus pietatis sacer hic et egregius pollebat Germanus, seu contra bestias pugnans adversus feronymum (78) hunc Leonem et fautores ejus. In Seniori vero Roma Gregorius, sacratissimus vir apostolicus, et Petri verticis apostolorum consessor verbo et actu coruscans, qui removit Romam et Italiam, necnon et omnia tam rei publicæ quam Ecclesiæ jura in Hesperiiis, ab obedientia Leonis et imperii sub ipso constituti. Porro in Syria penes Damascum Joannes Mansur presbyter et monachus, cognomento Chrysorroas,

NOTE.

(78) *Feronymum.* Virum nominis sui. Rufinus *Interpres* Eusebii H. E. 6, 31: «quidam vir nominis *Macarius.*» Anastasius in Hypomn. de Anast.

apocr.: «qui ut vere in cunctis pheronymus, Euprepes nominatus est.» FABR.

doctor optimus vita et verbo præfuit. Verum Germanum utpote sub se constitutum a throno pellit. Gregorius autem per epistolas eum, quæ multis sunt notæ, manifeste redarguit. Sed et Joannes hunc cum Orientis episcopis anathematibus subdidit. Porro septimo Idus Januarias decimæ tertie indictionis, tertia feria, impius Leo silentium contra sacras et venerabiles celebravit iconas in tribunalio decem et novem accubitum, advocato quoque et sanctissimo patriarcha Germano, ratus se posse illi persuadere quo subscriberet contra sanctas iconas. Sed et fortis Christi servus nullatenus acquiescens detestabili cacodoxia ipsius, cum verbum veritatis recte direxisset, abrenuntiavit summum sacerdotium, tradens pallium, et post multos sermones didascalicos dicens: *Si ego sum Jonas, mitte me in mare. Absque universali quippe synodo innovare fidem impossibile mihi est secundum apostolicam et paternam traditionem, o imperator.* Et abiens ad locum qui dicitur Platanium, in parentali domo sua quieti operam dedit, summo sacerdotio functus annis quatuordecim, mensibus quinque, diebus septem. Porro undecimo Kal. Februariarum creant falsi nominis Anastasium, discipulum ac syncellum ejusdem beati Germani, consentientem Leonis impietati propter amorem principatus mundani, hunc in pseudepiscopum Constantinopoleos provehentes. Sane Gregorius sanctissimus præsul Romanus, quemadmodum prædixi, Anastasium una cum libellis abiecit, Leonem per epistolas tanquam impie agentem redarguens, et Romam cum tota Italia ab illius imperio recedere faciens. Insaniens ergo tyrannus contra venerabiles imagines persecutionem extendit. Porro multi clerici et monachi et religiosi laici pro recto periclitati sunt verbo.

Mundi anno 622, divinæ incarnationis anno 722, anno vero imperii Leonis 14, Anastasius Constantinopoleos habetur antistes hæreticus, qui 24 annis præfuit Ecclesiæ. Hoc quoque anno movit Masalmas exercitum contra Romaniam, et cum venisset in Cappadociam, dolo cepit Charsianum castrum.

Anno imperii Leonis 15 Masalmas castra movit contra Thraciam, et cum pervenisset usque ad Caspias portas, metuens inde reversus est.

Anno imperii sui 16 Leo imperator filiam Chagani Scytharum arbitri filio suo Constantino, cum hanc Christianam fecisset, matrimonio sociavit, nominans eam Heirenen. Quæ cum sacras Litteras didicisset, pietati dans operam claruit, hos impietatis redarguens. Mauhas vero filius Hisami aciem contra Romaniam direxit, et veniens usque in Paphlagoniam præda cum multa rediit. Ast imperator contra papam atque recessum Romæ ac Italiæ sæviebat, constructumque stolum magnum direxit adversus eos, Manem prætorem Cibyrentensium caput in eis constituens. Tunc impugnatore Dei peramplius sæviens, cum Arabico sensu tene-

A retur, tributa capitalia tertie parti Siciliæ seu Calabriæ populi superimposuit. Ea vero quæ dicuntur patrimonia sanctorum principum apostolorum, quæ ab olim ecclesiis auri dimidium et tria conferebant talenta, publicæ rationi exsolvi præcepit, considerare etiam atque describere natos viros jubens, ut Pharaon quondam eos qui erant ex Hebræis; quod nec ipsi magistri ejus Arabes in Christianos, qui in eis sunt oris, fecisse noscuntur.

Anno imperii Leonis 17 facta est mortalitas in Syria, multique perierunt.

Anno imperii Leonis 18 Zacharias Romæ præsul habetur; eodemque anno Theodorus Mansur in exilium missus est apud climata eremi, et factum est signum in cælo igneum resplendens, et Mauhas B Asiam depopulatus est.

Anno imperii Leonis 19 movit exercitum Sulehiman filius Hisam adversus Armeniorum regionem, et nihil profecit.

Anno imperii Leonis 21 Sulehiman multis in captivitatem ex Asia ductis, quemdam quoque Pergamenum pariter duxit captivum, qui dicebat se Tiberium filium esse Justiniani. Hunc Hison in honorem filii sui atque in imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militis ac bandis et sceptris in Jerusalem mittit, et totam Syriam circumduci cum multo jubet honore ad visionem cunctorum.

C Anno imperii Leonis 22 movet exercitum Sulehiman contra Romaniam, et depopulatus est castrum quod dicitur Siderum, et Eustachium filium Mariani patricii captivum duxit.

Anno imperii Leonis 23, mense Maio, indictionis 8, movit exercitum Sulehiman contra Romaniam cum nonaginta millibus et magistratibus quatuor, quorum Gamer dux erat insidians in denis millibus latrunculis Asiæ terræ partibus, ejus socii erant Melich et Batal cum viginti millibus equitum circa Achrobinum debacchantes, et post hos Sulehiman in sexaginta millibus circa Cappadociam Tyanim progressus, quorum alii per Asiam et Cappadociam, multo excidio virorum ac mulierum atque jumentorum perpetrato, illasi reversi eunt. Hi vero qui cum Melich et Batal apud Chrahimon erant, expugnati a Leone seu Constantino superati sunt; et plures ex his armis ipsis cum duobus principibus perierunt, octingenti vero pugnatores, qui ex illis ad sex millia institerant, Syriam confugiunt, et salvi remanentes Sulehiman sociati sunt, et in Syriam repedarunt inglorii. Eodem etiam anno et in Africa multi ab eis perditioni cum prætore Damasceno nomine patuerunt.

Anno imperii Leonis, nequissimi Syri, 24 incensi sunt fori apud Damascum ab Hieracensibus, qui patibulo sunt affixi. Eodemque anno terræ motus factus est magnus atque terribilis Constantinopoli, septimo Kal. Novembrias, indictionis nonæ, feria quarta, hora octava, et corruerunt ecclesiæ atque monasteria, populusque multus extinctus est. Ce-

cidit autem et simulacrum, quod stabat super Atali portam, magni Constantini, una cum ipso Atalo, et titulus Arcadii, qui supra Xerolophi columnam stabat, et simulacrum majoris Theodosii, quod supra portam Auream videbatur, necnon et terreni urbis muri, et civitates ac villæ in Thrace, et Nicomedia in Bithynia et Prænetus et Nicæa, in qua una salva remansit ecclesia. Fugit autem et mare terminos suos in quibusdam locis, et perduravit terræ motus mensibus duodecim. Ast imperator allocutus est populum dicens : *Vos non valeis edificare muros, sed nos præcipimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos aureos nummum argenteum unum.* Quo imperium accepto edificavit muros, et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus, cum annus esset a conditione quidem mundi juxta Romanos ab Adam 6248, secundum Ægyptios vero seu Alexandrinos 6232, a Philippo secundum Macedones 1063. Regnavit enim Leo ab octavo Kal. Apriliarum decimæ quintæ indictionis usque ad decimum quartum Kal. Julius nonæ indictionis, cum regnasset annis 24, mensibus 2, diebus 25. Similiter Constantinus filius ejus, imperii et impietatis ipsius successor, ab eodem decimo quarto Kal. Julius nonæ indictionis usque ad decimum octavum Kal. Octobris decimæ quartæ indictionis, cum reguasset et ipse annis 34, mensibus 3, diebus 2.

Taliter ergo, ut prædiximus, eodem anno nonæ indictionis mortuus est Leo una cum animæ simul et corporis morte, et imperat Constantinus filius ejus. Et quidem quæcunque sub Leone impio Christianis evenerunt, sive circa fidem orthodoxam, sive super civilibus dispositionibus, sive super turpis lucri questu et avaritia per Siciliam, Calabriam et Cretam adinventæ pariter et impositæ, sive in Italiæ apostasia propter hujus cacodoxiam, sive in fame ac pestilentia gentiumque pressuris, ut particularia taceam, in præcedentibus ostenduntur capitulis. Dignum autem est de cætero et impii filii ejus, tanquam Deo, qui omnia perspicit, contemplante, veraciter et non superflue ad utilitatem posteris, et miseris, qui nunc in cacodoxia illis decipiuntur, ludibria exsequi, quæ ab hac 10 indictione ipsius imperii anni primi usque ad 14 indictionem mortis illius impie gessit. Hic enim perniciosissimus et agrestis ferus, et tyrannice nec legitime abusus imperio, primo quidem a Deo et intemerata Matre ipsius ac omnibus sanctis abscedit, magicis maleficiis et luxuriis cruentisque sacrificiis et caballinis stercorebus atque lotio delectatus, mollitiæ quoque ac dæmonum invocationibus gaudens, atque omnibus animas corruptentibus ad inventionibus a tenera ætate convivens. Quia vero paternum principatum cum malitia suscepit, non modicam in brevi tempore demonstrat nequitiam, ita ut ab omnibus ob impudentiam confestim odio haberetur, et Artahuasdo europæati

et comiti Obsequii, qui Annam sororem ejus uxorem duxerat, vis pro capessendo imperio imponeretur. Eodem quoque anno Hisam interfecit Christianos captivos in omni civitate, inter quos et Eustachius filius Mariani patricii martyr verus ostensus est in Carram Mesopotamiæ, ubi et reliquæ ipsius sanitates per Dei gratiam operantur, et multi alii per sanguinem consummati sunt.

Mundi anno 6235, divinæ incarnationis anno 753, Constantinus, persecutor legum a Patribus traditarum, imperat divinis judiciis et multitudine culparum exigente nostrarum. Qui cum quinto Kal. Julius ad partes egressus Obsicii adversus Arabes esset, venit ad civitatem quæ dicitur Craso. Cum autem prædictus Artahuas Dorilæi cum Obsiace populo esset, auspiciebantur ad invicem. Mittens autem Constantinus ad eum petebat sibi dirigi filios ejus, quos quasi desiderabat utpote nepotes suos videre. Intentio autem ejus erat comprehendendi eos et retrudendi. At ille cum intellexisset fraudem, immensurabilem malitiam ejus sciens, sui desperationem incurrit, populumque alloquens et persuadens impetu adversus illum cum omni multitudine properavit. Et Bæser quidem patricium, qui sensus erat Saracenorum sectator quique præcesserat, romphæis interfecerunt. At vero Constantinus misere equo forte strato reperto, cum ascendisset in eum, fugiens venit Amorium. Et cum ad Orientalium thema, cujus prætor tunc Lancinus erat, cucurrisset, circumvenitur ab illis, quos magis sublevans pollicitationibus ad Sisinnatium mittit confestim, qui tunc prætor erat Thracensium thematis, et persuadet illis auxiliari sibi. Illac ergo atrocissimæ pugnæ et conflictus subditis generantur, cum imperator appellaretur uterque. Præterea scribit Artahuasus ad Theophanem patricium et magistrum, qui ex persona principis in urbe remanserat, per Athanasium silentiarium, quæ gesta sunt. Qui cum Artahuasdo faveret, coacervato populo apud catechumenia Magnæ ecclesiæ, et per litteras et per jam dictum Athanasium persuasit omnibus credere quod imperator mortuus fuerit, Artahuasus autem a thematibus pronuntiatus sit imperator. Tunc omnis populus cum Anastasio falsi nominis patriarcha anathemati et detestationi submisserunt Constantinum ut arrogantem et adversarium Dei, atque ipsius cædem amplectabiliter admiserunt tanquam a malo maximo liberati : Artahuasum vero imperatorem prædicaverunt ut orthodoxum et divinorum dogmatum propugnatorem. Mox ergo Monotes mittit in partes Thracenses ad Nicephorum filium suum, prætorem Thracensium, quo ad custodiam urbis minaret illic exercitum constitutum. Obseratis ergo portis murorum et vigiliis positis, filios Constantini comprehensos cæsos ac tonsos in custodia posuit. Cum autem Artahuasus cum Obsequiis esset urbem ingressus, pervenit et Constantinus Chrysopolim cum duobus thematibus, Thracensium scilicet

cet et Orientalium; et cum nihil agere valuisset, A reversus apud Amorium hiemavit. Artahuasus autem per totam urbem sacras erexit imagines. Interea Barbari sentientes horum invicem jurgium, multam prædam in Romaniam perpetrarunt, hos Sulehiman prætor ducente. Porro Anastasius pseudopatriarcha tenens honoranda et vivifica ligna, juravit populo dicens: *Per eum qui in ipsis affixus est, sic mihi dixit Constantinus imperator asseverans, Ne æstimes Filium Dei esse eum quem peperit Maria, quique dicitur Christus, sed purum hominem. Maria enim eum peperit sicut me peperit mater mea Maria. Et tunc omnis populus maledixit ei.*

Mundi anno 6254, divinæ incarnationis anno 754, anno vero imperii Constantini secundo, qui B Romanorum imperium tenuit, mortuus est Hisam Arabum dux. Hic sanctissima Antiochena ecclesia per annos quadraginta viduata manente, prohibentibus fieri patriarcham Arabibus, in eadem habens quemdam amantissimum monachum Syrum nomine Stephanum, agrestiore quidem sed religiosum, jubet in Oriente positus Christianis, si vellet permitti sibi patriarcham habere, eligerent Stephanum; qui divinitus hoc fieri arbitantes consecrant eum in sede Theupoleos, et ex tunc hucusque discurret sine prohibitione hujusmodi fieri.

Eodem anno obtinuit Vhalid filius Hisan Arabum principatum, ad quem Constantinus quidem Andream spatharium, Artahuasus autem Gregorium C lothetam transierunt, auxilium quærentes utrique. Porro pluvie defectus et terræ motus per loca facti sunt, ita ut montes unirentur ad invicem per eremum Sabbæ et castella sub terram immergerentur absorpta.

Eodem vero anno Cosmas Alexandriæ patriarcha una cum tota civitate a monothelitarum cacodoxia rediit ad orthodoxiam, cum tenuisset a Cyro, qui sub Heraclio Alexandriæ patriarcha fuit. Porro exercitum movit Gamer cum Arabum multitudine contra Romaniam, et multis in captivitatem abductis reversus est, et apparuit signum in cælo ad aquilonem mense Junio. Vhalid autem Petrum sanctissimum metropolitam Damasci lingua mutilari præcepit tanquam arguentem palam Arabum D et Manichæorum cognationem, et exulem penes felicem Arabiam fecit, ubi et moritur pro Christo martyrio percepto, cum expressius divinas missas pronuntiasset, sicut hujus rei narratores aiunt, qui se propriis auditibus super hoc satisfactos esse fatentur. Hujus æmulator et æquivocus Petrus apud Majumam eisdem temporibus ostensus est pro Christo martyr ultroneus, languore siquidem detentus primores Arabum advocavit, utpote assuefactos sibi cum chartularius esset et publica tributa facta ratione conferret, et ait ad illos: *Mercedem quidem pro mei visitatione a Deo recipiatis, licet*

*infideles amici sitis: testamenti vero mei testes vos esse volo, cum sit tale. Omnis qui non credit in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, consubstantialem et divinam in monade Trinitatem, mortuus est anima, et æterno dignus est tormento. Talis est et Maumed pseudopropheta vester et Antichristi præcursor. Discedite ergo, si mihi creditis testanti vobis hodie cælum et terram, ab illius fabulatione: consulo enim vobis, ne cruciemini simul cum illo. Cum autem hæc et his plura cum eis de Deo ratiocinatus dissereret, audientes illi stupore seu vesania detenti longanimitè visi sunt ferre, ex languore hunc præter sensum esse putantes. Cum autem ex infirmitate convalesceret, majori cepit voce clamare: *Anathema Maumed et fabuloso scripto ejus, et cunctis qui credunt ei.* Tunc per gladium animadversionem perpessus martyr ostensus est. Hunc declamationibus sermonum honoravit sanctus Pater noster Joannes, qui bene cognominatus est Chrysorroas propter auream et fulgidam sancti Spiritus gratiam, quæ in ipso tam in verbo quam in vitæ actu effloruit. Quem videlicet Constantinus impius imperator annuo propter eminentem orthodoxiam ejus anathemati submittebat, et pro Mansur, quod est avitum nomen ejus quodque redemptus interpretatur sensu Judaico, novum Ecclesiæ magistrum Manzeron mutato nomine vocitabat.*

Eodem quoque anno Vhalid Cyprios in Syriam transtulit, Artahuasus autem Nicetam filium monostategum promotum ad thema direxit Armeniacorum, porro Nicephorum æque filium suum coronavit per Anastasium patriarcham. Mense vero Maio cum Artahuasus ad partes Obsicii egressus fuisset et milites elegeret, totam Asiam cepit, depulans eam. Quo Constantinus comperto motus est contra ipsum. Cum vero ad eum in partes Sardeorum a Celbiano redeuntem venisset et cum illo bellum iniisset, vertit eum ac insequitur Cyzicum. At ille cum Cyzicum pervenisset, dromonem ingressus in civitate salvatur. Præterea mense Augusto ejusdem undecimæ indictionis Nicetas monostategus filius Artahuasdi, cum intulisset Constantino apud Modrinem et Cisseum bellum, terga vertens aufugit. Et quidem patricium Teridatem Armenium, militem fortissimum et consobrinum Artahuasdi, cum aliis multis electis principibus interfecit: utriusque vero partis casus haud modicus factus est, Armeniorum scilicet et Armeniacorum impugnantium adversus Orientales atque Thracios, Constantini propugnatores. Cæterum antiquus hostis diabolus contra Christianos temporibus istis talem excitavit sævitatem et mactationem alternam, ut filii etiam contra parentes et fratres contra fratres commoverentur, non parcentes ad cædem, et immisericorditer alternæ stationes ac domus incenderentur.

Inter (79) hæc autem et hujusmodi Stephanus

NOTÆ.

(79) Quæ de Pipino hic narrantur, non exstant apud Theophanem, sed apud Cedrenum v. 453. Y. 111.

populi una cum Gothogræcis noctu per domos civium discurrentes, maximum nulli parentes excidium operati sunt. Principes autem, qui in ea erant, Artemii una cum Germano sanctissimo patriarcha Constantinopolitano comprehensos duxerunt in casam Artemii et eorum qui cum ipso erant. Porro Artemius his visis, desperatione sui fessus, semet ipsum tradidit, verboque impunitatis expedito monastico indutus est habitu. Quem Theodosius illæsum reservans apud Thessalonicam exilio relegavit. Porro Philippicus imperavit quidem annis duobus et mensibus novem, Artemius vero anno uno et mensibus tribus. Leo præterea cum esset prætor Orientalium, quoniam auxiliabatur Artemio, non est subditus Theodosio. Habebat autem conspirantem sibi et concurrentem Artabas dum Armenium, prætorem Armeniacorum, cui et sponpondit filiam se suam in uxorem fore daturum; quod et fecit.

Mundi anno 6208, divinæ incarnationis anno 708, Germanus Constantinopolitanus habetur antistes, qui Ecclesiam novem præfuit annis. Theodosius vero imperat anno uno; cuius tempore Masalmas adversus Constantinopolim aciem dirigit, et præmisit Suhelimam cum exercitu per siccam, Humarum vero per mare. Porro ipse post eos cum multo apparatu hostili venit. Suhelimam autem et Bacharum Amorium pervenientes scribunt ad Leonem prætorem Orientalem ita: *Novimus quia imperium Romanorum te decet. Veni ergo ad nos, et loquamur quæ ad pacem sunt.* Intuens autem Suhelimam Amorium exercitum non habere, et inimicitiam penes magistratum jacere ob auxilium quod Artemio conferebat, obsedit illud, volens illic et Masalmam expectare. Mox autem ut appropinquavit civitati, cœperunt Saraceni laudibus diffamare prætorem Leonem imperatorem, rogantes et hos qui intus erant, id ipsum efficere. Videntes autem et hi qui erant Amorii, quod Saraceni hunc amore laudarent, laudaverunt et ipsi. Cognoscens vero prætor quod taxatis ac principibus non existentibus perituum foret Amorium, significat Suhelimam: *Si vis, inquit, ut veniam ad te et quæ pacis sunt loquamur, cur obsides civitatem?* At ille: *Veni, inquit, et recedo.* Et accepto prætor ab eo verbo cum trecentis equitibus venit ad illum. Videntes autem eum Agareni vestiti loriceis suis venerunt ei obviam, qui manebat dimidio procul a castris eorum milliario. Per tres sane dies eo procedente ad ipsum, quæ ad pacem sunt, loquebantur, et ut a civitate recederent: at illi asserebant: *Sponde pacem, et recedimus.* Comperito vero prætor quod eum velent retinere, vocavit multos ex illustribus Saracenis ad cenam, et vescentibus eis misit Suhelimam tria millia loricatorum ad circumdandum eum ne fugeret, et servandum. Quo cognito custodia nuntiavit ei quia multitudines equestrium Saracenorum in circuitu nostro stant. Veniens autem unus ex eis eques,

A nomine Zuber, in præsentia stetit dicens: *Servus fugit furatus pecuniam multam, et propter illum equis incedimus.* Porro ipsorum agnita prætor deceptione, dixit ad eos: *Ne turbemini: nam quocunque perrexerit, in castris nostris reperiemus eum.* Tristatus autem potuit occulte per hominem suum innotescere his qui Amorii erant, dicens: *Timeate Deum, ne vosmetipsos prodatis. Ecce enim et Masalmas appropinquat.* Et exiit etiam episcopus ad eum, et eadem ipsa dicit ei. Cum vero Suhelimam didicisset quod exisset ad eum episcopus, mittit ad prætorem: *Da nobis, dicens, episcopum.* Qui nictus factus abscondit eum, cuidam hominum suorum præcipiens: *Nobis, inquit, colloquentibus induc eum aliis stolis, et quasi propter ligna vel aquam missum sine ut vadat in montes.* Insistentibus autem pro episcopo Saracenis dicit prætor: *Non est hic. Verumtamen pergite ad amaram, et venio etiam ipse, et de cunctis loquemur.* Ipsi autem cogitantes quod cum introiret ad amaram, in medio ipsorum retinerent eum, hunc dimiserunt. At ille cum equo insediasset, profectus cum his centum hominibus quasi venaturus, dedit in partem sinistram. Saraceni ergo, qui erant cum eo, dicunt illi: *Quo vadis? In pratis, ait, volo manere.* At illi dixerunt: *Consilium tuum non est bonum, et non veniemus tecum.* Tunc dicit prætor suis: *Verbo nobis dato tenere nos voluerunt, et propter nos Christianos perdere. Verum ex hominibus nostris vel animalibus, quæ remanserunt, nullum retinent.* Et cum isset millibus decem, mansit. Postera vero die mittit stratorum suorum domesticum, et significat eis: *Quia verbum mihi dedistis et dolo me retinere voluistis, idcirco recessi.* At vero Masalmas claustras transierat, Suhelimam autem hoc ignorabat. Porro tumultuati sunt amerei et populus contra Suhelimam, perhibentes: *Ut quid obsidemus muros, et incursiones non facimus?* Repositisque tabernaculis discesserunt. Prætor autem Nicæam turnarrham cum octingentis militibus in Amorium introduxit, emissis ex eo multis mulieribus et infantibus, et proficiscitur ipse in Pisidiam. Cum autem Masalmas venisset in Cappadociam, desperati super se Cappadoces exierunt ad eum, ut se reciperet flagitantes. Audita vero Masalmas inimicitia quam habebat Theodosius in prætorem, volens hunc decipere et pacisci cum eo ac per ipsum Romaniam sibi subicere, dicit eis: *Non estis prætoris?* qui dixerunt: *Etiam. Facitis quidquid facit?* At illi: *Etiam.* Tunc dicit eis: *Ite ad castra vestra, et quemquam nolite timere, jussitque populo suo ne prædarentur in cunctis prætoris provinciis.* His prætor compertis, et intelligens quod Suhelimam nuntiaret Masalmæ quod se dimiserit et discesserit, misit litteras ad Masalmam, dicens: *Ad te volebam venire, sed Suhelimam, cum issem ad eum, tenere me voluit, et idcirco metuo venire ad te.* Dicit ergo Masalmas homini prætoris: *Novi quod illu-*

dat mihi prætor, ne penitus deperdam provincias A
ejus. Dicit ei homo prætoris: Non est ita, sed in
veritate scribit tibi. Tunc interrogat: Quomodo
est Amorium erga illum? Ait: Bene et in subje-
ctione ejus. Iratus autem injuriis affectus eum, di-
cens: Cur mentiris? At ille: Ita est ut dixi. Et
taxatos mittit una cum turmarcha in ipsum, et
eduxit abundantiores familias. Tribulatione itaque
ingenti Masalmas super hoc accepta, furore plenus
expulit eum. Consilium quippe habebat æstate ca-
pere illud, et expectandi classem, et sic in Asiam
descendendi atque hiemandi. Iterum ergo quesito
prætoris homine sciscitatur ab eo. Ille vero jure-
jurando dixit ad eum: Omnia quæ aio tibi, vera
sunt. Sed et mille in id taxati cum turmarcha in-
gressi sunt, cunctamque substantiam ibidem habi-
tantium et inopes familias eduxit illinc. His auditis
scribit prætori: Veni ad me, inquit, et tecum
paciscar, et universa ut vis patratio. Contemplatus
igitur prætor quod Massaleo propinquasset et quod
in aliis quinque diebus provincias suas transitorus
esset, missis ad eum duobus consulibus significat
ei dicens: Litteras tuas accepi et voluntatem tuam
suscepi, et en ad te venio. Sed, ut nosti, prætor sum,
et pecuniæ et argentum et populus me secuturus
est, ac per hoc me permitte mihi super unoquoque
ipsorum verbum. Et si quidem quemadmodum re-
quiro ex vobis causa mea fuerit facta, bene et
optime: sin autem, indemnis saltem et tribulatione
proficiscar excepta. Consulibus ergo pervenientibus
ad eum in Theodosianis, dicit illis Masalmas: C
Sciebam quod illuderet mihi prætor vester. At illi,
Absit, inquit. Tunc facto quod quæsierant verbo
dimisit eos. Donec itaque consules cum suscripto
verbo ad prætorem fuissent reversi, Masalmas
copiosas multitudines habens, et usquam stare
non valeus, Achrohenum adit. Præterea cum vi-
disset prætor quod suas transmisisset ille provin-
cias, Nicomediam vadit, et Theodosii filium con-
secutus capit hunc eum omni apparatu regio et viris
primis palatii. At vero Masalmas descendens in
Asiam hiemavit illic, et Humarus in Cilicia. Ast
prætor assumpto filio imperatoris, et inito consilio
cum his qui secum erant, venit Chrysopolim.
Porro Theodosius compertis quæ gesta sunt, con-
silio a Germano patriarcha et senatu percepto,
per eundem patriarcham accepit a Leone inde-
mnitatis verbum et Ecclesiæ sine perturbatione
servandæ, et sic ei committunt imperium. Porro
Theodosius una cum filio suo clerici facti residuum
vitæ suæ tempus transegerunt in pace. Veniens
interea Masalmas Pergamum hanc obsedit, et in-
dulgentia Dei per diabolicam operationem accepit.
Ex magisterio quippe magi cujusdam adductam
viri civitatis illius mulierem incinctam (74) jam
jamque parituram inciderunt, et assumpto par-

vulo in cacabo hunc coxerunt, atque in hujusmodi
Deo detestabile sacrificium omnes, qui bellare vole-
bant, dexteræ manus suæ manicas intingebant;
et ideo inimicis sunt traditi.

Mundi anno 6209, divinæ incarnationis anno 709,
Leo imperator Romanorum provehitur, qui 24 im-
peravit annis. Subeliman vero dux Arabum nosci-
tur, qui tribus præfuit annis. Hoc itaque anno
Leo imperare cœpit ex Germanicensibus deriva-
tus, genere Syrus, qui a Justiniano imperatore;
cum prius regnaret, transfertur in Mesembriam
Thracæ. Porro posterioris imperii sui tempore
cum veniret una cum Vulgaribus, obviis ei cum
muneribus fuit ovium quingentarum. Placatus
autem Justinianus spatharium protinus illum fecit,
et habuit hunc sicuti germanum amicum. Præterea
invidia ducti quidam detraxerunt ei tanquam im-
perium appetenti. Cum vero super hoc quæstio
fieret, veluti insimulatores confusi sunt. Sane
hujusmodi sermo ex tunc dici cœpit a multis.
Justinianus ergo licet manifeste lædere hunc no-
lisset, tædium quidem sibi contra eum injecit,
et mittit eum in Alaniam cum pecuniis ad com-
movendos Alanos adversus Abasgiam, Saracenis
retinentibus tam Abasgiam quam Lazicem et Hi-
beriam. At ille cum pergeret in Lazicam, pecunias
quidem reposuit apud Phasidem, perpaucisque
assumptis indigenis adiit Apsiliam, et cum trans-
ivisset Caucasos montes venit in Alaniam. Justi-
nianus autem volens eum perdere, misit, et tulit
pecunias ex Phaside. Alani autem spatharium cum
omni honore suscipientes, atque verba ipsius
audientes, introierunt et prædati sunt Abasgiam.
At vero dominus Abasgorum intimat Alanis di-
cens: Ut invenio, alium talem mentionarium Justi-
nianus non habuit, quem mittere debuisset et com-
moveret vos contra nos vicinos vestros, nisi homi-
nem istum: sefellit enim vos et circa repromissionem
quoque pecuniarum: mittens enim Justinianus has
abstulit. Sed date nobis eum, et præbemus vobis
numismatum tria millia, et prisca charitas nostra
non solvetur. Verum Alani dixerunt: Nos non
propter pecuniam obedivimus ei, sed propter impe-
ratoris dilectionem. Iterumque Abasgi mittunt ad
eos dicentes: Date nobis eum, et tribuemus numi-
smata sex millia. Porro Alani volentes discere
regionem Abasgorum, repromiserunt se accipere
illa numismatum sex millia et dare spatharium:
Alani vero confessi sunt spathario cuncta, et
dicunt ei: Quemadmodum vides, via quæ in Roma-
niam ducit clausa est, et quomodo transeas non
habes. Sed potius callide agamus, et polliceamur eis
quod tradamus te, et mittimus homines nostros
cum eis, et discimus clausuras eorum, et irruemus,
et exterminabimus regionem ipsorum. Apocrisiarii
vero Alanorum abeuntes in Abasgiam, et repro-

NOTÆ.

(74) Incinctam. Prægnantem. Festus propinquam partui mulierem incientem vocari ait, in
gravida. FABR.

Mundi anno 6239, divinæ incarnationis anno 739, A anno vero imperii Constantini septimo, occiditur Gregorius ab Arirutensibus, et evicit Maruham, ut prætuli.

Anno imperii Constantini octavo motus est in exterioribus Orientis partibus Persidis populus, qui dicuntur Chorosantæ Maurophori, contra Maruham et omnem cognationem ejus, qui principati sunt ab ipso Maumed pseudopropheta usque ad eundem Maruham, id est contra eos qui dicuntur filii Hummaia. His enim post interemptionem Vhalid debellantibus et constringentibus invicem, hi qui dicebantur filii Echim et Halim, cognati et ipsi pseudoprophetae, sed absconditi atque fugaces existentes in minori Arabia, congregati, tenente in eis primatum Abraham, mittunt libertum suum quendam, Amuslim dictum, in Chorosam ad quosdam ibidem præminentes, contra Maruham sibi suffragari petentes. Qui collecti apud Caccaban quemdam conciliantur, et concitant servos in dominos proprios, et occidunt multos nocte una, quorum armis, equis et pecuniis locupletati facti sunt potentiores. Dividuntur autem in tribus duas, Chaisinos scilicet et Hiamanitas. Quorum potentiores intuens Abumuslim esse Hiamanitas, concitat contra Chaisinos, et interfectis eis venit in Persidem cum Caccaban, et expugnans Hibindabarem capit cum victoria cunctos, virorum scilicet ferme centum millia. Et veniens ad Hibinubera hostiliter cum ducentis millibus proficiscentem, sed et illum dissolvit. Veniensque ad Maruham apud Zabari fluvium habentem trecenta millia, debellat eum et multitudinem infinitam occidit ex eis. Eratque visu mirabile, cum secundum Scripturam tunc unus persequeretur mille, et duo transmovent dena millia. Quos cum ita potentialiter vincentes Maruham intuitus existisset, adit Carran, et cum fluvium transmeasset, incidit pontem ex navibus factum, et assumptis secum omnibus pecuniis ac domo sua, cum quatuor millibus viris vernaculis suis fuga lapsus est in Ægyptum.

Anno imperii Constantini 9 persecutionem patitur Maruham a Maurophoriis, et comprehensus ab eis occiditur, bello gesto gravissimo. Præerat autem eis Salich filius Halim, qui unus ex prælatis profugis erat, qui et destinaverat Bumuslim. Reliqui vero congregati contra Samariam et Trachonitidem regionem sorte principatum distribuerunt, Abulalas scilicet, et post illum fratres ejus Abdela, et post hunc Hiseidin Musæ. Et Syriæ quidem summam præturam taxaverunt Abdelam tenere filium Halim, fratrem vero Salim, ipsum autem Salim Ægypto præesse. Porro Abdelam fratrem Abulabas ab illo habere sortem principatus super Mesopotamiam statuerunt. Ipse sane Abulabas, qui et omnium primas habebatur, in Perside sedit, translato quoque principatu sub se Persarum, qui ei auxiliati fuerant a Damasco. Hi vero qui salvati fuerant, tam videlicet filii quam cognati Ma-

ruham, venientes ab Ægypto in Affricam indeque transmeantes fretum angusti maris ad Oceanum positi, quod dicitur Septe quodque diffinit inter Libyam et Europam, Europæ Hispaniam habuerunt usque ad præsens tempus, habentes quosdam qui ibidem habitantes antea noscebantur, a Maubia illuc trajecti navigio, cum essent ejus cognati et ipsius religionis. Perduravit autem excidium sub Maubia sex annis, quo diruti sunt omnium illustrium civitatum in Syria usque ad Antiochiam mari, eo quod hanc in refugium habere mediterentur, innumerique Arabum ab eo perierunt. Opido enim erat circumspectus circa civilia. Erat autem automatistarum, id est Epicureorum, hæreseos, ex gentibus qui habitabant Carran impietatem assumens. Porro octavo kalendarum Februariarum ejusdem tertie indictionis natus est imperatori Constantino filius, quem nominavit Leonem, ex chagani Chazarie filia.

Anno vero eodem factus est terræ motus in Syria, et ingens ac terribilis casus, unde civitatum aliarum quidem penitus exterminatæ sunt, aliarum vero mediocriter, aliarum autem a montanis ad subjecta campestria cum muris et habitationibus suis integre migraverunt et salvæ quasi ad millia sex vel etiam modicum quid ultra. Denique asseveraverunt hi qui propriis visibus terram Mesopotamiam contemplati sunt, in longitudinem disruptam fuisse ad millia duo, et ex profundo ejus ascendisse aliam terram nimis albam et arenosam, de cujus medio ascendit, ut aiunt, animal mulinum incontaminatum, loquens humana voce, et prænuntians gentis incursionem ab eremo adversus Arabes. Quod et factum est. Præterea sequenti anno quartæ indictionis, solemnitate sanctæ Pentecostes, coronavit Constantinus imperator Leonem filium suum imperatorem per Anastasium patriarcham consentaneum suum.

Mundi anno 6242, divinæ incarnationis anno 742, anno vero imperii Constantini 10 Muhamed fit Arabum dux, qui eis quinque præfuit annis. Eodem quoque anno simultates Chalcidenses adversus Maurophoros Persas concitaverunt, et interempta sunt ex eis in montanis Hemessæ per illos quatuor millia. Id ipsum vero factum est et per Arabiam in Chaisinos ab eisdem Persis. Cum autem caput Maruham myrrha conditum fuisset allatum, pluresque simultatibus cessaverunt.

Anno imperii sui 11 Constantinus Theodosiopolim et Melitenem cepit, et captivos duxit Armenios. Theodorus quoque filius vicarii minoris Arabiæ oriundus, obeunte sanctissimo Theophylacto Antiochiæ patriarcha prædicatur, qui sex præfuit annis Ecclesiæ.

Anno imperii sui 12 Constantinus impius imperator, elatus sensu, multa contra Ecclesiam et orthodoxam fidem meditans, et silentia per singulos dies faciens, populum ad sensum suum inflexit.

Infelicitate consecrandum, praevis futuræ impietatis A existens.

Anno imperii Constantini 13 Anastasius scelestus, qui Ecclesiæ throno Constantinopolitanæ præfuit, mortuus est corpore simul et anima miserabili passione quæ dicitur chordapsos fatigatus, cum stercus per osevomisset, dignam exsolvens vindictam, pro audacia scilicet, quam contra Deum contraque magistrum suum exhibuit.

Eodem quoque anno et Constantinus impius contra sanctas et venerabiles imagines concilium iniquum 338 episcoporum congregavit in palatio Hiericæ, quorum primus erat Ephesus filius Apsimari et Pastillas Pergensis, qui apud se quæ sibi visa sunt dogmatizarunt, nullo præsentis ex catholicis sedibus, Romana scilicet et Antiochena, Alexandrina sive Hierosolymitana. A quarto idus B Februariarum incipientes perduraverunt usque ad sextum idus Augustas ejusdem septimæ indictionis. Qui cum in Blachernas Dei Genitricis hostes convenissent, ascendit Constantinus imperator in ambonem, tenens Constantinum monachum, qui fuit Sylæi episcopus. Cum orasset, voce magna pronuntiavit dicens : *Constantino universali patriarchæ multos annos.* Et dein ascendit imperator cum Constantino scelerato præsule et reliquis episcopis forum, et exclamaverunt divulgantes suam cacodoxam hæresim in conspectu totius plebis, anathematizantes Germanum sanctissimum et Gregorium Cyprium et Joannem Chrysorrhæam Damascenum, nepotem Mansur, viros sanctos et reverendos magistros.

Mundi anno 6246, divinæ incarnationis anno 746, anno vero imperii Constantini 14, Constantinus Constantinopolitanus habetur antistes, qui 12 Ecclesiæ præfuit annis. Hoc quoque anno Maumed, qui et Abulabas, mortuus est, cum 5 præfuisset annis. Eratque Abdelas frater ejus in Machia loco blasphemie ipsorum. Scribit ergo Abumuslim, qui erat in Perside, conservandum sibi locum principatus, sicut sibi sorte fuerat deputatus. Qui cum didicisset Abdelam filium Halim, fratrem vero Salim, summum prætorem Syriæ, principatum sibi affectantem, et veniendum ad obtinendam Persidem, adversantemque Persis, et faventem his qui D erant Syriæ quique auxiliabantur ei, concitatis exercitibus suis aggreditur eum apud Nitzibin, et victo eo Abumuslim multos peremit : erant enim plures ex his Sclavi et Antiocheni. Ast Abdelas solus salvus remanens post paucos dies petiit verbum accipere ab altero Abdela, fratre Maumed, veniente in Persidem studio multo a Macha, quo in domuncula putrefacta retruso effodi fundamenta præcipiens hunc clam interfecit. Porro Abumuslim furientem adversus Arabes Syriæ pro eo quod in

Maurophoros insurrexerint et multos in Palæstina et Emesa et maritima ceperint, atque in eos irruere meditantem cohibuit cum exercitibus. At ille iratus Abdelæ ad interiorem Persidem cum multitudine properavit. Quem cum vehementer ille metueret, accersit eum suasoriis verbis et precibus, atque ipsis execrabilibus principis eorum symbolis destinatis, virga videlicet atque sandaliis pseudoprophetæ Maumed, expetens ut ad se via unius diei diverteretur, quatenus ei decentes gratiarum actiones deferret. At ille deceptus venit cum centum millibus equitum, unitusque illi occiditur ab eo manibus propriis, sicque principatus Abdelæ confertur, qui 21 Arabibus præfuit annis.

Anno imperii Constantini 15 Paulus Romanæ sedis præsul habetur. Nicetas Heliopoleos anathematizatus est a tota Ecclesia. Imperator autem Constantinus Syros et Armenios, quos a Theodosiopolis et Melitana duxerat, in Thracem emigravit, ex quibus etiam Paulicianorum est hæresis dilatata. Similiter et in urbe paucis præ mortalitate factis habitatoribus ejus, duxit una cum familiis, tam ex insulis et Hellade quam ex inferioribus partibus, sicque urbem habitare fecit, quam et condensam reddidit.

Eodem quoque anno quæsiere Vulgares pacta propter castra quæ constructa fuerant. Ast imperatore apocrisiarium eorum dehonestante exierunt hostiliter, et usque ad Longum murum venerunt, et multo excidio perpetrato illæsi reversi sunt.

Anno imperii Constantini 16 terræ motus haud modicus factus est in Palæstina et Syria septimo idus Martias; et exsul factus est Theodorus Antiochiæ patriarcha, invidia derogatus (80) Arabum, quod crebro imperatori Constantino causas eorum per litteras indicaret. Et de cætero Salim hunc exsulem fecit, mittens eum in Mohabitidem regionem, patriam suam. Præcepitque idem Alim non construendas novas ecclesias nec crucem videndam, sed neque de fide a Christiano cum Arabibus dogmatizandum. Porro exercitum movit idem contra Romaniam cum 80 millibus, et veniens in Cappadociam audivit Constantinum adversus se venientem armatum, et territus inefficax repedavit, nihil depopulatus, nisi quod paucis Armeniis ad se confluentibus assumptis reversus est.

Anno imperii Constantini 17 Abdelas tributorum rationem Christianis ampliavit, adeo ut omnes monachos et inclausos atque cionitas, qui Deo bene placere noscebantur, sub tributis redigeret. Signavit autem ecclesiarum cimiliarchia, et eduxit Hebræos ad venundandum illa, et emerunt ea liberti.

Anno imperii sui 18 Constantinus Sclavinias penes Macedoniam positas captivavit et reliquos subjugavit. Eodem vero anno quidam ex Mauro-

NOTÆ.

(80) *Derogatus*, διαβλητός. Hist. trip. 32 : « credens derogationibus his. » Non. detrahens, derogare. Glossæ Dosithei magistri : derogat, detrahit, oblo-

quitur. Goffridus abbas Vindoc. epist. II 29 : « nec pontifici sicut Maria Moysi derogarent. FABR. »

phoris Persis, cum magicæ religionis essent, de-
ceptione detenti diaboli, venundata substantia sua
nudi supra muros ascendentes projiciebant semet-
ipsos, ita ut se volare in cœlum arbitrantur; qui
nihil ratione dignum sortis illius habentes, artus
conterebant ad ima demersi. Quorum sexdecim,
eos dumtaxat qui in errore præminebant, Abdelas
per Salim interfecit in Berœa et Chalcide.

Anno imperii Constantini 19 invidia Christianos
prohibuerunt Arabes a publicis chartothecis ad
modicum tempus. Sed rursus coacti committunt eis
eadem ipsa, eo quod non possint ipsi scribere cal-
culationes, aciesque direxerunt multas. Sed et
Paulam prætorem Armeniacorum bellum agentes
apud Melam peremerunt cum exercitus multitudine,
necnon et 42 insignes viros victos duxerunt, et
capita multa. Imperator autem exercitum movit in
Vulgariam, et veniens in Veregabam ad clausuram,
obviam ei Vulgares advenerunt et multos exercitus
ejus trucidaverunt, in quibus et Leonem patricium
et prætorem Thracensiorum, et alium Leonem logo-
thetam cursus, et populum multum, ac acceperunt
arma eorum; et sic inhoneste reversi sunt impe-
rator et sui qui remanserunt.

Anno imperii Constantini 20 factus est error
Paschæ, et orthodoxi quidam in Oriente octavo idus
Aprilias Pascha celebraverunt, at vero erronei hæ-
retici idus Aprilias.

Eodem anno translatus est caput S. Joannis præ-
cursoris atque Baptiste a monasterio Spelæi in
templum suum in Eudæsenensium civitate situm,
cum esset illustre; et descensus ædificatus est. Ubi
usque hodie a fidelibus adoratum omni suavitate
corporali scilicet ac spiritali honoratur odore, et
emanans effundit omnibus sanitates, qui fide fla-
grantes occurrunt.

Eodemque anno docites clarissima in Oriente
apparuit per 10 dies, et iterum ad Occidentem
diebus 21. Quidam vero Syrus, Theodorus nomine,
Eibaites circa regionem Heliopoleos, quæ est ad
Libanum, adversus Arabes insurrexit, et cum
bellum movisset in eos, ceciderunt ex utrisque
multi: novissime vero terga et ipse vertens effu-
git, et Libanitiæ, qui cum ipso erant, omnes sunt
interepti. Factæ autem sunt et in Africa sedi-
tiones et bella, solari eclipsi facta 18 Kalendas
Septembrias, feria 6, hora 10. Porro insurrexerunt
quidam ex Maurophoris apud Dabero, dicentes
filium protosymboli deum ut nutritorem suum, et
protulerunt dogma huiusmodi, et intulerunt Mau-
rophori domum erroris sui, et occiderunt clavi-
geros numero 60. Et exierunt quidam in Basraon,
et captivaverunt multos, et pecunias numerosas
sumpserunt.

Anno imperii Constantini 21 seditionem conci-
taverunt Cassiotæ contra Maurophoros propter

mulieres: manserant enim ex eis in domo in qua
tres fratres manebant, et voluerunt uxores eorum
in pelagus jacere. Surgentes autem tres fratres
occiderunt et obruerunt illos, sed et concervati
occiderunt etiam reliquos. Et cum misisset Selichus
militias, fraudulentè venere super illos, et com-
prehensis eis patibulo suspenderunt tres fratres,
et multos alios occiderunt. Porro festivitate Pa-
schali ingressus est ad sanctam collectam in catho-
lica Ecclesia. Cumque metropolitans episcopus
astaret, et exclamaret more solito Deo dicens: *Plebs
enim tua et Ecclesia tua supplicat te* (81), eduxerunt
eum et incluserunt in carcere, et alius complevit
sanctam collectam, et factus est timor magnus; et
nisi metropolita moralitate ac humilibus verbis mi-
tigasset eum, malum profecto ingens hora illa con-
summatum fuisset. Erat autem hic beatissimus
Anastasius.

Eodem quoque anno et Constantinus persecutor
Andream memorabilem monachum, qui dicebatur
Calybites, apud Blachernas flagris in Hippodromio
S. Mamæ peremit, redarguentem impietatem ejus,
et Valentinianistam ac Julianum appellanti eum;
quem et in rheuma maris jactari præcepit, nisi
sorores ejus hunc rapientes in emporio Leucadii
sepelissent.

Anno imperii Constantini 22 apparuit docites in
Oriente, et interfectus est filius Phatimæ. At vero
Vulgares insurgentes occiderunt dominos suos ad
se in iram derivatos, et statuerunt virum insensa-
tum nomine Zeletzin, 30 cum esset annorum.
Multi præterea Sclavi fugientes ad imperatorem
confluxerunt, quos constituit super Artanam. Porro
16 Kalendas Julias exivit imperator in Thracem,
misso quoque navigio per Euxinum pontum, usque
ad 800 chelandia ferentia duodenos equos. At vero
Zeletzis, audita contra se tam per terram quam per
mare facta commotione, assumpsit in auxilium ex
adjacentibus sibi nationibus 20 millia, et his in
munitionibus constitutis se cautum et intrepidum
reddidit. Ast imperator cum venisset, castra metatus
est in campo Anchiali; et pridie Kal. Julias primæ
Indictionis, feria quinta, Zeletzis apparuit cum mul-
titudine gentium veniens, ineuntesque bellum conci-
dunt diutius invicem. Verum Zeletzis terga vertens
effugit. Porro pugna tenuit ab hora quinta usque ad
vesperthinam, et multitudines Vulgarum numerosæ
preemptæ sunt: multi vero ex eis capti, multique
imperatori subditi facti sunt. Ast imperator hujus-
cemodi elatus victoria publicavit hanc coram urbe,
cum exercitibus ingressus armatus et laudibus
celeberrimis diffamatus, et xylopanduris constri-
ctos trahens Vulgares captos, quos extra portam
auream decollari præcepit a civibus. Zeletzim vero
tumultuantes Vulgares una cum principibus ejus
interfecerunt, et constituerunt Sabinum generum

NOTÆ.

(81) *Ta.* Sic Vaticanus. Thuanus autem tibi. Utrumque rectum est. Vide Priscianum pag. 1184 ed.
Futsch. FABR.

Comersii, quondam domini sui. Qui videlicet Sabinus cum mox ad imperatorem misisset et pacem fieri exquisisset, conventu Vulgares facto restiterunt robuste Sabino, dicentes ei: *Vulgaria per te, ut cernimus, redigetur in servitutem Romanis.* Factaque simultate fugit Sabinus in castrum Mesembriae et ad imperatorem se contulit. Statuerunt autem Vulgares alium sibi dominum, Paganum nomine.

Anno imperii Constantini 23 Romanam Constantinus residet sedem. Turci vero egressi sunt a Caspiis portis, et occiderunt in Armenia multos, et præda sumpta non pauca reversi sunt. Cosmas autem quidam episcopus erat Epiphaniae, quæ est civitas Apamiæ Syriæ. Porro quibusdam ex civibus Epiphaniae ad Theodorum patriarcham Antiochenum accusationem contra eundem Cosmam super diminutione sacrorum vasorum facientibus, cum ille minime potuisset hæc restituere, discessit ab orthodoxa fide et consentaneus Constantino in hæresi sacris adversarius imaginibus factus est; quem communi sententia Theodorus Antiochenus patriarcha et Theodorus Hierosolymitanus atque Cosmas Alexandrinus cum episcopis sibi subjectis die sanctæ Pentecostes, post lectionem sancti Evangelii, consonanter anathematizaverunt singuli in sua civitate.

Eodem quoque anno a Kalendis Octobris factum est gelu magnum et amarissimum, non solum in terra nostra, verum etiam in Oriente, multo magis in septentrionali parte, ita ut pelagus Ponti usque ad centum milliaria præ glaciei rigore in lapidis duritiem fuerit versum, habens cubitos a superficie in profundum triginta, cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lycia usque ad Danubium et Cephæ fluvium, Danastri quoque atque Danapri, atque Necropyla, necnon et reliquas ripas, et usque ad Mesembriam et Mediam similia patientibus. Cumque huiusmodi gelu nive fuisset coopertum, super alios viginti cubitos crevit, ita ut mare aridæ conformaretur, et pedibus calcaretur in superficie glaciei a Chazaria et Vulgaria, quin et reliquis adjacentibus nationibus, tam ab hominibus quam ab agrestibus et mansuefactis animantibus. Februario vero mense ipsius secundæ indictionis huiusmodi gelu per visionem Dei in multas ac diversas in speciem montium factas concisiones diviso, præ vi ventorum in Daphnusiæ et Hieron descendentes, taliter per angustum venerunt ad urbem et usque ad Propontidem et insulas et Abydum, omnes maritimos toros ac ripas replentes; quarum videlicet concisionum inspectores et nos ipsi existimus, descendentes super unam earum cum quibusdam triginta coætaneis nostris, et super illam jocantes. Habebat autem et animalia campestria et mansueta mortua: omnis enim, quicumque vellet, a Sophianis usque ad urbem et a Chrysopoli usque ad S. Mamam et ad ea quæ dicuntur Galati per aridam sine prohibitione pergebat. Et una quidem ex eis ad Acropoleos scalam dirupta contrivit eam;

alia vero ingentis molis ad murum collisa hunc magno impulsu concussit, adeo ut interiores quoque domus salo comparticiparentur. Porro in tria dirupta cinxit urbem, a Manganis videlicet usque ad Bosphorum; cuius altitudo muros excessit. Omnes autem urbis tam viri quam feminae, simul et pueri, horum visioni dantes indesinenter operam perseverabant, et cum lamentis ac lacrymis domum revertebantur, ignorantes quid ad id fari quivissent. Cæterum anno eodem, mense Martio, stellæ de cælo repente cadentes apparuerunt, ita ut omnes qui hoc viderunt instantis sæculi consummationem esse putarent. Siccitas quoque multa effecta est, adeo ut exsiccarentur etiam fontes. Ast imperator accersito patriarcha dicit ei: *Modo quis nos lædet, si dixerimus theotocon christotocon?* At ille hunc amplexatus ait: *Miserere, domine, ne ad cogitationem tuam veniat iste sermo. Nonne vides qualiter divulgatur et anathematizetur Nestorius a tota Ecclesia?* Qui respondens ait: *Ego discere volens interrogavi. Verum usque ad te sermo.*

Mundi anno 6246, divinæ incarnationis anno 746, anno vero imperii Constantini 24 exierunt iterum Turci ad Caspias portas et Hiberiam; quibus cum Avaribus bellum ineuntibus ex utrisque perierunt multi. Abdelas vero huiusmodi calliditate deposuit a principatu Hisebinmuse, in quem, ut superius dictum est, tertia sors tenendi post eum cecidit. Videns enim eum dolore capitis hemieranice laborantem et scotomi plenitudinem patientem persuadet quod curandus foret, si ex aliqua confectione ptarmica in nares ejus insufflaretur a medico suo Mose nomine, diacono Antiocheorum Ecclesiæ, quem jam muneribus fecerat acerrimum conficere medicamen, quod simul et narcoticum foret vehementer; qui, videlicet Hise, cum parvisset Abdelæ, suscepit per nares confectionem, et repletus in omnibus circa caput, cunctisque sensibus una cum hegemoniis operationibus defraudatus, sine voce porro jacebat. Advocatis itaque Abdelas ducibus ac primoribus gentis, *Quid vobis, inquit, videtur super futuro rege vestro?* At illi concorditer abnegato eo dexteram dederunt filio ejus Abdelæ Muhamed, qui nuncupatur Madi; porro Hise absque sensu domum reportaverunt. Hunc autem post tertium diem convalescentem excusationibus fictis consolabatur, centum auri talentis injuriam recompensans.

Eodem etiam anno misit Paganus, dominus Vulgarie, ad imperatorem, postulans ut cum eo facie ad faciem jungeretur, et accepto verbo descendit ad eum cum Bohiladis suis. Cumque imperator una cum Sabino sederet, suscepit eos et exprobravit inordinationem eorum et odium habitum in Sabinum, feceruntque pacem, ut putabatur. Ast imperator mittens etiam in Vulgariam cepit Severum principem Sclavinum, qui multa in Thrace fecerat mala. Comprehensus autem est et Christianus, qui ex Christianis ma-

garites et primus scamarum (82) effectus est, quem apud S. Thomam manibus et pedibus detruncantes adduxerunt medicos, qui hunc vivum inciderent a thorace pube tenus ad hominis cognoscendam positionem atque structuram, et sic eum tradiderunt igni. Actutum præterea imperator exiens ab urbe, cum sine custodia invenisset ob deceptoriam pacem clausuras, ingressus est Vulgariam usque ad Tzicas, et misso igne in cohortes quas reperit, cum timore reversus est, cum nihil forte patrasset.

Anno imperii sui 25, 12 Kalendas Decembrias indictionis quartæ, furens, impius et scelestus imperator adversus omnes timentes Deum, Stephanum novum protomartyrem abstrahi præcepit, cum esset in clausus apud S. Auxentium in proximo monte Damatry; quem hi, qui eruditionis ejus fructum percipiebant et unius cum eo ac similis erant sensus, scholarii quoque ac reliquis ordinibus deputati accipientes, pedemque ipsius rudente ligantes, traxerunt a prætorio usque ad ea quæ sunt Pelagii, ubi et discerpentes eum projecerunt venerabiles illius reliquias in Biothanatorum lacum, eo quod multos monuerit et adduxerit ad monasticam vitam, atque contemnere regias dignitates atque pecunias persuaserit: reverendus quippe vir omnibus erat pro eo quod fere sexaginta fecerit annos in claustris et virtutibus multis effulserit. Multos autem principes ac milites accusatos, quod imagines adorarent, diversis pœnis et amarissimis verberibus tradidit; jusjurandum etiam generale ab omnibus sub imperio suo degentibus exegit, ne quisquam adoraret iconam. Cum quibus et Constantinum falsi nominis patriarcham super ambonem ascendere et exaltare pretiosa ligna et jurare fecit, quod non esset ex eis qui imagines adorarent; cui mox persuasit ut ex monacho Stephanites efficeretur, et carnibus vesceretur, atque citharædos ad mensam admitti regiam pateretur. Sed non in longum ultio homicidam hunc tradidit pœnis. Denique duodecimo Kalendas Februarias quartæ indictionis motus est contra Vulgares, et direxit ad Achelon 2600 chelandia construens, ea et armans ex cunctis thematicis; quæ cum in toris (82) stationem fixissent, flante aquilone contrita sunt pene omnia, et necatus est populus multus, ita ut imperator extendere retia et sic mortuos educere ac sepelire præceperit. Porro decimo sexto Kalendas Septembrias ejusdem quartæ indictionis publice diffamavit ac dehonestavit habitum monachorum in Hippodromio, præcipiens unumquemque monachum manu tenere mulierem, et taliter eos transire per

A Hippodromium, sputis et injuriis ab omni populo cumulosos. Similiter et octavo Kalendas Septembrias ducti sunt ad ludos Circenses insignes principes decem et novem, et pompati sunt quasi mala contra imperatorem consiliati fuerint, non veraciter accusati, sed quia invadebat eis eo quod essent formosi atque robusti et ab omnibus colaudati, quibusdam vero ex eis et ob religionem, eo quod ad prædictum in clausum issent et passionibus ejus publice divulgarent; quos et interfecit. Quorum præcipui sunt Constantinus patricius et dudum logotheta cursus, cui nomen imposuit Podopagurum, et hujus frater Stategius spatharius et domesticus excubitorum, Antiochus logotheta dromi factus et prætor Siciliæ, David spatharius et comes Obsequii, Theophylactus protospatharius et prætor Thraciæ, Christophorus spatharius, Constantinus spatharius et primus imperialis stratorum, filius patricii Bardanis, Theophylactus candidatus, et alii. Quos cum in Hippodromii ludos palam traduci et ab omni populo conspui et maledici fecisset, sententiam dedit. Et illos quidem duos fratres, Constantinum aio atque Stategium, intra venationis septa capitis animadversione punivit, multo super eos facto universæ plebis lamento, adeo ut cum hoc didicisset imperator, indignaretur et præfectum Procopium cæderet et ab administratione depelleret tanquam id fieri permittentem. Cæteros autem omnes oculis privatos in exilium destinavit, quos et per singulos mittens, cum esset omni crudelitate plenus, ad loca in quibus degebant, centenis flagris vapulare jubebat.

Porro tertio kalendas Septembrias ejusdem quartæ indictionis insanlens idem malivocus adversus æquivocum (83) suum et consentaneum patriarcham, et inventis quibusdam clericis et monachis instruxit illos ut dicerent: *Audivimus patriarcham cum Podopaguro adversus imperatorem loquentem*, et misit eos ad patriarchium, ut arguerent eum. Cumque ille negaret, fecit illos ad pretiosa ligna jurare fatentes: *A patriarcha maledicta hæc audivimus*. Inter hæc ergo misit, et bulla signavit patriarchium, et hunc exsilio relegavit apud Hieriam, et rursus apud Principem insulis.

Anno imperii Constantini 26 Abdelas Ibin alim mortuus est, ruente super se turre, in qua custodiebatur. Abdelas autem cum cameræ fungeretur honore, multa mala Christianis sub principatu suo degentibus demonstravit, siquidem et cruces ecclesiarum abstulit, et vigiliis nocturnas celebrare, sed et litteras discere prohibebat. Hi vero qui dicuntur apud illos Aluritzæ, quod interpretatur æmulatores, contra Palmyrenensem eremum insur-

NOTÆ.

(82) Scamari sunt prædones, et scamara depredatio. Stephanus 2 epistola ad Pipinum R. F.: « Scamaras atque depredationes seu devastationes in civitatibus et locis B. Petri facere sua imperazione nec cessavit nec cessat. » FABR.

(82) *In oris*. FABR.

(83) *Æquivocum*. Ludovicus imp. in præcepto quodam apud Flodoardum II, 19: « gens nostra Francorum cum æquivoco nostro rege ejusdem gentis » FABR.

rexerunt. Sed illorum quidem malitia in Ecclesias Dei utpote infidelium manifesta fuit. Is autem qui Christianis, ineffabilibus Dei iudiciis, imperabat, fortassis ut Israel quondam ille vesanus Achab, multo peiora quam Arabum sit insania sub imperio suo positis orthodoxis, episcopis videlicet, monachis et laiciis, praelatis atque subjectis ostendit, ubique intercessionem sanctæ Dei Genitricis ac omnium sanctorum in scriptis ut inutiles et sine scripto repellens, per quas videlicet nobis emanat omne suffragium, et sanctas reliquias eorum effossas efficiens et invisas reddens, sicubi cujusquam insignis audiebantur ad animarum sanitatem et corporum rejacere, vel sicut moris est, a pie agentibus honorari. Mox ergo mortem adversus hujusmodi tanquam impie gerentes minabatur, sin autem, proscriptiones ac exilia et tormenta. Deo vero gratissimum lipsanum, utpote quidam thesaurus possessoribus habitus, auferetur, invisum (84) de cætero efficiendum. Tale quid et in pretiosissimum laudabilis martyris Euphemiæ profanus hic imperator lipsanum gessit, in profundum id una cum loculo jaciens, non ferens videre unguenti etiam ex se super omnem populum suavitatem reddentem, et arguentem ejus adversus intercessionem sanctorum deliramenta. Sed Deus, qui custodit ossa placentium secundum divina eloquia, illæsum hoc conservavit, rursus ostensurus illud apud Lemnum insulam: per nocturnam enim visionem jacens elevandum præcepit et conservandum. Sub Constantino vero et Heirene piis imperatoribus, indictione quarta, cum decenti honorificentia rediit ad templum suum. Quod ipse quidem, tanquam inimicus Ecclesiarum, commune fecit armamentarium sterquilinumque fore decrevit, illi repurgatum hoc iterum sacraverunt, ad redargutionem quidem hujus impietatis, ostensionem autem horum pietatis. Hoc autem ob stupendum et scriptura dignum miraculum post 22 annos iniqui principis mortis, una cum piissimis imperatoribus et Tarasio sanctissimo patriarcha, nos et vidimus et cum eis amplexi fuimus, licet indigni magnam gratiam promerentes. Porro decimo sexto Kalendas Decembrias, ejusdem quintæ indictionis, decreto imperatoris promovetur Nicetas eunuchus ex Sclavis ortus irregulariter patriarcha Constantinopoleos. Et facta est siccitas, ita ut nec ros de cælo caderet, defecitque penitus ab urbe aqua, et otiosæ remanserunt iam cisternæ quam lavaera, quin potius et fluentia fontalia, quæ prius jugiter effluebant. Quod intuens imperator cœpit renovare aqueductum Valentiniani, qui cum usque ad Heraclium perdurasset, ab Avaribus est destructus. Electis ergo ex diversis locis artificibus ab Asia quidem duxit et Ponto ædificatores mille et liniatores (85)

ducentos, a Græcia vero et insulis testatarios (86) quingentos; porro ex ipsa Thrace operarios quinque millia et tegulas facientes ducentos, et præposuit eis principes executores operum ac patricium unum; sicque opere consummato aqua introivit in urbem. Cæterum eadem quinta indictione provehit sui sensus prætores et operarios nequitia sua condignos, Michaellem videlicet Melissenum in themate Orientalium et Michaellem Lachanadracontem in Thracesiis, super buccellarios vero Manin a mania, id est insania, nominatum. Sed quis idoneus ad enarranda scelerata horum piacula, quæ partim suis a nobis conscribentur in locis? Omnia enim seu singula horum opera si conscriberentur, quæ ad curationem imperantis effecta sunt, nec ipsum arbitror, ut proprie cum evangelista dicatur, mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Anno mundi 6259, divinæ incarnationis anno 759, anno imperii Constantini 27 Stephanus Romanæ sedis habetur antistes. Constantinus vero, falsi nominis patriarcha, ductus est Nonis Octobribus sextæ indictionis a principe in insulam; quem et cecidit tyrannus, quod vadere non valeret. Jussit autem eum in phorio portari, et euntem sedere in gremio ecclesiæ Magnæ; eratque asecretis cum eo ferens chartæ tomum, in quo erant scripti hujus excessus. Omni ergo populo civitatis ex præcepto regio illic congregato et vidente legebatur charta in audientiam totius populi, et per singula percutiebat asecretis faciem ejus, Niceta patriarcha in confessorio sedente ac intente. Post hæc vero cum imposuissent eum in ambonem et rectum stare fecissent, accepit Nicetas chartam et misit episcopis, et ablato superhumerali ejus, anathematizaverunt eum, et hunc Scotiopsin cognominantes, abstraxerunt ab ecclesia, gradientem retrorsum, Postera vero die cum ludi Circenses agerentur, raserunt faciem ejus, et barbam denudaverunt, capitis ac supercilliorum pilis ablatis, et indutum hunc laneo brevi et sine manicis vestimento, sedere fecerunt oblique super asinum sagma ferentem, et ipsi tenere caudam, et eduxerunt eum per Diippium Hippodromium, cuncto populo et vulgo mala imprecante illi et conspuente. Trahebat autem asinum Constantinus nepos ipsius, naso reciso. Cumque venisset ad vulgus, descenderunt et conspuerunt et pulverem projecerunt super eum. Et cum adduxissent eum ad consistorium, dejecerunt de asino, et calcaverunt collum ejus, et collocatus contra vulgus audiebat ab illis ludicra verba usque ad absolutionem ludorum equestrium.

Eodem quoque mense missis impius iuperator patriciis significat ei dicens: *Quid dicis de fide nostra et concilio, quod fecimus?* Qui sensibus ad vanitatem conversis respondit: *Bene*, inquit, et

NOTÆ.

(84) *Invisum*. Apuleius 5: «Post opimas dapes quidam introcessit et cantavit invisus.» FABR.

(85) *Liniatores*. Gloss. *χρίσις* liniatura oblitus. *Is*.

(86) *Testacearios*. FABR.

credis, et bene concilium operatus es, putans se ob hoc illum rursus placare. At illi confestim respondentes dixerunt: Nos hæc audire solumus ab ore tuo polluto. Ex hoc ergo vade in tenebras et in anathema. Et sic accepta sententia descendit ad claustrum ferarum, et decollatus est. Et caput quidem ejus per aures ligantes tribus diebus in Milio suspenderunt ad ostentationem plebis: corpus vero ejus pedo reati ligato traxerunt per plateam usque ad loca Pelagii, et sociandum biathanatis jactaverunt; similiter et caput ejus post tres dies illuc delatum projecerunt. O irrationabilitatem et crudelitatem atque imhimericordiam immitissimæ bestiæ! Non est veritus miser sanctum lavacrum: duos enim filios ejus ex tertia conjuge ipsius in ulnas suas susceperat, siquidem semper feralis moribus et immansuetus esse probatur. Ab hoc autem anno ampliori insania usus est: mittens quippe deposuit Petrum nobilem stylitem a petra, quem vivum, cum dogmatibus ejus cedere renuisset, ligatis pedibus ejus in prædictum Pelagii locum, et hunc quoque per plateam tractum projici jussit. Alios etiam in saccis vinciens et lapidibus aggravans in pelagus jactari præcipiebat, oculos eruens, nares abscindens, flagellis excorians, et omnem tormenti speciem adversus eos qui pio agebant exco-gitans. Et in urbem quidem per se ipsum hæc et consentaneos suos, Antonium aio patricium et scholarum domesticum, ac Petrum magistrum, atque per populum singulorum ordinum, qui a se fuerat ad talia eruditus, agebat. In exteris vero thematibus per jam dictos prætores. Ipse namque cibaræ sonitu delectabatur atque conviviis, turpibus sermonibus et saltationibus eos qui sibi adhærebant incessanter erudiens, et sicubi quisquam corrueus vel dolens solitam Christianis vocem emitteret dicens: *Dei Genitrix, juva*, aut vigiliis agens deprehenderetur aut Ecclesiis assuetus aut cum religione vivens aut non passim juramentis abutens, ut inimicus imperatoris damnabatur et immemorabilis nominabatur. Monasteria vero, quæ in gloriam Dei et refugia salvandorum effecta sunt, domos fore communes fautoribus suis militibus faciebat. Denique cœnobium Dalmatii, quod inter optima Byzantii erat cœnobia, militibus in habitaculum tribuit; ea quæ dicuntur Callistrati et Dii ac Maximini monasteria, necnon et alias sacras monacharum ac virginum domos, a fundamentis destruxit. Eos vero qui monasticam subire vitam ex insignibus militibus vel senatoribus studuerant, et maxime illos qui sibi adhæserant et complices libidinis suæ ac nefandorum actuum fuerant, morti subdebat, suspectui habens confusionem, quæ sibi ex pronuntiationibus fieret propalantium se. Unde et Strategium Podopaguri fratrem, cum esset urbanus specie, assumpsit: amabat enim talibus

adhærere prop' er luxurias suas. Cum autem sensisset eum moleste tulisse infandas in viros insanias suas, et beato Stephano inclauso S. Auxentii has manifestas reddidisse, salutisque remedia suscepisse, hunc quasi insidiatorem suum diffamans una cum inclauso, ut prædictum est, interfecit. Fecit autem abundare horno species in urbe: novus enim Midas factus aurum concervavit et agricolas denudavit, et ob tributorum exactionem cogeantur homines largas Dei geniminum munificentias facile seu vili pretio venundare.

Eodemque anno Nicetas falsi nominis patriarcha iconas ex musio factas, quæ in patriarchio Secreti minoris erant, erasit, et imagines magni Secreti, quæ sculptæ in ligno erant, deposuit, et cæterarum imaginum facies delinivit. Sed et in Abramio similiter fecit.

Anno imperii sui 28 coronavit imperator Eudociam uxorem suam, cum esset trigamus et hæc esset tertia conjux, in tribunatio decem et novem accubituum Kalendis Aprilibus: filios vero suos ex ipsa procreatos, Christophorum scilicet et Nicephorum, postera die, qua sanctum celebratum est Pascha, Cæsares ordinavit, patriarcha orationem faciente, et Imperatoribus super eos chlamydes et Cæsaricias imponentibus galeas. Pari modo et Nicetam, novissimum fratrem eorum, nobilissimo facto, superposuit ei chlamydem auream et coronam; et ita processerunt, jactantibus imperatoribus hypatiam trimisia (87) et semisia et numismata nova, usque ad Magnam ecclesiam.

Anno imperii Constantini 29 ingressa est urbem Heirene ab Athenis veniens dromonibus et chelandiis plurimis, adornatis sericis palliis, et proceribus urbis cum uxoribus obviam occurrentibus ei præcedentibus eam. Cumque patriarcha venisset ad palatium in ecclesiam Phari, facta sunt ad eamdem Heirenem Leonis imperatoris sponsalia, et decimo sexto Kalendas Januariæ coronata est in triclinio Augustæ imperatrix Heirene. Quæ cum ad oratorium S. Stephani situm in Daphne abiisset, accepit nuptiarum coronam una cum filio Constantini, prælato videlicet imperatore Leone. Hoc etiam anno facta est commutatio in Syria viri ad virum et feminæ ad feminam et pueri similiter ad puerum. Et præcepit Abdelas radi barbas eorum, et fieri calamaucos cubiti unius et semis.

Anno imperii Constantini 30 Adrianus sedis apostolicæ præsul habetur. Eodem anno movit exercitum Banacas contra Romaniam, et multos captivos abduxit, et Romani quartam Armeniam ingressi despoliaverunt eam. Præterea moritur Salech, et translata est Germanicia in Palæstinam.

Eodem vero anno imitatus Lachanodracon magistrum suum, omnem monachum et monacham in

NOTÆ.

(87) *Trimisia*. Anast. in exsilio S. Mart.: « Usque ad unum trimisium frumentum potui comparare. » V. Scaliger *De re numm.* et Salmas. ad H. A. Fara.

themate Thraceseorum commorantes apud Ephe-
sum congregavit, et eductis eis in campum dixit
ad eos: *Qui vult imperatori ac nobis obedire, alba
induatur veste et in hac hora sumat uxorem: ast
qui hoc facere parvi penderint, privati luminibus in
Cypro exsilio damnabuntur.* Tumque opus cum verbo
pariter consummatum est, et multi eodem die
martyres sunt ostensi, multi vero deficientes et
enervati perierunt, quos et familiares sibi Draco
faciebat. Præterea indictione nona, mense Janua-
rio, natus est imperatori Leoni et Heirenæ filius,
qui nominatus est Constantinus, dum adhuc vive-
ret Constantinus avus ejus.

Anno imperii Constantini 31 movit exercitum
Banacas contra Romaniam, et cum descendisset ab
Hisauria in castrum Sices, obsedit illud. Quod
cum audisset imperator, scripsit ad Michaelē
prætorē Orientalium et ad Manin Buccellariū
et Bardam Armeniacorum prætores; qui cum ve-
nissent, tenuerunt egressum eorum, qui erat clau-
sura valde difficilis ad meandrum. Stulus autem Ci-
byrrhæotum cum Prætona spathario prætorē suo
veniens applicuit in portu prædicti castrī. Quod eum
Banacas vidisset, sui desperatus fiduciam rursus
assumit, suosque alacres reddit, et ascendens ad
equestres exercitus magnis et repentinis vocibus
cum omnibus suis clamorem dedit, sicque illos
territos fugat, multisque peremptis deprædatus
est omnia circa regiones illas, et cum spoliis multis
reversus est.

Eodem quoque anno missō Thraceseorum prætor
Lachanodraco Leonē notario suo et Leone exmo-
nacho venundavit omnia monasteria, virorum scilicet
et seminarum, et omnia vasa sacra et libros
et pecora, et quæque patrimoniorum eorum erant,
et horum pretia principis detulit. Quotquot autem
monachos et paternos libros reperit, igne com-
bussit; et sicubi lipsanum sancti quis habens ap-
paruisse ad custodiam, et hoc quoque nihilomi-
nus igni tradebat, eum vero qui habebat illud, ut
impie agentem puniebat. Et multos quidem mona-
chorum verberibus interfecit, quosdam etiam gla-
dio trucidavit. Præterea innumerabiles oculorum
visibus exorbavit; et quorundam quidem barbas
cera et oleo perungens succendebat ignem, et ita
tam facies eorum quam capita concremabat. Porro
alios post multos cruciatus exsiliis destinabat, et
postremo non deseruit in totō themate sibi sub-
jecto hominem unum monastico schemate circum-
amictum. Quod cum imperator didicisset, bonum
semper exosum habens, scripsit ei gratias dicens:
*Inveni te virum secundum cor meum, qui facis omnes
voluntates meas.* Hunc ergo imitantes et cæteri si-
militer perpetrabant.

Anno imperii Constantini 32 misit Abdelas in
Africam Mualabitu cum exercitu multo, et in-
gressus est Alphadal Badinar in Romaniam, et cepit
captivos quingentos. Mopsuestienses autem ob-
viam eis occurrentes et bellum exagitantē occi-

derant ex Arabibus mille. Ast Abdelas abiens
Hierosolimam jejunavit, et præcepit inscribi Chri-
stianos et Hebræos in manibus; et idcirco multi
Christianorum per mare in Romaniam confu-
gerunt.

Anno imperii sui 33 movit Constantinus, mense
Maio duodecimæ indictionis, stolum chelandiorum
bis millium contra Vulgariam. Et ingressus ipse in
rubea chelandia motus est ad intrandum Danubium
amnem, derelictis quoque prætoribus equestrium
thematū extra clausuras, si forte possent Vulga-
ribus in se intuitum figentibus introire in Vulga-
riam. Cum autem venisset usque ad Barnas, for-
midavit, et redire meditabatur. Sed et Vulgares
videntes, ac simili pavore metuentes, miserunt
Boilam et Tzigaten petentes pacem. Quos cum vi-
disset imperator, gavisus est et pacem fecit, præ-
stito vicissim jurejurando quatenus neque Vulgares
exirent contra Romaniam neque imperator studeret
in Vulgariam intrare. Et factis super hoc ex utraque
parte scripturis ad invicem reversus est imperator
et urbem adit, taxatis derelictis ex omnibus the-
matibus in castris quæ condidit. Octobrio verō
mense undecimæ indictionis nuntium suscepit a
Vulgaria ab occultis amicis suis, quod mitteret
dominus Vulgarie duodecim millia ex populo et
Boilades ad captivandum Verzitlam et abducendum
eos in Vulgariam. Qui ne innotesceret quod contra
Vulgares moveretur (venerant enim ad eum legati
domini Vulgarie) cum adhuc ii essent in urbe, si-
mulavit se adversus Arabes movere, et transmea-
runt tam vexilla quam suppellectiles ministerii regii
apparatus. Cum autem apocrisiarios dimisisset,
per exploratores comperto eorum egressu, assum-
pto exercitu festinus iter arripuit, et coæcervatis
thematū taxatis et Thraceseis et unitis ordini-
bus optimatibus fecit eos 80 millia. Et pergens in
locum qui dicitur Lithosoria, nullius tubæ clangore
sonante, irruerunt super illos, et vertens eos fecit
victoriam magnam, et cum multis exuviis et ca-
ptivis reversus est, triumphi sui trophæa penes
urbem ostentans, et obsequiis constipatus incedens,
bellumque hoc nobile nuncupans, eo quod
nemo sibi restiterit, nec inactio in hoc aut effu-
sio Christiani facta fuerit sanguinis.

Anno imperii sui 34 Constantinus solvens Vul-
garum pacem construxit iterum stolum multum,
et intromissis in eum equitum 12 millibus direxit
prætores classum omnes in illo, ipse vero timens
mansit cum equestri millia. Cum autem usque
Mesembriam venissent et hanc fuissent ingressi,
valenter aquilone vento spirante omnia pete con-
trita sunt et multi perierunt, et rediit, cum nihil
utilitatis attulisset. Porro Telerigus dominus Vul-
garie comperto quod per familiares suos imperator
consilia sua cognosceret, scribit ei dicens: *Vellem
effugere et venire ad te. Transmille ergo mihi verbum
securitatis meæ, et quos habes hic amicos, ut hoc eis
credam et mecum occurrant.* At ille levitate usus

scripsit ei. Qui cum hæc didicisset, per medium A
omnes recidit. Quod audiens Constantinus aliquandiu canos suos evulsit.

Anno imperii sui 35 imperator, mense Augusto decimæ tertie indictionis, exivit contra Vulgares. Qui atrociter in cruribus divinitus est percussus plaga quæ Græce anthrax appellatur, et hinc febre validissima et medicis propter nimium incendium ignota detentus Arcadiopolim rediit, a subjectis super humeros in lecto delatus, et veniens Selymbriam navim ingressus est. Cumque ad rotundum pervenisset castellum, miserabiliter in chelandio moritur, clamans et dicens: *Vivens adhuc igni sum inextinguibili traditus*, sanctamque Virginem et Dei Genitricem laudari exostulans, cum sine fœdere ipsius fuerit inimicus. Regnavit autem imperator post patris sui mortem annis 34, mensibus 2, diebus 26, et ita vitam dissolvit sanguinibus multis infectus et demonum invocationibus ac sacrificiis, persecutionibus quoque sanctarum Ecclesiarum rectæque ac immaculatæ fidei, nec non et monachorum peremptionibus et violationibus monasteriorum, malisque variis supercrescens, non minus quam Diocletianus et antiqui tyranni. Præterea eodem anno et eodem mense moritur et Abdelas Arabum dux. Cum enim hi ambo velut acerrimæ bestię diuturnis temporibus ac similiter humanum genus depasti sunt, mortui sunt providentia Dei. Et obtinent principatum Leo et Madi filii eorum. Porro eodem anno Longobardorum rex ad regiam veniens urbem imperatori se profugus contulit.

Mundi 668, divinæ incarnationis anno 768, anno vero imperii Leonis primo, Madi dux habetur Arabum, qui 9 his præfuit annis. Leo vero imperator cepit expandi in pecunias, quæ sibi fuerant a patre dimissæ, placuitque tam optimatibus quam populo, et visus est ad breve tempus pius esse, sanctæque Dei Genitricis ac monachorum amicus. Unde et metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocavit, militiasque per themata fecit multas, et ordines in urbe amplificavit. Quamobrem thematum principes moti ingressi sunt omnes cum multitudine populi copiosa, petentes Constantinum filium ejus in imperatorem. At ille, ut moris est principibus, renuntiavit eis. *Filius*, inquit, *meus unicus est mihi. Idcirco vereor hoc facere, ne forte contingat mihi quod humanum est, et cum adhuc sit parvulus, morti eum tradatis, et alium promoveatis.* At illi cum juramentis profitebantur se ullum satisfacturos minime regnaturum præter filium ejus, etiamsi eum mori Deus voluisset. Hoc autem a Dominica die qua Palmarum solemnitas agitur, usque ad feriam quintam hebdomadæ majoris, populo in Hippodromio coacervato petente, sancta Paraceve jussit jurare illos, et juravit omnis populus in honorandis et vivificis lignis, tam scilicet ex thematibus et senatu quam ex interioribus ordinibus et civibus omnibus et bergasteriacis, imperatorem non admittendi exceptis Leone seu Con-

stantino ac semine ipsorum. Et fecerunt scripta, quemadmodum juraverunt, propriæ manus. Et in crastinum, Sabbato scilicet sancto, exivit imperator in tribunalium decem et novem accubituum, et provexit nobilissimum Eudocimum fratrem suum (nam Anthimum vivens pater ejus provexerat), et processit imperator cum reliquis Cæsaribus et tribus nobilissimis ac novo Constantino ad Magnam ecclesiam, et mutato indumento, sicut imperatoribus moris est, ambonem ascendit cum filio suo simul et patriarcha, et ingressus omnis populus posuerunt scripta sua in sancta mensa, et imperator locutus est sic: *En fratres, petitionem vestram adimpleo, et dono vobis filium meum in imperatorem. Ecce ab Ecclesia et de manu Christi eum suscipitis.* At illi magna voce clamaverunt dicentes: *Fidejussor noster esto, Fili Dei, quia de manu tua suscipimus dominum Constantinum imperatorem ad custodiendum eum et moriendum pro eo.* Et in crastinum, quando videlicet magnus et Dominicus Paschæ dies celebratus est, decimo octavo Kal. Maias decimæ quartæ indictionis, auroræ crepusculo exiens imperator una cum patriarcha in Hippodromium, delato altario, omni populo contemplante, patriarcha fecit orationem, et coronavit imperator filium suum; et ita processit ad Magnam ecclesiam uterque imperator cum duobus Cæsaribus et tribus nobilissimis. Processit autem et imperatrix Heirene, cum præcessissent imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis, et ascendentibus per æneæ portæ ascensum in Catechumenia ecclesiæ, non exiens in plateam Emboli. Mense vero Maio ejusdem indictionis accusatus est Nicephorus Cæsar et frater imperatoris, quod insidias construxisset adversus eum cum spathariis quibusdam atque stratoribus aliisque hominibus regis; et facto imperator silentio apud Magnauram exposuit populo quæ de se fuerant dicta. Qui unanimiter exclamaverunt ut uterque recederet de medio, non memorantes semper perjuri se patri eorum jurasse non admissuros post mortem ejus injuriam pati natos ipsius. Ast imperator rebelles cæcos et tonsos exsilio apud Chersonem deportatos fore decrevit, et climata illa sub custodia et munimine conservanda.

Anno imperii Leonis secundo confugit Telerigus Vulgarum dominus ad imperatorem, qui fecit eum patricium, jungens illi et uxoris suæ Heirenæ consobrinam. Cum autem baptizatum eum ex sancta quoque piscina suscepisset, magnifice honoravit pariter et amavit.

Anno imperii Leonis tertio sedit Ithimamas apud Dabecon, et seditionem commovit. Leo autem imperator militias Romanorum direxit, et ingressi sunt Syriam centum millia, quibus duces erant Michael Lachanodraco Thracesium, Artabuasus Armenius Orientalium, Tatzates Bucellariorum, Basteratzes Armeniacorum, et Gregorius Obsciænsium prætores; et circumdare Germaniciam, ubi erat Hisbahalithius Madi, et apprehenderunt

omnes camelos ejus, et futurum erat ut caperent etiam Germaniciam, nisi muneribus persuasisset Lachanodraconi Hisbahal, et recessisset a castro. Et exivit in prædam regionis, et captivatis hæreticis Jacobitis Syris iterum ad castrum reversus est. Et misso Ithimamas exercitu a Dabeco et amiradibus bellum cum Romanis fecerunt, et ceciderunt amirades quinque et Arabum sex millia, ut ferunt. Et sexta feria redierunt: ingressi enim fuerant Dominica die. Præterea imperator facta majoma in Sophianis insedit in solio cum filio suo, et ita divulgavit prætores triumphos quos sumpserant. Transtulit autem hæreticos Syros in Thracem, et locavit eos illic.

Anno vero imperii Leonis quarto furore accensus Madi Arabum dux mittit Hisan cum virtute multa, Maurophorum scilicet Syriæ ac Mesopotamiæ, et descendit usque Dorylæum. Verum imperator præcepit prætoribus ne debellarent eos publico bello, sed munirent civitates et populum introducerent ad earum custodiam, destinatis et principibus magnis per singulas civitates, ipsique sumerent electorum militum terna millia, et insequerentur eos, ne dispergerent cursus, et incenderent ipsi primitus tam pabula equorum quam escas, ubicunque fuissent inventæ. Cum autem residerent Dorylæi diebus quindecim, et defecissent sibi quæ victui sunt necessaria, exilia eorum effecta sunt animalia, multaque in eis præda patrata est. Et reversi obsederunt Amorium die uno; quod cum vidissent munitum, et multam habere armaturam, reversi sunt nihil proficientes.

Anno imperii Leonis quinto Paulus Constantinopolitanus habetur antistes, venitque Madi Arabum dux Dabecum cum potentatu multo et apparatu, et misso filio suo in Romaniam ipse redit ad sanctam civitatem, et mittit Muchesiam, qui dicebatur Zelotes, et dat ei potestatem apostatas faciendi Christianorum servos et desolandi ecclesias sanctas. Et venit usque Hemesam, et repromittit se non compellere ad magarizandum nisi eos qui ex infidelibus dudum fuissent, donec patefacti sunt Hebræi et Christiani. Et statim cœpit impie cruciare, sicut nec Lysias olim vel Agricolaus, multosque perdidit. Sane feminæ gratia Christi Dei nostri vicerunt ejus insaniam; et hæc cum Nubiten-ses essent archidiaconi Hemesæ ac filii Esaiæ, multum cruciatæ, cum non cessissent impietati, millena quippe flagra recipientes et aliis multis cruciatibus attentatæ, coronam victoriæ a Christo perceperunt. Pervenit autem et usque Damascum, et multas ecclesias desertas fecit, non intendens dato Christianis ab Arabibus verbo. Præterea octavo idus Februarias mortuo Niceta, de quo prædictum est, Constantinopoleos episcopo, secunda jejuniorum hebdomada, die Dominico, Paulus honorabilis genere, Cyprius, verbo ac actu coruscans, post plurimam propter hæresim qua tenebatur excusa-

tionem, vi multa compellente consecratur patriarcha Constantinopolitanus. Media vero hebdomada jejuniorum tentus est Jacobus protospatharius ac Papias et Strategius ac Theophanes cubicularii et paracœmomeni, Leo quoque ac Thomas, æque cubicularii, una cum aliis religiosiis viris, eo quod venerabiles imagines adorarent. Tunc denudans absconditam malitiam suam Leo, persecutoris filius, hos immisericorditer cæsos et tonsos perque medium urbis vinctos pompari fecit et in prætorio inclaudi mandavit; inter quos etiam dictus moritur Theophanes, confessor effectus et coronam martyrii consecutus. Reliqui autem omnes per hujus obitum probati monachi sunt ostensi. Ast Aaron ingressus in Armeniacorum thema obsedit Semalvos castellum æstate tota, et Septembrio mense cepit illud in verbo. Miserat autem Thummamam in Asiam cum quinquaginta millibus, et occurrens Michael Lachanodracone cursu modico suo debellavit eum, et jugulavit fratrem Theumamæ.

Eodem quoque mense quartæ indictionis mortuus est Leo filius Constantini hoc modo. Cum insaniret circa lapides, nimis adamavit coronam Magnæ ecclesiæ, et accipiens portavit eam, et exierunt carbunculi in capite ejus, et captus a valida febre mortuus est, cum regnasset annis quinque, diebus sex exceptis.

Mundi anno 6776, divinæ incarnationis anno 776, Heirene piissima una cum filio suo Constantino gloriose imperium divinitus accipit sexto idus Septembrias indictionis quartæ, quatenus mirabilis prædicaretur Deus etiam in hoc, per viduam feminam et puerum orphanum depositurus immensam contra se famulosque suos impietatem et adversus cunctas Ecclesias motam impugnatoris Dei Constantini tyrannidem, ut olim diaboli per piscatorum et illitteratorum infirmitatem. Post quatuor vero dies imperii sui, cum filius suus decem esset annorum, consilium facientes quidam senatorum voluerunt educere Nicephorum ex Cæsare et imperatorem statuere. Cum autem ad notitiam causa devenisset, tenti sunt Gregorius logotheta dromi, et Bardas dudum prætor Armeniacorum, Constantinusque vicarii spatharius et domesticus excubitorum, ac Theophylactus Rangabe drungarius duodecimæ insulæ, et multi alii; quos cæsos et tonsos in diversis locis exsilio relegavit. Porro viri sui fratres Cæsares ac nobilissimos tonsos sacerdotio fungi et populo communionem in festivitate Christi nativitatis porrigere fecit, in qua procedens imperatorio more publice cum puero retulit ecclesiæ stemma, quod fuerat a marito sublatum, pulcherrime fabrefactum et pretiosis lapidibus venustatum. Promovit autem Helpidium prætorem in Sicilia, qui et ante illic prætor exstiterat. Porro decimo septimo Kalendarum Maiarum accusatus idem Helpidius quod cum Cæsaribus sentiret, et misso Theophilo spathario præcepit ut compendio raperet et duceret eum. Qui cum perrexisset, non dederunt illum Siculi. At illa hujus

uxorem ac filios cæsos et tonsos prætori misit A
custodiendos. Junio autem mense omnia ulteriora
thematata destinavit ad clausuras custodiendi et
observandi exitum Arabum, proponens eis caput
Joannem sacellarium, qui erat eunuchus et dome-
sticus ejus. At vero Madi misit Cebir cum virtute
multa, et occurrunt in locum nuncupatum Milum,
et inito bello superantur Arabes, et occiduntur ex
eis multi, et ita cum confusione reversi sunt. Cœ-
perunt præterea piissimi principes fiducialiter agere,
et verbum Domini dilatarı, et qui volebant salvari,
sine prohibitione mundo abrenuntiare, et glorifica-
tio Dei exaltari, ac monasteria recreari, atque
omne bonum manifestari.

Hoc etiam anno in longis Thracæ muris homo
quidam fodiens invenit lapideam arcam, quam B
cum expurgasset et revelasset, reperit virum ja-
centem et litteras conglutinatas arcæ, continentes
hæc : *Christus nascetur ex Maria Virgine, et credo
in eum. Sub Constantino vero et Heirene imperatori-
bus, o sol, iterum me videbis.*

Anno imperij Constantini et Heirene secundo
direxit Heirene Costahim sacellarium et Mama-
lum primicerium ad Carolum regem Francorum,
quo filiam suam nuptui traderet imperatori Con-
stantino filio suo. Et facto placito ac jurejurando
inter utrosque, reliquerunt Elisæum eunuchum
atque notarium ad docendam illam Græcorum lit-
teras simul et linguam; sed et ut erudiret eam et
secundum mores Romanorum imperii. Constructis C
autem classibus numerosis, et electis ex themati-
bus populis ac principibus, qui sufficerent, pro-
movit Theodorum patricium eunuchum, virum in-
dustrium, et direxit in Siciliam adversus Helpidium.
Cumque multa fierent bella, vicerunt hi qui
circa Theodorum erant. Quo viso Helpidius ti-
muit, et sumptis quotquot habebat pecuniis cum
Nicephoro transmeavit in Africam, et accepto verbo
sacnitatis ad Arabes confluit; quem illi susceptum
ut Romanorum imperatorem retinebant, cora-
nantes eum incassum, et ocreis et stemmate
induentes. Cum autem Romanorum in his po-
pulus vacaret, egreditur Madi filius Aaron cum
potentatu et apparatu nimio, tam Maurophorum
quam totius Syriæ et Mesopotamiæ atque de-
serti, et venit Chrysopolim, derelicto Bunuso ad
obsidendum Nacoliā et custodiendum dorsa sua.
Misit autem et Burniche in Asiam cum 30 mil-
libus; qui cum debellasset Lachanodraconem cum
thematate Thracæstorum in loco Darino dicto,
cum et ipsi triginta millia essent, quinque mil-
lia interfecit. Ast imperatrix misso Antonio do-
mestico cum ordinibus obtinuit Barin, et con-
cluserunt eos. Confugit autem ad eos Tazatius
Bucellariorum prætor, odio quod contra Stau-
racium habebat patricium et logothetam dromi,
eunuchum omnibus, qui tunc videbantur esse,
præminentem et omnia disponentem. Et dato eis
consilio pacem postulaverunt. Cum autem ad hoc

A exissent Stauracius et Petrus magister et An-
tonius domesticus, non studuerunt subtiliter
agere, ut verbum cante susciperent et filios pri-
morum, sed exemptes inconsulta tenti sunt ab
illis et compedibus vincti sunt, et coactæ sunt
utræque partes ad faciendum pacem. Et dona-
verunt invicem, Augusta scilicet et Aaron, xenia
multa, pacto firmato ut per singulos annos eis
censum tribueret. Et facta pace discesserunt,
dimittentem etiam et civitatem Nacoliæ. Tulit an-
tem et Atazates uxorem suam et omnem sub-
stantiam.

Anno imperij sui tertio, pace facta cum Ara-
bibus et aditu reperto, Heirene mittit Stauracium
patricium et logothetam dromi cum virtute multa
contra Sclovinorum gentes. Qui cum descendis-
set in Thessaliā et Græciam, subiecit omnes
et tributarios fecit imperio. Introivit autem et
in Peloponnesum, et multam captivitatem et exu-
vias Romano imperio attulit.

Anno imperij Constantini ac Heirene quarto
redit Stauracius, de quo supra dictum est, e
Sclovis, et triumpho manifestavit trophæa in Hip-
podromio. Mense autem Maio ejusdem septimæ
indictionis exivit imperatrix Heirene una cum
filio suo et virtute copiosa in Thracem, cir-
cumferens organa et cætera genera musicorum.
et ivit usque Beroeam, et hanc ædificari jubens
nominavit Heirenopolim. Venit autem et usque ad
Philippopolim cum omni securitate, et rediit, cum
construxisset etiam Anchialum.

Eodem quoque anno et Arabum dux Madi,
qui et Maumed, mortuus est, et obtinuit Moses
filius ejus. Porro pridie Kalendarum Septembria-
rum ejusdem septimæ indictionis Paulus almifcus
et sanctissimus patriarcha infirmatus thronum
reliquit et descendens ad monasterium Flori
monachicum suscepit habitum, imperio ignorante.
Cum autem hoc didicisset imperatrix, venit ad
eum cum filio tristis et clamans, Cur, inquit, hoc
fecisti? At ille cum lamentis multis ait ad eam:
*Utinam nec unquam sedissem in sacerdotii throno,
Ecclesia Dei tyrannidem patiente, præsertim cum
acissa sit a reliquis universalibus sedibus et anathe-
matizata!* Quæ demum ascitos patricos et sena-
tus primores misit ad eum audire quæ ab ipso
dicebantur; qui dixit ad illos : *Nisi synodus uni-
versalis fiat, et error qui est in medio vestri corri-
gatur, salutem non habebitis.* At illi dixerunt ei :
*Et quare subscripsisti, cum consecraretis, non te
consecraturum iconam?* Ait autem : *Etenim idcirco
lamentis afficior et cucurri ad poenitentiam, depre-
caturus Deum, ne sicut sacerdotem me cruciet, qui
tacuerim usque nunc et præ timore furoris vestri
non prædicaverim veritatem.* Et in his obdormivit
in pace, derelicto lamento multo tam imperio
quam pia et religiosis rei publicæ viris : colendus
enim vir erat, et supra mensuram misericors, ac
omni reverentia dignus, multaque fidem ha-

bebat tam res publica quam imperium erga illum. Ex tunc ergo coepit dici et disputari super sanctis imaginibus sermo ab omnibus cum fiducia.

Anno imperii Heirene cum filio quinto Arabum dux Moses provehitur, qui uno eis praefuit anno. Constantinopolitanus vero Tarasius habetur antistes. Hoc quoque anno collecto imperatrix Heirene omni populo apud Magnauram dixit ad eos : Scitis, fratres, quid fecerit Paulus patriarcha ; et si quidem vixisset, non utique pateremur hunc dimittere sacerdotii thronum, licet monasticum habitum induisset. Quia vero, sicuti Deo placuit, de vita migravit, provideamus hominem, qui possit pascere nos et Ecclesiam Dei didascalicis conservare sermonibus. Qui unanimitate omnes dixerunt non fore aliam nisi Tarasium a secretis. At illa : Et nos, ait, illum eligimus. Sed resultet, et dicat pro qua causa non suscipit electionem imperii et totius plebis. At ille respondit populo dicens : Immaculatae fidei nostrae Christianorum custodes, et eorum quae in gloriam Dei sunt æmulatores fideles, imperatores nostri, tanquam omnium in beneplacitum ejus et in commodum nostrum curam facientes, et maxime nunc ecclesiastica negotia diligenter et sollicitè considerantes, quo summus sacerdos in hac regia urbe sua constitueret, in sua pietatis me animum assumpserunt, et ut manifeste mihi diceretur quod consilium sunt præceperunt. Cumque ad hoc me indignum esse pronuntiarem et nullum consensum efficere, utpote qui jugum hujus sarcinae portare vel sufferre non possem, jusserunt me adduci ante faciem vestram, pro eo quod hujus consilii unanimes et comprobatores effecti sitis. Et nunc, o viri, qui Deum timetis et semper hunc in cordibus vestris habetis, quique Christi vocatione, veri videlicet Dei nostri, nominamini Christiani, aio, audite brevis sermonis ab exiguitate ac humilitate nostra rationem. Ego quidem quidquid piis imperatoribus nostris et per omnia orthodoxis responderim, et in conspectu vestro orationis meae apologia respondeam, timore deprimor ad consentiendum huic electioni, et vereor a facie Dei currere taliter et quomodolibet incircumspectus, ut non terribili damnationi succumbam. Si enim divinus Paulus apostolus, qui Dei voces audit cælumque habuit erudiens se et paradisi inspector effectus est audivitque arcana verba et portavit nomen Dei coram gentibus et regibus, dixit : « Ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar, » quomodo ego, qui in mundo conversatus et cum laicis connumeratus in imperatoriis administrationibus militavi, sic absque indicatione atque circumspectione possum insilire ad sacerdotii magnitudinem, horrendum conamen ad exiguitatem meam, et temerarium studium ? Causa vero timoris et refutationis meae hæc est : aspicio enim et video Ecclesiam, quæ supra petram Christum Dominum no-

strum fundata est, scissam nunc et divisam, et nos alia atque aliter loquentes, et aliter eos Christianos qui in Oriente unius nobiscum fidei sunt ; sed et his concordantes Occidentales, nos ab omnibus illis alienatos et a se per singulos dies anathematizatos. Diva pœna est anathema : procul a Deo emittit, et a regno cælorum expellit, ducens in tenebras exteriores. Necit Ecclesiae lex vel terminus sectam sive contentionem, sed sicut novit confiteri unum Deum, unum baptismum, unam fidem, ita et concordiam unam in omni ecclesiastico negotio. Nihil enim est in conspectu Dei tam acceptum atque placabile quam ut unum simul et una efficiatur catholica Ecclesia, quemadmodum in sinceræ nostræ fidei symbolo confitemur. Et petimus nos, fratres, ut reor, et vos, quoniam scio timorem vos Dei habere, a piissimis et orthodoxis imperatoribus nostris synodum universalem colligi, ut efficiamur nos, qui unus Dei sumus, unum, et qui Trinitatis cultores existimus, unius et unanimes et collegæ, et qui capitis nostri Christi sumus, efficiamur corpus unum compactum atque connexum, et qui sancti Spiritus sumus, efficiamur non contra invicem, sed pro invicem, et qui veritatis existimus, efficiamur id ipsum sapientes atque dicentes, et non sit in nobis certamen sive dissensio, ut pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, muniat nos omnes. Et siquidem jusserint orthodoxiæ propugnatores, imperatores videlicet nostri, postulationi meae annuere, consentio et ego. Sin autem, impossibile est mihi hoc facere, ne subijciar anathemati et inveniar condemnatus in die Domini nostri et justitiæ Judicis, ubi neque imperator, neque sacerdos, neque principes, neque hominum multitudo poterit eripere me. Et quidquid placuerit vobis, fratres, date apologiæ meae vel, ut melius dicam, petitioni meae assentionis vestrae responsum. Et libenter audierunt omnes quæ dicta sunt, consensum præbentes ut fieret synodus. At vero Tarasius rursus ad populum disputans ait : Leo imperator subvertit imagines ; et quando synodus facta est, subversas illas invenit. Et propter quod imperatoria manu subversæ sunt, iterum quæstionem habet idem capitulum, quoniam antiquam consuetudinem in Ecclesia traditam præsumperunt, sicut eis libitum fuit, exterminare. Sed veritas Dei, ut apostolice dicamus, non est alligata.

Itaque octavo Kalendas Januarias octavæ indicationis consecratus est almus Pater noster Tarasius patriarcha Constantinopolitanus ; qui missis Romanis synodicis suis et libello fidei suæ receptus est ab Hadriano papa. Mittens autem et imperatrix petiit ut mitteret litteras, suas et homines, quo invenirentur in synodo ; qui direxit Petrum vicedominum (88) Ecclesiae suæ, et Petrum Hegumenum S. Sabæ, viros honorabiles ac omni virtute adornatos. Misit autem et Antiochiam et Alexandriam tam imperatrix quam patriarcha : adhuc

NOTÆ.

(88) Vicedominus est œconomus. V. Hugonem Menardum ad Concordiam regularum c. 28, cui adde Flooardum 1, 17. Fabr.

namque pax, quæ facta fuerat cum Arabibus, non erat soluta. Et duxerunt ab Antiochia quidem Joannem magnum atque famosum, verbo et opere sanctitatis participem, qui et syncellus Antiocheni patriarchæ fuit, et Thomam Alexandrinum, virum zelatorem et religiosissimum, qui et Thessalonice magnæ civitatis, quæ est in Illyrico, factus archiepiscopus effloruit. Interea mortuo Mose fit Arabum dux frater ejus Aaron, qui tribus et vicenis eis præfuit annis et multa mala Christianis ostendit.

Anno imperii sui sexto mittentes imperatores convocaverunt omnes, qui sub eorum erant potestate, antistites, pervenientibus quoque a Roma transmissis ab Hadriano papa litteris et hominibus, ut prædiximus, et ab Antiochia et Alexandria. Et septimo Idus Augustas nonæ indictionis præses in templo Sanctorum Apostolorum apud regiam urbem cœpere sanctas Scripturas relegere, et obijcere invicem, imperatoribus ac catechumenis insipientibus. Ast populus scholariorum et excubitarum atque ordinum cæterorum accusati a principibus suis, cum haberent adhuc et magisterium quoque nequam doctoris sui, denudatis gladiis irruerunt in eos, minitantes mortificare tam summum sacerdotem quam orthodoxos episcopos et abbates. Imperio vero per assistentes sibi familiares homines hos sedare nitente non acquieverunt, quin potius exprobraverunt. Cum autem patriarcha surrexisset et tribunal cum episcopis et monachis fuisset ingressus, hi qui maligni sensus eorum erant episcopi exierunt ad eos, clamantes atque dicentes: *Vicimus*. Et gratia Dei nemini nocuerunt furiosi illi et inhumani. Et taliter dissoluta synodo abiit unusquisque ad propria.

Anno imperii sui septimo misso Heirene Stauracio patricio et logotheta in Thracem, mense Septembrio, initio decimæ indictionis, ad ulteriora themata, persuasit eis sibi cooperari et depellere ab urbe impium populum, quem nequissimus Constantinus instruxerat et erudierat. Et cum se fingeret quod exercitum motura esset in Orientales partes, eo quod Arabes fuissent egressi, exiit omnis regius apparatus atque supellex usque ad Malagma; et introeuntes hi qui exteriorum thematum erant tenuerunt urbem. Mittens autem ad illos significat eis dicens: *Mittite mihi arma vestra: opus enim vobis habeo*. At illi stulti divinitus facti dederunt ea. Tunc missis familiis eorum in naves exsules eos emisit ab urbe, in propriam regionem unumquemque jubens abire, in qua et genitus esset. Et cum fecisset exercitum proprium et principes sibi obtemperantes, ipsa mense Maio iterum mittens per omnem locum convocavit episcopos, quo venirent in Nicænsium civitatem Bithyniæ ad efficiendum illic concilium. Et per totum æstivum tempus congregati sunt omnes apud Nicæam, siquidem eos qui ex Romanæ sedis et Orientalium

A persona venerant non dimiserat, sed retentos secum habebat.

Anno imperii Heirene et Constantini octavo exiit Tarasius sanctissimus archiepiscopus Constantino-poleos in Nicænsium civitatem, et celebrata est sancta et universalis septima synodus episcoporum, et recepit catholica Ecclesia priscum ornamentum suum, nil novum prædicans, sed sanctorum et beatorum Patrum dogmata immota custodiens, et novam hæresim abdicans, tresque falsos nominatos patriarchas anathematizans, Anastasium videlicet, Constantinum et Nicetam, atque omnes consentaneos eorum. Facta est autem prima conventio accessio episcoporum in ecclesia catholica S. Sophiæ Nicæne civitatis quinto Idus Octobrias indictionis undecimæ. Et Novembrio mense ingressi sunt omnes regiam urbem, et præses imperatoribus una cum episcopis in Magnaura lectus est tomus, et subscripsit tam imperator quam mater ejus, firmantes pietatem secundum antiqua dogmata, opera sacerdotum honori, et dimiserunt eos, et pace posita est Ecclesia Dei, quanquam inimicus zizania in operationibus suis seminare non cesset. Sed Ecclesia Dei semper impugnata triumphat.

Anno imperii sui nono Heirene imperatrix, pace soluta faciendi cum Francis nuptiales contractus, direxit Theophanem protospatharium et abduxit puellam ex Armeniacis nomine Mariam ab Amnia, et junxit eam Constantino imperatori et filio suo, cum ipse multum tristaretur et nollet, propter affectum quo erga Caroli filiam Francorum regis flagrabat, quam scilicet antea desponsaverat. Et consummaverunt nuptias ejus mense Novembrio indictionis duodecimæ. Interea Heirene misit Joannem Sacellarium et logothetam in Longobardiam, una cum Theodoto dudum rege majoris Longobardiæ, ad ultionem inferendam, si posset, in Carolum et quosdam subducendos ab illo. Descenderunt ergo cum Theodoro patricio et prætore Siciliæ, et inito bello tentus a Francis amare peremptus est.

Anno imperii Heirene et Constantini decimo movit diabolus livore pietatis imperatorum homines, qui instigaverunt matrem adversus filium et filium adversus matrem: inflexerunt enim eam quasi ex præsignantibus futura cognitionibus certificati, a serenantes ei: *Non est prædestinatum apud Deum tenendi filium tuum imperium, sed tuum est a Deo tibi datum*. At illa ut mulier seducta, præsertim cum amorem quoque principatus haberet, credidit ita esse, et non recogitavit quod ipsa volentes dispensare res id sub occasione prætenderent. Ergo cum imperator jam viginti esset annorum factus atque robustus admodum et idoneus, videbat se nihil potestatis gerentem, et tristabatur, intuens e contrario Stauracium patricium et logothetam omnia possidere, omnesque ad illum procedere, et neminem ad se frequentare audere. Tunc consilio inito cum familiaribus perpauca hominibus suis, et

Petro magistratu et Theodoro patricio et Damiano æque patricio, firmavit quo comprehenderet eum et exulem in Siciliam destinaret, ipseque teneret imperium cum matre sua. Porro quinto Idus Februariæ factus est horribilis terræ motus, ita ut non auderet quisquam domi dormire, sed omnes in hortis et sub dio tabernaculis factis et tentoriis extensis degebant. Ast imperatrix una cum filio suo egressa est ad S. Mamam. Cum autem Stauracio nuntiata fuisset præsignata res, commovet Augustam contra filium; quæ comprehensos homines imperatoris omnes cecidit atque totondit, una cum Joanne protospathario et bajulo ipsius, et exilio relegavit in inferioribus partibus usque in Siciliam, Petrum vero magistratum dehonestationibus submittens in domo sua sedere præcepit, similiter et Theodorum patricium. Porro Damianum patricium cæsum et tonsum in castrum Apolloniadem exulem fore constituit. Percutiens autem et filium conviciisque multis lacessens egit ne procederet per dies non paucos. Cœpit autem adjuramentis submittere [jurare] militiam jam dicentem, quia Quousque tu vivis, non permittemus imperare filium tuum. Et jurabant omnes sic, nemine contradicere super hoc audente. Interea classis Arabum in Cyprum exivit. Quod præcognoscens imperatrix coacervavit et ipsa omnia Romana navigia, et misit adversus eos. Cum autem usque Myra uterque prætor venisset, divertit a promontorio Chelidioniorum, et ingressus est in Attaliæ sinum. At vero Arabes moti a Cypro, cum serenitas eos cepisset, circumferebantur in pelago. Cumque terræ proximi tenerentur, viderunt eos prætores, et acie directa præparati sunt ad bellandum. Theophilus autem Cibyrrhæotorum prætor, cum vir esset robustus atque fortissimus, fisus et ante omnes egressus tentus est ab eis; qui cum ductus ad Aaron fuisset ab eo videndus, adhortatus est ut proditor fieret et temporalia dona susciperet. Qui cum hoc nullatenus admisisset, per ampliusque coactus nequaquam cessisset, gladii animadversionem sustinens martyr optimus est ostensus.

Mundi anno 6283, divinæ incarnationis anno 783, anno vero imperii Constantini primo mense Septembrio, indictionis decimæ quartæ, venerunt qui adjurabant ad Armeniacorum thema; qui jurare minime consenserunt, quia Non imperabimur a filio tuo in vita tua, sed nec præponimus, inquit, nomen Heirenæ ante Constantini nomen, sed Constantini et Heirenæ, ut ab initio suscepimus. Misit autem iterum ad inflectendum eos Alexium spatharium et drungarium vigiliæ. At illi tenentes eum, ut sibi præset, provexerunt. Nicephorum vero patricium et prætorem suum custodiæ manciparunt, Constantinumque solum principem et imperatorem laudaverunt et acclamaverunt. Hoc comperto reliquorum populi thematum, prætoribus suis expulsis Constantinum tantum imperatorem et ipsi prædicabant. O maligni diaboli

A versutias, quomodo per multa studet argumenta genus hominum perdere! Qui enim ante quindecim annos terribili jurejurando juraverunt et facta propriæ manus scripta in sancto tribunali recondiderunt, iterum jurabant se a filio ejus non imperandos in vita ipsius, et rursus hoc oblivioni tradentes Constantinum imperatorem bonæ famæ laudibus efferebant, non perpendentes miseri quod non oporteat reciprocum fieri juramentum. Necessitas enim incumbit ut omnem reciprocam jurationem perjurium subsequatur. Perjurium autem est abnegatio Dei. Collecti autem Octobrio mense decimæ quartæ indictionis hi qui ex thematibus erant apud Atroam, exquisierunt omnes communi consilio Constantinum imperatorem, vicesimum agentem annum. Timens autem Heirene impetum populi absolvit eum. At illi hunc quidem imperatorem affirmaverunt, hujus autem matrem respuerunt. Præterea direxit protinus imperator Michaellem Lachanodraconem et Joannem bajulum suum ac protospatharium, et juramentis submiserunt Armeniacos, ne susciperent Heirenem matrem suam imperatricem. Alexium vero confirmavit in prætorem suum. Et cum redisset imperator in urbem mense Decembrio, cæsum et tonsum Stauracium exulem fecit apud Armeniacorum thema ad satisfactionem eorum. In exilium nihilominus et Aetium misit, spadonem protospatharium et intimum ejus, et omnes domesticos ipsius spadones. Hanc autem cum suavitate sua et affluentia locavit in palatio Eleutherii, quod ipsa ædificaverat, in quo etiam pecunias multas absconderat.

Factum vero est eodem mense incendium, et concrematum est triclinium patriarchii, quod dicitur Thomaites, et quæstorum, et aliæ domus usque ad Milium. Cæterum Aprili mense Constantinus cum castra movisset contra Vulgares, venit ad castellum quod dicitur Probatii, ad rivum scilicet S. Georgii; et cum occurrisset Cardamo domino Vulgaræ, pusillo circa vesperam facto bello, formidantes hi qui ex parte Romanorum erant, per noctem fugerunt et inglorii redierunt; quin et Vulgares metuentes reversi sunt.

D Anno imperii sui secundo mense Septembrio castra movit imperator adversus Arabes, et profectus ab Amorio abiit Tarsum Ciliciæ. Cum autem venisset ad inaquosas turres, repedavit inanis mense Octobrio indictionis decimæ quintæ. Porro decimo octavo Kalendas Februarias rogatus imperator a propria matre et a multis optimatibus pronuntiat eam iterum imperatricem, et laude cum illo simul attollitur, ut a primordio Constantini et Heirenæ. Omnes quidem obediunt. Ast Armeniacorum thema pertinaciter instans ad hoc renititur; et quærit Alexium, qui paulo ante prætor in eis fuerat; et ab imperatore tunc evocatus et dignitate patricii honoratus penes ipsum degere videbatur. Hunc ergo propter hujusmodi requisitionem et quosdam sermones super illos dictos, quia videli-

cei regnaturus esset, credens ac londens in prætorio posuit.

Julio vero mense exercitum movit adversus Vulgares, et construxit castrum Marcellorum, et duodecimo Kalendarum Augustarum exivit Cardamus dominus Vulgaris cum omni virtute sua, et statit in munitionibus. Fiducia vero fretus et a pseudopropheta imperator credere persuasus quod ejus esset victoria, incircumspecte ac inordinate bellum infert, et valido vincitur Marte, fugatusque rediit in urbem, multis amissis non solum communis populi, sed et primatum, inter quos et Michael magistratus, Lachanodraco et Bardas patricius ac Stephanus protospatharius exstiterunt, Nicetas quoque ac Theognostus facti prætores, et homines regii non pauci. Sed et Pancratius pseudopropheta et astronomus, qui et victurum illum vaticinatus est. Abstulerunt autem Vulgares etiam sarcinam, pecunias, equos et aulaea una cum universo regio apparatu. Cum autem ordines collecti essent in urbe, consiliati sunt adneere Nicephorum ex Cæsare et imperatorem statuere. Quo comperto Constantinus misit, et eduxit utrosque filios Constantini avi sui ad S. Mamam, et Nicephorum quidem oculis, Christophorum atque Nicetam Anthimumque atque Endocium linguis privavit; cum quibus et prædictum Alexium patricium luminibus exorbavit, obediens maternis et prælati Stauracii patricii suadellis, ei asseverantium quod nisi hanc cæcum redderet, in imperatorem eum forent electuri. Facta est autem horum poena mense Augusto, die Sabbati, indictionis decimæ quintæ, hora nona. Verumtamen non in longum Dei justitia hanc actionem dimisit inultam; post quinquennium namque eodem mense et eadem Sabbati die orbatæ oculis a propria matre Constantinus idem.

Anno imperii Constantini tertio audientes Armeniaci de Alexio patrio quod cæcus fuerat factus, custodiæ mancipare prætorem suum, Theodorum videlicet Camulianum patricium. Quo comperto imperator misit quidem primum ad eos nonnullos, post sanctum vero Pascha ipse per se movit exercitum contra eosdem Armeniacos una cum reliquis cunctis thematibus. Et septimo Kalendarum Juniarum primæ indictionis, die sanctæ Pentecostes, cum proditos eos Armeniorum fraude, qui cum ipsis erant, debellasset atque vicisset, comprehendit illos, et interfecit Andronicum spatharium et turmarcham eorum, et Theophilum turmarcham atque Gregorium episcopum Sinopæ; reliquos vero rerum jacturis et proscriptionibus subdidit. Porro mille victos exercitus ipsorum introduxit per Blachernarum portam in urbem, quorum faciebus atramento et punctationibus superscripsit: *Armeniacus insidiator*. Dispersit eos tam in Siciliam quam in cæteras insulas. Armenii sane, proditores eorum, nil ab imperatore honoris seu liberalitatis assecuti castrum Camachan Arabibus tradiderunt.

A Anno imperii Constantini quarto ceperunt Arabes Thebesan castrum sub verbo, propter quod et principes ejus dimiserunt ad propria.

Anno imperii sui quinto Constantinus, odio habens Mariam uxorem suam, summissione matris suæ principatum appetentis et quo ab omnibus reprehensibilis judicaretur affectantis, coegit eam ut fieret monacha; quam cum inflexisset, totondit mense Januario. Et Aprili mense movit exercitum adversus Arabes, et mense Maio bellum iniens in occursum ipsorum, in loco qui dicitur Amusan, vicit, vertit, et hos insecutus est usque ad amnem. Et cum venisset Ephesum et apud Dei locum orationes fecisset, commercium nundinarum, quod centum erat auri librarum, indulsit ad famulatum S. Joannis apostoli. Augusto vero mense coronavit imperator Theodotem eubiculariam in Augustam, et desponsavit eam inique.

Anno imperii sui sexto, indictione prima, celebravit imperator Constantinus cum Theodote nuptiarum principia in palatio S. Mamæ per dies quadraginta prolongatarum. Mense vero Aprilis ejusdem indictionis nocturno tempore factus est terræ motus in insula Creta valde terribilis, mense autem Maio factus est Constantinopoli nimis horribilis. Cardamus prætereā dominus Vulgaris denuntiavit imperatori dicens: *Aut tribue mihi pacta, aut veniam ad austram usque portam, et demolis Thracem*. At imperator posita equina in mappa stercorea transmisit ei: *Qualia*, inquit, *te decere pacta prævidi, transmissi tibi. Verum quia senex es, nolo ut fatigaris usque ad hæc loca, sed ego venio usque Marcella, et tu exi, et quidquid judicaverit Deus fiat*. Et cum misisset imperator ad ulteriora themata, congegissit populum suum et venit usque Versinithiam, et Cardamus usque ad lucum Abroleva; et cum formidaret, mansit in nemore. At imperator confortato populo suo abiit usque ad lucum Abrolevam, invitans eum per dies decem et septem. At ille non est ausus, sed repedavit fugax ad sua.

Eodem quoque anno et Arabes venerunt usque Amorium, et cum nihil profecissent, reversi sunt, præda in circumquaque regionibus facta.

D Eodem autem anno Plato Sacudionis abbas se abscidit a communione Tarasii patriarchæ, pro eo quod imperatorem in communionem receperit, et institutori tondere uxorem ejus Mariam, et Joseph monacho et ab alimonaasterii quod appellatur Tarebatara coronare eum cum Theodote præceperit. Quod cum didicisset imperator, misso Bardanio patricio et scholarum domestico, atque Joanne comite Obsequii, Platonem introduxit in urbem, et reclusit intra claustra in templo principis militiæ quod est in palatio. Reliquos vero monachos eum nepotibus ejus, percussos exilio relegavit apud Thessalonicam; quibus auxiliabatur mater imperatoris, tanquam his qui filio suo resistebant et confundebant.

Anno vero imperii sui septimo, mense vero Septembrio, egressus est imperator cum matre sua, ut calesceret apud Prusam. Octobrio vero mense natus est imperatori filius, quem nominavit Leonem. Quæ cum cognovisset imperator, derelicta matre apud Thermas una cum ordine regio universo atque principibus cursim in urbem regressus est. Quapropter hujus mater spatio reperto allocuta est et subtraxit muneribus ac repromissionibus agminum principes, ut deponeretur filius suus et ipsa singulariter imperaret, alios horum per se ipsam, alios vero per homines suos blandiens. Et attraxit ad se omnes, et præstolabatur congruum invenire diem. Interea Romæ obeunte Adriano papa consecratur Leo, vir honorabilissimus et per omnia reverendus. Mense vero Martio exivit imperator adversus Arabes, secum habens Stauracium patricium et cæteros amicos matris suæ, necnon et electam catervam expeditorum videlicet militum ex utriusque thematibus, viginti millia. Videntes hi qui circa Stauracium erant alacritatem populi et imperatoris, timuerunt ne forte bello inito ille vinceret et ipsi adinventis adversus eum frustrarentur insidiis. Ergo muneratis vigiliis persuaserunt eis mentiri, perhibendo Saracenos fugisse. Imperator itaque multum tristatus inefficax urbem ingressus est, et Kalendis Maiis mortuus est filius ejus Leo, et luxit eum vehementer. Porro decimo sexto Kalendas Augustas ab equestri agone ad S. Mamam transeunte, transmearunt adversus eum comprehendendum hi qui erant ex ordinibus, quos mater imperatoris fuerat allocuta. Quo ille cognito in chelandium suum ingressus est, et transmeavit ad Pylas, volens ad Orientalium thema confugere. Erant autem cum eo et matris suæ amici, quos ille sic esse penitus ignorabat. Præterea exivit ipse et mulier ejus usque ad Tritonem. Porro consilio inito amici matris ejus, qui cum ipso erant, dixerunt ad semetipsos: *Si concervatus fuerit ei populus, non jam dominique constringetur, nec latere poterimus eum, et perdet nos.* Materque ipsius congregatis in palatio Eleutherii eis qui ex ordinibus sibi fuerant collocuti, introivit palatium, et cum didicisset populi ad imperatorem concursum, timuit nimis, et tractabat qualiter mitteret episcopos ad eum et acciperet verbum et sederet in angulo. Verum scripsit occulte ad amicos suos, qui cum eo erant, quia Nisi modum quemlibet feceritis et tradideritis eum, verba quæ habebitis mecum indicare habeo imperatori. At illi meteuntes tenuerunt eum ad preces, et in chelandium inducto eo Sabbato mane venerunt ad urbem, et incluserunt eum in domo purpurea, in qua et natus est, et circa horam nonam crudeliter et insanabiliter oculos ejus evellunt, ita ut hunc mors subsequens confestim exstingeret, consilio matris ejus et consiliariorum ipsius. Obtenebatur autem est sol per decem et septem dies, et non dedit radios suos, ita ut aberrarent naves et ferrentur, omnesque dice-

rent atque confiterentur quod propter imperatoria cæcitatem sol obcæcatus suos radios retraxerit. Et taliter de cætero imperat Heirene mater ejus.

Eodem etiam anno et Romæ cognati beatæ memoriæ Hadriani papæ commoventes populum tumultuati sunt contra Leonem papam, et tenentes cæcaverunt eum, non tamen penitus lumen ejus exstinguere potuerunt. At ille confugit ad Carolum Francorum regem, qui ultus est inimicos ejus amare, et iterum restituit illum in sedem suam. Cæterum vicem Carolo recompensans coronavit imperatorem in templo S. Petri apostoli, perungens oleo a capite usque ad pedes, et circumdans imperatoria veste atque corona, octavo Kalendas Januariæ indictionis nonæ. Igitur Romanis iterum imperat Heirene annis quinque.

Anno itaque imperii sui Heirene primo, id est cum secundo imperare cœpisset, confestim dirigit Dorotheum hegumenum Chrysopolitanum et Constantinum chartophylacem ecclesiæ Magnæ ad Abimelech partes Cappadociæ depopulantem atque Galatiæ, intercedens pro pace; quod tamen factum non est. Et Octobrio mense quidam rebelles in custodia positus in palatio Contherapia filiis impugnantis Deum Constantini ad Magnam confugere persuadent ecclesiam, quasi potentes securitatem subsequenti indemnitate suæ, quatenus per hujusmodi occasionem appellarent ex eis quemquam imperatorem. Et multo populo ad ecclesiam concurrente ingressus est Aetius eunuchus patricius, et eduxit eos verbo, nemine ad illos tendente, et exilio damnaverunt eos apud Athenas. Duo autem patricii, Stauracius scilicet et Aetius, qui dilecti esse noscebantur imperatrici, facti sunt in alterutrum hostes, ita ut inimicitiam manifeste monstrarent, ambo intentionem habentes post mortem ejus cognatis suis imperium acquirendi.

Anno imperii Heirene secundo Abimelech exivit contra Romaniam, et misso expeditorum incursu descendit usque ad Magalina, et præoccupans in stabulis Stauracii equos imperatorio equitatu aptos sine læsione reversus est; et reliqui descendunt usque Lydiam, et multam consecuti sunt prædam.

Mense vero Martio septimæ indictionis voluit Acamirus Sclavinorum Belziciæ princeps pulsatus ab Helladicis educere filios Constantini, et ex eis promovere imperatorem. Cum autem hoc cognovisset imperatrix Heirene, mittit ad patricium Constantinum Serantapichum Theophylactum filium ejus, qui spatharius erat et nepos suus, et omnium oculos eruit, et dissipavit consilium eorum contra se nequiter adinventum. Porro Paschalis festivitatis feriæ secunda processit imperatrix a sanctis apostolis in curru aurato vecta, qui a quatuor equis albis trahabatur et a quatuor patriciis tenebatur. Bardano videlicet prætore Thracasiorum, Sisinnio prætore Thracæ, Niceta domestico scholarum et Constantino Boila, jactans liberaliter hypatiam.

Mense vero Maio infirmata est imperatrix pene ad mortem, et protenta est contentio eunuchorum. Aetius autem auxiliatus est Nicetæ patricio et scholarum domestico, et insequuntur severe Stauracium, credere facientes imperatricem quod imperium appeteret, ita ut atrociter irata illi, ascendens in palatium Tonchierium, dixerit rebellionis et simultatis sollicitatorem eum esse, et sibi celeris acquisite perditionis. Qui ad hæc apologia facta muniebat se ipsum. Insaniebat autem adversus Aetium et Nicetam jam dictos patricios.

Anno imperii Heirene tertio, mense Februario, indictione octava, jara dictus Stauracius tyrannidem ac simultatem in urbe regia construebat; scholarios, qui erant in ea, et excubitores una cum primis eorum pecuniis ac muneribus assumens ac placans. Heirene sane, pia imperatrix, silentio in Justiniani triclinio facto prohibuit omnem, qui militaret, adherere Stauracio, et sic adepta sunt modicam tranquillitatem negotia. Aetius vero jam memoratus et Nicetas cum aliis quibusdam, certatim adversabantur Stauracio, qui corde percussus sanguinem per os emisit spumoseum ex partibus pectoris et pulmonis. Hoc medici aspicientes mortale pronuntiaverunt. Ast adulatorem et imperiti, non solum medici, sed et quidam pseudomonachi et divini, juramentis credere persuaserunt usque ad diem mortis ejus, quæ facta est mense Junio ipsius octavæ indictionis, quod victurus et regnaturus esset. Quibus ille innixus seditionem in Cappadocia construxit adversus Aetium fieri, quam non meruit vivens audire: post duos namque dies mortis ejus super hoc nuntius venit, et seditioni comprehensi exsiliis sunt et animadversionibus subditi.

Anno imperii Heirene quarto, octavo Kalendas Januariæ, indictionis novæ, Carolus rex Francorum coronatus est a Leone papa, et cum voluisset contra Siciliam classibus præliari, se pœnituit, conjungi potius cum Heirene volens, legatis ad hoc directis sequenti anno, indictione decima. Martio vero mense novæ indictionis Heirene pia imperatrix Byzantiis civilia donavit tributa, Abydique ac Hierii ea quæ dicuntur commercia relevavit, magnis super his et aliis multis beneficiis gratiarum actionibus freta.

Anno imperii Heirene quinto Aetius patricius liber a Stauracio factus, et ideo securitate potitus, imperium ad fratrem proprium transferre satagebat, quem et monostategum fecit in Thracia simul et Macedonia, ipse ulteriora themata tenens, Orientales scilicet et Opsicin. Cum ergo elatione refertus esset, eos principes, qui sublimiores erant, dehonestans pro nihilo reputabat, qui et valde mœsti adversus eos effecti, simultatem contra imperatricem meditantes, hanc in opus duxerunt. Pervenerunt autem apocrisiarii a Carolo et Leone papa directi ad Heirenem piissimam, postulantes ut jungeretur illi ad nuptias et uniret eam et he-

asperia; quæ profecto obaudisset, nisi Aetius iste, qui sæpe dictus est, inhibuisset, prævalens et imperium in proprium, sicut prædictum est, fratrem usurpans.

Sequenti autem anno, qui est primus imperii Nicephori, pridie Kalendas Novembriæ indictionis undecimæ, quarta noctis hora, cum feria secunda lucebat, idem Nicephorus cum patricius esset et logotheta generalis, tyrannidem adversus Heirenem piissimam concitavit, Deo quidem ineffabilibus ob nostrorum multitudinem peccatorum judiciis indulgente, cooperantibus ei Niceta patricio et domestico scholarum, et Sisinnio patricio fratre ipsius, viris perjuris ac fraudulentis Triphyliis. Erant autem cum illis et Leo patricius Serantapichus, et Gregorius patricius Musulacii, et Theocistus patricius et quæstor, atque Petrus patricius, seducendo quosdam ex populo, qui erant ex ordinibus. Cumque venissent ad portam quæ dicta est Chalce, custodesque falso ac subito deceperent, persuaserunt eis ut crederent quod ab ipsa fuerint destinati, quatenus imperatorem eundem Nicephorum appellarent, eo quod Aetius patricius sibi vim inferret ad annuntiandum Leonem fratrem suum imperatorem. Qui mendacio tanto credentes, imperatorem pariter pronuntiaverunt eum qui erat tyrannus. Taliter ergo ad magnum palatium iidem patricii venientes ingressi sunt illud, indeque per totam urbem ignobiles et servos dirigentes acclamationem fecerunt ante mediam noctem, et custodes in circuitu palatii, quod Tentu Eleutherii nuncupatur, posuerunt, ubi eam contigit esse. Diluculo sane accersientes eam concluserunt in majori palatio, et ita processerunt ad Magnam ecclesiam ad coronandum scelestum. Convenit interea universa multitudo urbis, et omnes super his quæ agebantur moleste ferebant, maledicentes coronanti et coronando cunctisque congratulantibus eis. Et quidem cum religione ac ratione viventes divinum mirabantur judicium, qualiter eam permisit, quæ pro recta fide more martyrum agonizaverat, a subulco expelli, præsertim cum ei devotissimi ejus præcipue adherere propter avaritiam proposuerint, Leo scilicet eunuchus, patricius et sacellarius Sinopeos et Deo perosi Triphylii atque patricii, qui superius dicti sunt, qui donis plurimis ab illa ditati sunt, et cum ea sæpe convесcentes, et adulationibus cum juramenti horribilibus certam reddentes, omnibus mundi rebus se necessariorem reputare, quam haberent erga illam, benevolentiam affirmabant. Alii autem ut in ecstasi facti, gestorum certitudinem horum minime sentientes, somnium se videre putabant. Alii autem, qui duntaxat pendere bene sciebant, præteritam felicitatem beatificabant et futuram per tyrannidem infelicitatem lugebant, maxime hi qui maligni voti tyranni experientiam quamdam ante perceperant. Porro universos communiter possidebat caligo et sine consolatione mentis defectio, ne per singula miserandæ illius

diei deformia verba scribens protelem sermonem. A Denique sequenti die sumptis quibusdam ex patriciis ascendit ad imperatricem custodiæ mancipatam, simulans, ut ei moris erat, falsam benignitatem, per quam et plures decepit, et excusans se quod invitatus ad principatum conscenderit nec hunc unquam desideraverit: maledicebat autem his qui se provexerant et illam insidiis appetiverant, ut proditor Dominum, postquam cum ipso cœnaverit; quos et imitatores illius existere testabatur. Ostensis etiam nigris calceamentis, amare se talibus uti præter leges imperatorias affirmabat; fiduciamque habere dolose monebat eam, et cum juramentis, de omni corporali requie, quam consequi dominam a servo deceret; nullamque arbitrari ærumnam casus illius exhortabatur. Commonebat postremo nil occultare a se imperialium thesaurorum, et damnabat avaritiæ vitium, hoc illam habere non ferens: languebat enim eo vehementer omnia devorans, omnemque in auro spem et fiduciam ponens. At vero sapiens et Deo dilecta Heirene, quamvis congrueret ut passione tam repentina commutationis utpote mulier teneretur, forti et sapienti prudentia dixit ad eum, qui heri quidem servus perjurus fuerat, hodie vero solers et seditiosus ac impudens habebatur: *Ego quidem, o homo, Deum deputo pridem, cum essem orphana, exaltasse me, et deinde super solium imperii, licet essem indigna, provexisse me. Causam vero depositionis meæ mihi me applico et peccatis meis ascribo. In cunctis autem ac modis omnibus sit nomen Domini benedictum, solius Regis regum et Domini dominorum. Porro modum promotionis tuæ Deo reddo, quo excepto nil fieri credidi. Veruntamen delatas mihi contra te super dignitate, qua nunc circumdaris, auditiones non ignoras; quas veras fuisse rerum finis ostendit, quasque si moleste tulissem, facile mihi erat interficiendi te. Sed modo juramentis tuis fidendo, modo tibi parcendo, multos mihi devotos parvipendi, Deo quæ mea sunt dans, per quem reges regnant et potentes obtinent terram. Sed et nunc, cum sis pius et ab ipso provectus, te ut imperatorem adoro, et peto meæ parcere infirmitati. Et concede mihi a me constructam Eleutherii domum in reconciliationem incomparabilis calamitatis meæ. At ille ait: Et si hoc vis fieri tibi, jura mihi per omnem divinam virtutem non absconsuram te quidquam ex thesauris imperii, et adimpleo postulationem tuam, et omnem tibi placationem et requiem facio. Quæ juravit ei ad pretiosa et vivifica ligna, quia Non celabo te usque ad obolum unum; quod et fecit. Verum ille, quod desiderabat adeptus, protinus exsilio relegavit eam penes insulam principis, in monasterio quod ipsa ædificaverat, cum adhuc essent in urbe missi Caroli et quæ agebantur aspicerent. Vorax igitur iste, cunctorum imperio percepto, nec saltem parum*

quid valuit hypocrisi tegere inditam malitiam et avaritiam suam, sed quasi recisurus injustitiam, nequam in Magnaura et injustum constituit fore judicium. Intentio namque tyranno erat, ut ipsæ res ostenderunt, non pauperibus jura tribuendi, sed per hoc omnes qui magni erant inhonorandi (89) et captivandi, et ad se quæ cunctorum erant impie transferendi; quod et fecit. Videns autem omnes adversus se contristatos, et pavens ne forte memores Heirenæ piæ beneficiorum asciscerent eam iterum ad imperium, Novembrio mense, hieme nimium imminente gravi, non est ipsius misertus immisericors ille, sed exsilio deportari præcepit in insulam Lesbum et cautissime custodiri, quin et a nemine penitus contueri. Porro pridie Kalendas Maias mortuus est Niceta Triphylus, ut aiunt, a Nicephoro veneno extinctus. Et Nonis Maiis, feria quinta, cum Nicephorus ad suburbana Chalcedonis exiisset equumque mansuetum et mitissimum ascendisset, hunc ex Dei providentia dejiciens dextrum pedem ipsius contrivit. At vero decimo quarto Kalendas Augustas, feria quarta, hora prima, Bardanes patricius et prætor Orientalium, qui cognominatus est Tureus, appellatus est imperator ab omnibus ultra sitis thematibus. Qui multum renisus ut evaderet illos minime valuit, et descendens usque ad Chrysopolim, cum circumisset diebus octo et minime fuisset receptus, rediit usque ad Malagma. Qui metuens Deum, et recogitans ne forte per se maectatio Christianorum efficeretur, misit ad Nicephorum, et accepto verbo in scriptis propriæ manus ejus, in quo et Tarasius sanctissimus et patriarcha et omnes patricii subscripserunt, quod illæsus et indeinnis cum omnibus qui secum erant foret servandus, sexto Idus Septembrias media nocte clam fugiens descendit ad Cium Bithyniæ in monasterium Heraclii, et invento chelandio, quod ab imperatore super hoc fuerat missum, tonsus est et indutus stola monachica; et ingressus illud abiit in insulam, quæ dicebatur prima, in qua ædificaverat monasterium, opinatus quod veritus foret terribile verbum quod dederat sibi contemptibilis Nicephorus, et in nullo esset lædendus. At ille primo quidem denudat illum substantia ejus, et occasione accepta omnes thematum principes et habitatores; quosdam autem et de regia urbe captivavit, exercitum autem roga privatum deseruit. Verum quis sermo enarrare condigne sufficiet opera, quæ diebus illis ab eo sunt gesta per indulgentiam Dei propter commissa nostra? Nona die Augusti mensis undecimæ indictionis defuncta est imperatrix Heirene in exsilio insulæ Lesbi, et translatus est corpus ejus in insulam principis, in monasterium quod ipsa construxit.

Mundi anno 6246, divinæ incarnationis anno 746,

NOTÆ.

(89) *Inhonorandi*, ἀτιμάσαι. Tertullianus *De fuga in persecut.*, « inhonores illum; » et *inhonorabilis* apud eundem. S. Ignatius ep. ad Philad., ἀτιμάζαν-

τες αὐτοῦς. Vet. int. « inhonoraverunt ipsos; » alii *dehonorare* vertunt. FABR.

annō imperii sui secundo Nicephorus coronavit Stauracium filium suum per Tarasium sanctissimum patriarcham in ambone Majoris ecclesiæ in imperatorem, cum esset inutilis ad tantam modis omnibus dignitatem, tam scilicet aspectu quam robore simul et sensu. Cæterum Nicephorus, qui nunquam usquam veritatem servavit, Lycaonenses quosdam, imo vero Lycanthropos, concordēs et consentaneos ad Proten insulam mittens, jussit eos noctu hanc ascendere et prædictum, quasi se ignorante, luminibus privare Bardanum, et post facinus ad ecclesiam fugere. Quo facto tam patriarcha et senatus quam omnes Deum timentes acriter doluerunt. Ast imperator nequissimus Nicephorus cum juramentis omnes primores Lycaonenses simulatus, exquirebat in eos, ut putabatur, ulturus, omnia secundum ostentationem et nihil secundum Deum jugiter agens. Erat enim illi præcipue cum reliquis prævaricationibus et hujusmodi quoque mentis idioma, per quod videlicet et ante imperium multos seduxit: verumtamen in ridiculum habebatur hoc ejus illicdo scientibus studium, ita ut impudentia multa semper caligosa et polluta facies ejus tunc inaccessibilis fieret per dies septem, eo dolose intra cubiculum imperatorum ejulante: nam et naturaliter ei muliebres aderant lacrymæ, quas multis pravis et pseudo-christianis inesse procul dubio constat, quanquam plurimos non latuerit. Mense vero Augusto cum adversus Arabes exiisset, occurrit eis apud Chrason Phrygiæ, et inito bello superatur, multisque amissis propemodum et ipse vivus foret capiendus, nisi principum quidam fortissimi hunc a necessitate vix salvare prævaluissent.

Anno imperii Nicephori tertio, simultate facta in Persica, descendit Arabum dux pacificaturus eos. Nicephorus autem spatulo reperto ædificavit Ancyram Galatiæ et Thebasan et Andrasum. Misit etiam et cursus, qui revertuntur nihil proficientes, sed et contra potius plurimos admittentes.

Anno imperii Nicephori quarto, duodecimo Kalendas Martias, Tarasius sanctissimus patriarcha Constantinopolitanus gloriose diem clausit extremum, et elatum est ipsanum ejus in angustum ponti, et sepultum est in monasterio quod ipse construxerat, quarta feria primæ jejuniorum hebdomadis. Et mense Aprili, die Dominico sancti Paschæ, consecratus est sanctissimus patriarcha Nicephorus a secretis, electione totius populi ac sacerdotum insuper et imperatorum. Sane Plato ac Theodorus hegumeni monasterii Studii non consenserunt consecrationi Nicephori, sed et oppido restiterunt, schisma meditantes, causam veluti rationabilem habentes, quod ex laicis non oporteat repente ad episcopatum accelerare. Quos imperator Nicephorus urbem pellere volens correctus est, quibusdam consilium dantibus, asseverando non fore laudabilem patriarchæ creationem, si prædictorum rejectio et tanti destructio fieret monasterii, se-

ptingentorum videlicet circiter monachorum sub Theodori regimine ordinatorum.

Eodem quoque anno movit exercitum Aaron Arabum dux adversus Romaniam, in virtute gravi, trecentorum videlicet millium, tam a Maurophoris, quam Syria et Palæstina et Libya coacervata. Et cum venisset Tyana, ædificavit domum blasphemiae, et obsidens cepit tunc Heraclios castrum, quod erat valde munitum, et Thebasan et Malocopean et Sideropelum et Anandarasum. Misit autem cursum sexaginta millium bellatorum, et descendit usque Ancyram, et hac visa reversus est. Ast imperator Nicephorus metu et impossibilitate detentus exivit, et ipse in desperatione fortia infortunii demonstraturus. Et multis trophæis factis misit ad Aaron metropolitam Synadorum et Petrum hegumentum Gulæi et Gregorium œconomum Amastræ, postulans Meri pacem. Et multum disputantibus eis, firmaverunt pacem, ut per unumquemque annum tribueret illis trecenta millia numismatum, et tria numismata in tributum capitis imperatoris, et tria filii ejus; quibus acceptis Aaron jucundatus est, et exultavit plus quam si dena millia suscepisset talenta, tanquam qui subegisset Romanorum imperium. Porro convenit inter eos castra, quæ destructa fuerant, non reædificanda. Cumque Arabes reversi fuissent, construxit eadem continuo castra, et præmunivit. Quo comperto Aaron misit iterum, et recepit Thebasan, missoque stolo in Cyprum ecclesias destruxit, Cyprios emigravit, et multo excidio facto pacem dissolvit.

Anno imperii sui quinto castra movit Nicephorus contra Vulgares. Et cum venisset Hadrianopolim, et sensisset quod simultatem contra se Imperatorii homines et quidam ex ordinibus meditarentur, inefficax repedavit, nihil proficiens, nisi quod tantum ultionem contribulibus intulit, horum multos caedibus, exsiliis et proscriptionibus rerum submittens.

Anno imperii Nicephori sexto, mense Septembris, Aaron Arabum dux cum classi contra Rhodum Cumeid direxit; qui cum subito transmeasset Rhodumque pervenisset, multum in ea excidium fecit. Verumtamen municipium quod in ipsa erat, non impugnatum remansit. Cum autem ipse remearet, evidenter impugnatus est a sancto et miraculorum patratore Nicolao. Cum enim Myra venisset et sacram ejus arcam contereere tentavisset, aliam pro illa contrivit. Moxque classim multa ventorum et marinorum fluctuum, tonitruorum quoque ac fulgurum inæqualitas comprehendit, ita ut plurimæ scaphæ conquassarentur, ipseque impuglator Dei Cumeid virtutem sancti cognosceret et periculum præter spem evaderet. Porro decimo tertio Kalendas Januarias Nicephorus post multam electionem virginum, ex omni potestate sibi subdita, causa copulandi Stauracium filium suum conjugii factam, Theophanam Atheniensem, agnatam B. Heirenæ, quæ viro desponsata erat et sæpe cum ipso cubaverat, separavit ab eodem viro, et ipsi Stauracio

misero copulavit impudenter, ut in aulis, et in A hoc quoque prævaricator effectus. Alias vero duas ista pulchriores, quas cum ea elegerat, manifeste corripuit in eisdem nuptiarum diebus, ab omnibus idem obscenus irrisus. Denique Februario mense simultatem excogitantes adversus eum multi ex proceribus, Arsabir quæstorem et patricium, virum pium et rationabilissimum, elegerunt. Quod cum multiformis Nicephorus agnovisset, ipsum quidem cæsum et tonsum monachum sœit et exilio relegandum in Bithyniam misit, reliquos autem cædibus et tonsuris et publicationibus insuper et exiliis subdidit, non solum mundialis vitæ principes, sed et episcopos sanctos et monachos, necnon et Majoris ecclesiæ syncellum et sacellarium et char-tophyllacem, viros rationabiles et reverentia dignos. B

Anno imperii Nicephori septimo Aaron Arabum dux mortuus est in interiore Perside, quæ vocatur Chirsusan, et suscepit principatum Maumed filius ejus scrupulosus per omnia, contra quem Abdelas frater ejus seditionem concitans intestini belli factus est auctor. Et hinc hi qui in Syria et Ægypto ac Libya erant, in diversos incisi principatus, tam publicas res quam alterutros subverterunt, mactationibus et rapinis ac diversis flagitiis contra se contraque subditos Christianos confusi. Ac per hoc ecclesiæ, quæ in sancta Christi Dei nostri erant civitate, desertæ factæ sunt, et monasteria duarum magnarum Laurarum (90), sanctæ videlicet memorie Charitonis et Cyriaci atque S. Sabæ, necnon et reliqua cœnobita SS. Euthymii et Theodosii. Theodorus autem hegumenus Studii et Joseph frater ejus, archiepiscopus Thessalonicensis, una cum Platone inclauso et cæteris monachis suis a communione recesserunt Nicephori sanctissimi patriarchæ propter Joseph vicedominum, qui prævaricatorie coronaverat Constantinum et Theodotem. Tunc Nicephorus imperator occasione percepta, cum episcopos multos et hegumenos congregasset, synodum adversus illos celebrari præcepit, per quam monasterio et urbe dejecti exilio sunt destinati, mense Januario, indictione secunda.

Eodem etiam anno dum roga penes Stromonem amnem populo distribueretur, irruentes Vulgares hanc ademerunt, auri libras centum et mille, multumque populum occiderunt cum prætore atque principibus. Erant enim et cæterorum thematum ibidem taxati principes non pauci, qui omnes illic periere. Ceperunt autem et totam sarcinam, et ita reversi sunt.

Eodemque anno ante solemnitatem sancti Paschæ Crumnus Vulgarum dux, acie contra Sardicam di-

recta, dolo hanc cepit verbo, ex militibus Romanis interfectis sex millibus, absque multitudine privatorum (91). Nicephorus autem quasi adversus eum tertia feria hebdomadæ salutaris passionis egressus dignum quidem sermone nihil omnino gessit. Hos autem principes, qui de cæde salvati sunt, verbum salutis deposcunt, cum dare dedignatus fuisset, ad hostes confugere compulsi, inter quos erat et Eumathius spatharius, mechanicæ artis expertus (92). Ast Nicephorus præ multo dedecore juratoris sacris regiæ urbi persuadere satagebat, ut crederet quod festivitatem Paschæ in aula Crumni celebraverit. Præterea cum civitatem Sardicam, quæ destructa erat, ædificate voluisset, multitudinibus resistentibus, timens. . . . persuadendum turbis imperatorem postulare super ædificio. At illi senso ingenio, ut ex æquum illius argumentationibus subministrato, tumultuantur adversus eum et adversus principes suos per horas sex, et irruentes rumpunt tabernacula ipsorum. Cum autem venissent usque ad imperatoriam, injuriis et maledictis hunc multissubmittunt, ulterius senon sufferre immensam avaritiam et nequam moliminis ejus animum dejerantes. At ille repentino simultatis pavore perterritus surrexit a mensa. Et primo quidem per Nicephorum ac Petrum patricos juramentis et persuadilibus verbis sedare conabatur exercitum. At illi modica quiete potiti quemdam collem ceperant, et actus quem per se manibus habebant obliti sunt, *Kyrie eleison*, exclamantes, ac si super quodam terræ motu imbriumve defectu. Ille autem utpote semper ad omne malum paratus, clandestinis muneribus noctu multis ex principibus pellectis, in crastinum ipse per se ipsum medius veniens allocutus est turbas de omni tranquillitate, ac super æquali erga natos eorum affectu juramentis horribilibus eos certificans, et continuo regiam pervenit ad urbem, Theodosio patricio ac primoscrinio, cognomento Salibaran, deserto ad perdiscendum ex alterutris eos qui seditionem patravérant. Cumque multitudines reverterentur, rogas eis apud S. Mamam se tribuere fingens, cædibus et tonsuris ac exiliis multis ex eis punitis, Chrysopolim reliquos transduxit, calcans tanta et tam horribilia juramenta. Illi vero propter D ærumnam igneam fluvium meatum appellaverunt.

Anno imperii sui octavo Nicephorus post implas animadversiones in illis prorsus humiliare tractans Christianos exules ex omni themate in Scлавиниати fieri jussit, horum autem substantias ventumdari. Et erat hæc res captivitate non minor, multis ex amentia blasphemantibus et inimicorum incursus poscentibus, aliis nihilominus circa parentalia se-

NOTÆ.

(90) Laura monasterium. Synodus Nicæna act. 1. ex libro S. Sabæ: δι' Ἀναστασίου τοῦ δουκὸς τῆς νέας λαύρας αὐτοὺς ἐξέλεγε. Metaphrastes Sept. in Charit. ἐπὶ τῇ μνημονευθείσῃ ἱερᾷ λαύρᾳ οἰκοδομεῖ. Adde Constantinum *De admn. imp.* p. 53 ed. primæ, Nicephorum Callistum t. 2, p. 555 et 561, Jo. Moschum Limonarii c. 4. Anonymus in Constantino Leonis F. ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανός

ἀπόστολος εἰς πάντα τὰ μοναστήρια καὶ τὰς λαύρας. F. 111.

(91) Privati opponuntur militibus. Glossæ: τῶν τῆς ὁ κοινός. Privatus paganus, plebeius. In.

(92) *Experts* peritus. Dositheus magister in *Glossario*: experts, gnarus, sciens. *Glossarium Latino-Græcum*: experts, ἀπειρος καὶ ἐμπειρος. Io

pulcra lamentantibus et defunctos beatos asseverantibus. Fuerunt autem et qui suspendiis usi sunt, ut a malis eriperentur. Etenim immobilia, quæ inerant, sibi secum ferre non poterant, et substantiam, quam ex parentalibus doloribus possederant perditam contemplabantur, et impossibilitas omnis omnes habebat. Hæc quidem inchoata sunt a Septembrio mense, porro circa Pascha finita sunt. Secundam vero cum hac afflictionem admovens, militare præcepit egenos et armari adversus compatriotas, conferre nihilominus etiam decem et octo ac dimidium numisma per singulos fisco, una cum omni proximitate tributa publica. Tertiam malignitatem inferens iussit perpendere et augeri horum tributa, et præstare chartaticorum causa siliquas binas. Et ad quartam nequitiam suam reditus omnes augeri præcepit. Quinta vero afflictione illata a venerabilium domorum inquilinis, orphanotrophii scilicet et hospitalium, gerocomiorum quoque ac ecclesiarum et monasteriorum regalium, per singulos focos census exigi a primo tyrannidis ejus anno præcepit. Cæterum quæquæ meliora erant in rebus, in regiam curatorem deferri jubebat. Sextam commovens afflictionem, inspicere a prætoribus jubet eos qui ex paupertate repente creati essent, et ab his pecunias exigi quasi ab inventoribus thesaurorum. Septimam quoque adinveniens eos qui ante 20 annos invenerant, et usque adhuc dolium aut vas quodcunque, omnibus propriis privari pecuniis. Octavam, eos qui ex avis vel patribus hæreditaverant et divisa substantia pauperes facti fuerant, ex eisdem annis 20 redhibitionem publico præbere jubebat. Et eos qui emerant extra Abydum corpora servilia, bina numismata in tributum dare præcepit, maxime illos qui in Dodecaniso erant. Nonam, nauticos, qui habitabant mariuma, et maxime minoris Asiæ, nunquam terreno labore viventes, emere de rebus quæ ab illo rapiebantur cogebat, utcunque appretiarentur ab ipso. Decimam, insignibus Constantinopoleos nauticis collectis dedit ad usuram quatuor siliquarum numisma, cum auri librarum duodecim persolverent, simul et consueta commercia. Hæc ex multis mihi summam pauca descripta sunt, significanti multimodum ejus ad omnem speciem avaritiæ molimen. Quæ enim in regia urbe primoribus mediocribus et exiguis ostensa sunt mala, nequeunt scribi, alios quidem eo investigante qualiter domi viverent, ac submittente malignorum quosdam servorum derogandi dominis, et in primordiis quasi dubitante super his quæ dicebantur, deinde vero affirmante calumniam. Id ipsum autem et super ignobilibus gerebat, dignos honoribus judicans detrahentes. Præterea domorum multos habitatorum a prima in tertiam generationem subvertebat, spe fretus quod quanto celerius ruerent, tanto has ipse foret hæreditate citius possessurus. Dignum autem est ut et hoc causa voluptatis seu *paradigmatis* memoriæ commendemus. Cerularius

A quidam erat in foro ex laboribus suis locuples et nihil egens. Quo accersito omnium vorax imperator ait : *Pone manum tuam in vertice meo, et jura quantum tibi sit aurum.* Qui parum tanquam iudignus recusans, coactus est ab eo facere hoc, et centum libras se dixit habere, quas eadem hora præcepit afferri, dicens : *Tu quid opus habes sollicitari ? prande mecum, et tolle libras decem, et his vade contentus.*

Anno imperii sui nono Nicephorus contra Christianos adinventiones extendit, inspectiones sine Deo in emptionibus animantium, diversorum pabulorum ac fructuum injustas, titulationes et jacturas principum, fenerationes in navibus, qui omnibus legem ponebat ne ad usuram quidquam tribueretur, et alia dena millia malorum cominenta, quorum particularis historia onerosa est his qui compendiosas discere causas exquirunt. Kal. autem Octobribus, tertia feria, evaginato quidam dissipatus in habitu monachi gladio cujusdam militantium cucurrit in palatium, Nicephorum interficere quærens. Duo vero ex his qui circumstabant, irruentes in eum, atrociter vulnerati sunt ab illo. Comprehensus autem et multis poenis affectus excusavit se, dæmonium habere prætendens, nulumque prorsus accusans. At ille hunc in ligno munivit cum patientibus. Multi ergo deinceps augurati sunt, enormis fore mali hoc signum asseverantes tam imperantibus quam subjectis, quemadmodum et in impio Nestorio factum est. Manichæorum vero, qui nunc Pauliciani et Athingani dicuntur, quique in Phrygia et Lycaonia constituti confines et vicini ejus habebantur, amicus serventissimus erat, responsis eorum semper et immolationibus congratulatus, in quibus, et quando Bardanus patricius contra se insurrexit, his advocatis hunc molitionibus ipsorum subegit. Taurum quippe in quodam lacu ferreo palo cornibus alligans ad terram incurvatum, sic dum mugiret et volutaretur occidi fecit, hujusque vestem in mola versa vice molens et incantationibus usus victoriam tulit, permittente Deo propter multitudinem peccatorum nostrorum. Isti locum sub imperio ejus adepti sunt intrepide conversandi ; unde multum leviorum infandis eorum corrupti sunt sectis. In Exacionio vero quidam falsus eremita Nicolaus nomine et quidam cum eo blasphemii facti fuerant etiam recti sermonis venerabiliumque imaginum adversarii, quos Nicephorus defendebat, et summum sacerdotem omnesque secundum Deum viventes tristes hac pro causa reddebant. Sæpe namque adversus eos queritantibus indignatus est, inimicitias invicem coagitantibus valde congratulans, deridens omnem Christianum proximum diligentem veluti divinarum mandatorum eversor ; cui studium erat judicia irrationabilia et rationabilia contra omnem hominem in Magnauræ pœnalio commovendi, quæ nemo vacaret agere adversus impietates ejus. Denique militares principes more servorum uti episcopis et in-

ferioris ordinis clericis jussit, audituros episcopia et monasteria, et his quæ eorum essent auctorabiliter abusuros; eosque qui a sæculo divinis contulerant obsequiis aurea vel argentea vasa vituperabat, et ecclesiarum quæque sacrata pro communibus haberi dignum fore dogmatizabat, instar Judæ tale quid super Dominico decernentis unguento. Antecessores vero suos imperatores universos velut improvidos accusabat, generaliter omnium providentiam auferens, simul et dicens neminem posse imperantem circumveniri, si voluerit is qui imperat strenue principatum tenere. Sed vanus factus est in cogitationibus suis divinitus occidendus. Interea mense Februario ejusdem decimæ quartæ indictionis, primo sabbato jejuniorum, obvii facti Saraceni penes Euchaitam Leoni prætori Armeniacorum, deferenti thematis rogam, hanc abstulerunt cum multitudine populi copiosa. Talenta vero erant sexdecim, quæ sunt libræ mille et trecentæ. Et nec sic redargutus Nicephorus ab avaritia sua cessavit. In his ergo signis novus Achab non eruditus; qui contra, Phalaride ac Mida ambitiosior factus, contra Vulgares prælium præparat una cum Stauracio filio suo. Et Julio mense a regia urbe digressus, jussit Nicetæ patricio et generali logothetæ publicos ecclesiarum et monasteriorum census imponere, et octo annorum præteritorum redhibitiones a principum domibus exigere, et erat lamentum magnum. Cum autem querimoniam audiret a quodam proprio famulo, Theodosio videlicet Salibara patricio dicente sibi: *Omnes, o domine, contra nos clamant, et in tempore tentationis omnes casui nostro congratulabuntur*, ait ad eum: *Si Deus obdurans obduravit cor meum ut Pharaon, quid boni erit his qui sub manu mea sunt? a Nicephoro, Theodosi, noli exspectare præter quæ a te conspiciuntur*. Hæc Dominus novit. Ipse ego conscriptor horum viva voce audiui a Theodosio. Collectis itaque militiis, non solum ex Thrace, verum etiam ex ulterioribus, cum his etiam egenos pedites cum propriis stipendiis contra Vulgares, fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit. Crumnus autem multitudines timens, cum esset Marcellis, petebat pacem. At ille nequam consiliis et paria consentientium consiliorum suorum suasionibus prohibitus est, et post multos anfractus per avia loca præcipitanter, temerarius simul et pavidus, ingreditur Vulgariam decimo tertio Kalendas Augustas, cum Sîrius appareret cuncta consumens, frequenter affatus, *Quis ibit, inquiens, et decipiet Achab, quia sive Deus sive adversarius trahit me nolentem?* Porro priusquam ingressus fuisset Vulgariam, Byzantius hujus dilectus famulus ad Crumnus a Marcellis confugit, secum subrepta veste imperiali et auri libris centum. Multi autem hujus fugam in malum Nicephori auspicati sunt. Tribus quippe diebus post primos conflictus se prosperari opinatus non prospera facienti Deo victoriam ascribebat, sed Stauracii solius bonam fortunam bonumque consilium prædi-

cabat, et principibus, qui introitum inhibuerant, minabatur. Irrationabilia quæque animantia, infantes et omnem ætatem immisericorditer occidi præcepit, et mortua comprovincialium corpora insepulta dimisit, solius spoliis collectionis diligentiam faciens. Claves autem et signacula penetralibus Crumni superimponebat, ea ut propria de cætero muniens. Aures etiam et cæterorum Christianorum membra, qui saltem tetigissent quidquam ex spoliis, abscidebat, et aulam incendit quæ dicebatur cortis Crumni, cum ipse vehementer esset humiliatus, et significasset dicens: *Ecce vicisti. Tolle ergo quidquid tibi placabile fuerit, et egredere in pace*. At ille, cum pacis esset inimicus, hanc admittere noluit. In quibus sæviens ille in regionis introitus et exitus lignea munimina mittens maceria circumdabat atque tutavit. Nicephorus autem hoc comperto mox attonitus, quidnam ageret circumiens ignorabat, et his qui simul aderant futuram perditionem prædicebat, asseverans: *Etiā si pennati facti fuerimus, se nemo speret exitum evasurum*. Hæc autem molimina erant per dies duos, quintam videlicet et sextam feriam; et nocte sabbati turbationes et turbarum armatarum circa Nicephorum et eos qui cum ipso erant auditæ acies omnes enervaverunt. Ante diei ergo principium supervenientes Barbari contra tabernaculum Nicephori et magnates qui cum ipso erant, hunc miserabiliter interficiunt; inter quos erant Aetius Petrus, et Sisinnius Triphyles patricii, atque Theodosius Halibaras patricius, qui contristavit et multa beatæ mala ostendit Heirenæ; necnon et Eparchus patricius, et Romanus patricius ac prætor Orientalium, multi que alii protospatharii et spatharii; quin et ordinum principes, et excubitus domesticus seu drungarius imperialis vigiliæ, simul et Thracæ prætor, et multi principes thematum cum infinitis populis. Omnisque Christianorum corrupta est species; arma quoque omnia perierunt et imperii vasa. Porro talis diei deformia verba absit Christiani ulterius videant, utpote omne lamentum excedentia. Facta vero sunt hæc septimo Kalendas Augustas indictionis quartæ. Caput autem Nicephori Crumnus recisum suspendit diebus multis in ligno in ostentationem ad se adventantium nationum et confusionem omnium nostrorum. Post hæc sane accipiens hoc, et os denudans argentoque forinsecus induens, bibere in eo Slavinarum principes fecit gloriatum. Verum licet multæ viduæ ac orphanæ uno die fuerint facti et lamentatio intolerabilis haberetur, hujus tamen occisio multorum facta est consolatio. Modum vero hujus occisionis nullus eorum qui salvati sunt liquidius enarravit. Ferunt quidam quod et Christiani hunc cadentem lapidibus impetierint, et effeminatorum virorum, servorum scilicet ejus, cum quibus et concumbebat, alii quidem igne valli, alii vero gladiis periere cum ipso. Hujus principatu Christiani graviores nullo tempore consecuti sunt. Omnes

enim qui ante se imperarunt ambitionibus et luxuria atque barbaricis crudelitatibus superavit; de quibus per singula prosequi et posteris incredibile et nobis erit laboriosum. Verumtamen ex simbra extura manifesta, juxta proverbium. Vulneratur autem et Stauracius filius ejus periculose in dextera oalli parte, et vix a pugna vivus exivit, et venit Hadrianopolim atrociter a plaga colaphizatus. At vero Stephanus patricius et scholarum domesticus, cum adesset quoque Theoctistus magister, pronuntiavit Stauracium imperatorem; et disputavit populo, qui salvatus fuerat, contra proprium patrem suum; qui oppido delectati sunt. Michael sane curpalatius, illasus exsuperans, admodum ab amicis rogatus est ut imperator appellaretur, et non admisit ob juramenta præstita Nicephoro atque Stauracio. Huic Stephanus domesticus resultabat spe vitæ Stauracii. Theoctistus vero magister satagebat pro imperio Michaelis. Porro Stauracius per urinam sanguine immensurate prorumpente arefactus est femoribus simul et tibiis, adeo ut phorio veniret Byzantium. Hunc Nicephorus patriarcha valido amans affectu, consilium dabat ei ut Deum placaret, et eos qui avaritia prægravati essent a patre suo consolaretur. Ad quem paterni sensus germanus hæres dicebat non se posse plus tribus reddere talentis. Hæc autem erat exilis pars injustitiarum illius: verumtamen et circa hæc pigritabatur, vivere fidens. Cum autem sœdus illibatam more paternæ mentis circa neminem conservaret, frequentius debonestationibus submitebat Theoctistum magistratum et domesticum Stephanum ac Michaellem curpalaten, avertens omnino et Procopiam sororem suam ut insidiantem sibi Theophani Augustæ submissionibus. Mox quoque misera per beatæ imitationem Heirenzæ obtinere sperabat imperium, cum sine liberia esset. At vero Stauracius se videns insanabiliter habitum, imperium uxori acquirere festinabat aut Vulgare imperium excitare in Christianos supra præcedentia mala. Super quo paventes Nicephorus patriarcha et Theoctistus magistratus et Stephanus domesticus ex multa inimicitia in alternam amicitiam cum Michaelle curpalate venire circa finem mensis Septembris quintæ indictionis. Kalendis autem Octobribus vesperi Stauracius advocatum Stephanum domesticum percunctabatur, quoniam pacto Michaellem sororis suæ maritum ex propria ducere posset domo ad ejus oculos eruendos. Quo perhibente impossibile hoc fore hac hora propter virtutem quæ circa illum adesset, et ob munitionem loci domus ipsius, rogat nemini fieri nota quæ dicta sunt. At ille cum verbis persuasibilibus inflexisset eum ne sollicitus esset, per totam noctem militias ordinum, quæ remanserant, collegit in Hippodromio, una cum principibus propriis ad pronuntiandum eundem Michaellem imperatorem. Cumque totus senatus ad palatium de luce venisset, hunc pronuntiaverunt imperatorem, quemadmodum in subsequentibus

A indicabitur. Porro Nicephorus patriarcha scriptum a Michaelle propriæ manus exegit de recta fide, et ut sine sanguine manus a Christianis servaret, ac de sacris hominibus seu monachis et toto ecclesiastico catalogo, ne percuterentur ab illo.

Anno itaque mundi conditionis 6304, divinæ incarnationis anno 804, mensibus octo, die quinta, hora prima, indictione quinta, Michael piissimus europalates appellatus est imperator Romanorum in Hippodromio a toto senatu atque ordinibus, qui imperavit annis duobus. Stauracius autem hujus acclamatione audita statim comam totondit, et monachicis circumdatus est vestimentis per Simeonem monachum, cognatum suum, valde patriarcham implorans. Qui veniens in palatium multum Stauracium una cum imperatore Michaelle rogabat, ne trisletur super eo quod factum est: non enim per insidias, sed per desperationem vitæ ipsius id gestum asseverabat. At ille nequitie paternæ rabie furens non acquievit, dicens ad eum: *Amicum meliorem me non habebis.* Hora vero diei quarta coronatus est Michael a Nicephoro patriarcha in ambone Magnæ ecclesiæ, in quo magna exultatio facta est, et donavit patriarchæ auri libras quinquaginta et clero vicens quinque. Cum enim esset magnanimus et non avarus, omnes consolatus est qui Nicephori avaritia fuerant læsi, donisque senatum atque militiam recreavit. Porro quarto idus Octobris coronata est Procopia Augusta in triclinio Augusteos, multisque donis senatum liberaliter auxit. Mulieribus vero thematicorum militum, qui fuerant in Vulgaria perempti, quinque auri talenta donavit. Theophanam autem uxorem Stauracii, singularem vitam amplectam, et cognatos illius, qui miserabiliter sub Nicephoro vixerant, ditavit; inter quæ insignem quoque domum monasterium Tabebraica dictum, ubi Stauracius est sepultus, illi concessit. Omnes etiam patricios et senatores, sacerdotes ac summos sacerdotes et monachos, militantes et pauperes, tam in regia urbe quam in thematibus degentes, locupletavit, adeo ut immensurabilis avaritia Nicephori, propter quam et male periit, in paucis diebus disparuisse probaretur. Super multos præterea optimos mores suos, cum pius et orthodoxissimus esset, tristabatur super his qui a sancta scindebantur Ecclesia quacunque occasione sive rationabili sive irrationabili; multumque sanctissimum patriarcham, et eos qui poterant pro communi pacé concurrere, rogans non quiescebat, inter quos et Theodorum hegumenum Studii et Platonem atque Joseph archiepiscopum Thessalonicensem, fratrem Theodori, in custodiis detentos amaris, una cum primatibus quoque monasterii eorum satagebat unire; quod et fecit. Cæterum misit et ad Carolum imperatorem Francorum pro pace atque contractu nuptiarum in Theophylactum filium suum. Nicephorus quoque sanctissimus patriarcha transmisit synodicas litteras ad Leonem sanctissimum papam Romanum: antea quippe faciendi hoc a Nicephoro prohibebatur,

Porro octavo Kalendas Januarias quintæ indictionis. A Michael, tranquillissimus imperator, coronavit Theophylactum filium suum in imperatorem a Nicephoro patriarcha, in ambone Majoris ecclesiæ, feria quinta; et obtulit pretiosissimum ornamentum sancto altario (93) in vasis aureis et lapidibus venustatis et quadrangulis velis, antiquitus ex auro et purpura clare contextis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatis. Donavit autem et patriarchæ auri libras quinque et vicienas, ac venerabilij clero libras centum, splendidam reddens sanctam festivitatem et filii pronuntiationem. Multo sane divino zelo imperator piissimus motus contra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, et Athiganos in Phrygia et Lycaonia degentes, capitalem animadversionem Nicephori sanctissimi patriarchæ ac aliorum piorum prædicamentis promulgans, aversus est per alios nequam morum consiliarios obtentu pœnitentiæ, cum esset impossibile illos pœnitentiam gerere qui eorum capti fuissent errore. Dogmatizabant autem indocte, non licere sacerdotibus promulgare contra impios mortem, per omnia divinis super hoc adversantes Scripturis. Si enim Petrus vertex apostolorum Ananiam et Saphiram ob mendacium tantum mortificavit, et Paulus magnus clamat: *Qui talia, inquit, agunt, digni sunt morte*, hæc de solo corporali peccato, quomodo non horum contrarii erunt, qui omni corporali et spiritali spurcitia plenos, quique dæmonibus serviunt, a gladio redemerint? Sed pius Michael non paucos eorum recidit. Stauracius vero ulcere tabefactus ex mortali plaga circa spinæ loca infixa, ita ut non posset quispiam appropinquare illi ob multum fetorem, mortuus est tertio Idus Januarias indictionis 5, cum imperasset, ut putatur, mensibus duobus diebus sex. Porro quinto Idus Maias, feria sexta, eclipsis solaris effecta est magna; et septimo Idus Junias egressus est Michael contra Vulgares: cum eo simul egressa est et Procopia usque Zurulum, Crunus autem dux Vulgarum, cum Debelum obsidione cepisset, et eos qui in ipsa fuerant una cum episcopo transmigrasset, multitudines, quæ propter malum frequensque consilium nequam consiliariorum imperatoris ad eum confluerant, ad insidias ac injurias maxime Opsicii et Thraciorum conversæ sunt; quas Michael compescens donis et admonitionibus silentio imposito mitigavit. At vero Vulgares simulatibus militiarum comperitis, et quod formidantes prælium et taxationem tu amplius confortati prævaluerunt adversus Caracem et Macadoniam. Tunc et Anchialum et Berothen dimittentes Christiani fugerunt, nemine persequente.

Niceamque atque Probatum castrum et alia quædam præsidia, similiter et Philippopolim et Philippos, et Strymonem habitantes accolæ occasione accepta fugientes ad propria redierunt. Hoc autem erat divina indignatio Nicephori vesaniam arguens, per quem putativæ (94) correctiones ejus, in quibus gloriabatur, celeriter corruerunt. Pravasque opiniones multorum, qui Deum impugnantes et abundantes hæreses Paulicianorum, Athiganorum, Iconoclastarum et Tetraditarum deserunt accusare. Omitto enim dicere adulteria et fornicationes, libidines atque perjuriam, odia fraterna et avaritias, necnon et prævaricationes reliquas. Contra sacras et venerabiles imagines contraque monachicum habitum movebant linguas, beatum dicentes Deo abominabilem ac miserrimum Constantinum, quod fortiter adversus Vulgares gesserit propter pietatem, quam, ut impie infelices illi fatebantur, habuerit. At vero hi qui in urbe regia erant, armabantur post synodum universalem ad fidem subvertendam orthodoxam, cæcos cæcis mentibus volentes sine Deo imperare, filios videlicet Constantini Deum impugnantis, apud Panormum insulam custodiæ mancipatos, quos furari per noctem voluerunt et adducere ad exercitum. Sed Dominus hos confudit, erigens Michaeli piissimum in defensionem veritatis. Disputatis enim convenientibus de fide plebibus regiam repedavit ad urbem, et sapienter cogitans multos rebellium per paucas plagas deterruit. Exsilio quoque deportavit filios Constantini, qui oculis orbiati esse cernebantur, in Aphusiam. Unum vero ex seductoribus, falsum eremitam, Nicolai exactionem (95) malefici socium, qui iconam sanctissimæ Dei Genitricis dehonestaverat, lingua recisa mutilavit; qui et mortuus est corpore simul et anima. Hujus autem collegam Nicolaum repromittentem se pœnitentiam acturum coram omnibus publicavit; confidentem quoque sua ipsius mala tradidit illum in monasterium custodiendum, ne libera conversatione libito proprio abuteretur. Populis autem coram concilio in Magnaura coronatus, pii et secundum Deum sensus sui dogmata manifestavit. At vero Athiganos publicans exsilio tradidit per Leonem prætorem Orientalem. Porro Augusto mense quintæ indictionis Thebith contra Christianos exercitum movit, cum quo bellum Leo conferens, Orientalium prætor, prosperatus est, duo millia interficiens et equos comprehensens et arma. Muhamed autem, primus filius Aaron, tenens principatum gentis, inito bello in interiori Perside cum Abdela fratre suo superatus est, et fugiens in Bagda hoc obtinuit. Damascum vero alius tyrannus habuit,

NOTÆ.

(93) *Altario*. Glossæ: θυσιαστήριον altarium, sacrarium. Concilium Carthag. 2 can. 2: «Placuit ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deserviant. Usurpat eam vocem Severus hist. sac. 4, Paulus Warnefridus de gest. Longob. 6, 6, Gregorius Tur. 3, 31. FABR.

(94) *Putativæ*. Vel. Interpres ep. ad Philipp. quæ

S. Ignatio adscribitur: Non putative neque in phasate, οὐ δοχῆσαι, οὐ φαντασία. Idem in ep. ad Trall.: Dicunt eum putative tantum fuisse hominem et non verum corpus suscepisse, atque putative passum et mortuum, δοχῆσαι et τῷ δοκούντι. Id.

(95) Unde dicuntur ἐξαχρονίται, v. Theodor. Hæret. fab. 4, 3. Id.

et Ægyptum et Africam duo partiti sunt, et Palæstinam alius latronis more depastus est.

Anno imperii Michaelis secundo Crumnus Vulgarum dux per Dargamerum pro pace rursus ad Michaelē imperatorem legationem misit, quærens fœdera quæ sub Theodosio Hadramitino et Germano patriarcha repromissa fuerant Cormesio, qui per illud tempus Vulgaris dominus habebatur, quæ terminos continebant a Meleonis Thracensibus, vestimenta quoque seu coccineas pelles usque ad pretium quinquaginta librarum auri, et super hæc profugos utriusque partis ad alterutrum reddi, si contigisset eos insidiari prælatis; negotiantes vero in utraque regione per præcepta et signacula commendari: si qui vero sine signaculo inventi fuissent, diriperentur quæ haberent, et inferrentur publicis rationibus. Scripsit etiam et damnationes ad imperatorem: *Nisi acceleraveris*, inquit, *ad pacem, iudicio tuo præliabor contra Mesembriam*. His perceptis imperator nequam consiliorum admonitionibus pacem minus admisit. Sub obtentu enim falsæ pietatis, imo indiscipline et circa rem publicam perditionis, nequam consiliatores asserebant: *Non oportet fugitivo reddere*, perhibentes in testimonium illud evāgelicum Domini eloquium perhibentis: *Eum qui venit ad me, non ejiciam foras*. Mediante vero mense Octobrio aciem dirigit Crumnus contra Mesembriam in machinamentis et manganis et arietibus, quæ Nicephori occasione, destructoris Christi, didicerat. Arabs enim quidam ad baptismum accesserat satis expertus mechanicæ artis, quem cum castra metatus esset, in Hadrianopoli constituit; cui nullum secundum meritum auxilium vel beneficium conferens, quis potius et rogam ejus abbrevians, murmurantem nimis cecidit. Qui super hoc tristatus fugit ad Vulgares, et docuit eos omnem mangani artem. In his insistens, nemine ob multam stultitiam resistente, per totum mensem cepit eam. Kalendis autem Novembriis advocato imperator patriarcha, cum angustaretur, de pace consilium sumpsit. Aderant autem et metropolitani, Nicænus videlicet et Cyzicenus episcopi, præsentibus quoque pravis consiliariis cum Theodoro hegumeno Studii. Et patriarcha quidem ac metropolita antistites cum imperatore pacem amplectebantur: mali vero consiliarii cum Theodoro hegumeno Studii hanc subvertebant, fatentes: *In subversionem divini mandati nemo pacem amplectitur: eum quippe qui venit, inquit Dominus, ad me, non ejiciam foras*, nescientes neque quæ dicerent neque de quibus affirmarent, primo quidem quoniam nemine ad nos ex eis confugiente nos eos qui intra cortem erant prodidimus, valentes hos cum pace salvare; secundo vero quia et si fugerunt rari quidam ad nos, pro

acquirenda tamen pluribus et contribulibus salute oportebat potius decertare quam super incertis et invisibilibus locupletari: gratius enim Deo plures quam pauciores salvare. Porro damnum in pluribus pati propter modicum lucrum primæ dementiæ est. Sed et qui circa propria inconsulte laborat, fidem secundum Paulum negavit, et infideli deterior judicatur: ubi erit et illud: *Cum his qui oderant pacem, eram pacificus*; nisi forte sint et Paulo et David isti sapientiores. Quis autem Germano ter beato nunc sapientior, nisi juxta perniciosum animæ tumorem nequam ac perversi consiliarii, qui pacem inhibuerunt? Hæc Kalendis sunt facta Novembribus. Porro pridie Nonas Novembrias apparuit cometes in figura duarum noventium lunarum, adunantium se atque separantium in diversa schemata, ita ut in acephali viri sectionem formarentur. Et in crastinum de excidio Mesembriæ venit nobis miserum dubium, deterrens omnes ob majorum malorum expectationem. Invenientes enim eam inimici plenam omnibus rebus quæ ad habitationem hominum adesse debent, hanc tenuerunt una cum Debekto, in quibus et siphones æneos invenere sex et trigenos, et ignis humidi, qui per eos emittebatur, auriq̃ue et argenti haud modicam copiam.

Eodem anno multi Christianorum ex Palæstina, monachi scilicet ac laici, et ex omni Syria in Cyprum venere, fugientes immensam Arabum afflictionem. Cum enim sine generali principatu Syria esset et Ægyptus et Africa et omnis principatus qui sub ipsis est, homicidia et rapinæ et adulteria luxuriæque ac omnes Deo odibiles actiones in civitatibus et villis a divinitus peritura gente perpetrabantur. Inque alma Dei nostri civitate colenda loca, sanctæ videlicet resurrectionis ac calvariæ, ceu reliqua profanata sunt. Similiter autem et laure eremi opinatissimæ (96), sancti scilicet Charitonis et sancti Sabæ, et reliqua monasteria et ecclesiæ desertæ factæ sunt, alii namque percepto martyrio interempti sunt, alii vero Cyprum et hac Byzantium properarunt, quos Michael pius imperator et Nicephorus sanctissimus patriarcha benigna munificentia receperunt: nam his qui venerunt ad urbem monasterium insigne donavit, his vero qui in Cypro remanserunt, monachis scilicet et laicis, talentum auri transmisit, et diversis hos eonsolatus est modis. Erat quippe Michael erga omnes suavis quidem et clemens, circa negotiorum vero dispositionem iners, servitute subactus Theotisto magistro seu cæteris principibus. Præterea mense Februario duo Christiani ex Vulgaria fugientes nuntiaverunt imperatori Crumnū prædaturum eos, qui essent in Thrace, repente festinare. Et decimo quinto Kalendas Martias exivit imperator

NOTÆ.

(96) *Opinatissimæ*. Rufinus interpretes Eusebii *H. E.* viii, 1: « opinatissimus ille Dorotheus. » Ipse *Rufinus* l. 10: « nobiles et opinatissimi conveniunt. » *Julius Firmicus* 3, 3: « magos famosos faciet.

» vel philosophos opinatos. » *Hincmar*. *Rem. de Prædestin.* 34: « Gregorius Nazianzenus vir in fide et doctrina opinatissimus. » *Fara*.

ab urbe, et Dei providentia inefficax rediit Crumnus non paucis amissis. Ast imperator Hadrianopolim veniens, et ordinatis apte quæ circa eam erant, cum gaudio rediit, et ascendens monasterium Tarasii beatissimi patriarchæ, celebratis ejus memoriis, una cum Augusta Procopia, argenteo petalo librarum 95 sacrum sepulcrum ejus vestivit. Post captam vero Mesembriam imperator Crumnus pace negata, ex omnibus thematibus militiam ante vernale tempus in Thracem transire præcepit, ita ut omnes moleste ferrent, maxime Cappadoces et Armeniaci. Imperatore autem exeunte cum ordinibus mense Maio, exivit cum eo pariter Procopia Augusta usque ad aquæductus juxta Heracliam. At vero multitudines super hoc duriter ferentes in derogationem ac maledictionem conversæ sunt contra Michaellem. Porro tertio Nonas Maias eclipsis facta est solis circa duodecimam partem Tauri juxta horologium, oriente sole, et multus timor cecidit super turbas. Ast imperator circumibat Thracem cum prætoribus ac militibus, neque contra Mesembriam pergens, neque aliud quid eorum quæ agi debent ad destructionem hostium patrans, sed tantum suasus sermonibus vanis consiliatorum suorum, bellorum experientiam non habentium, ac per hoc asseverantium non audere inimicum adversus illum venire, in propria regione sedentem. Et erat barbarico impetu gravior concivium cætus deficientium circa necessarias utilitates, et rapinis ac invasionibus exterminantium compatriotas. Circa initia vero Junii mensis exiit Crumnus Vulgarum dux cum exercitibus suis, veritus, quod multa millia essent Christianorum. Cumque movisset exercitum in Versiniciam quasi tricenis signis ab imperialibus castris, Leo patricius et prætor Orientalium Joannesque patricius et Macedoniæ prætor, cognomento Aplaces, multum prompti ad hos bellandos, prohibiti sunt ab imperatore per malos consiliarios. Cum autem urbs letanias celebraret cum summo sacerdote in templo SS. Apostolorum, quidam impiorum obscenæ Deo perosi Constantini hæreseos, obserata porta imperialium sepulcrorum, nemine attendente, propter turbæ frequentiam, quo subito cum quodam sonitu aperiretur egerunt, quasi ex quadam operatione divinitus facti prodigii, et intro insilientes procidebant seductoris monumento, hunc invocantes et non Deum: *Surge, dicentes, et auxiliare perditæ rei publicæ*; diffamaveruntque quia surrexit super equum sedens, et vadit Vulgares bellaturus, qui e contra Tartarum habitat cum dæmonibus. Qui ab urbis præfecto comprehensi primo quidem mentiebantur divinitus ultro fuisse portas sepulcrorum apertas: præsentati vero tribunali præfecti et circa testimonium claudicantes obserationis fraudem ante omnem pœnam confessi sunt; quos merito vectibus subdens pompæ publicæ submisit, vociferantes causam pœnæ. Sic enim nequitie inventor diabolus

A suos milites erudit, ut non peccata sua ipsi accusent, sed orthodoxam et a Patribus traditam fidem sacrumque habitum monachorum, qui divinæ est philosophiæ gymnasium. Multi autem eorum qui in his blasphemabant, habitu tantum erant Christiani, veritate vero Pauliciani, qui non valentes detestabilia dogmata sua manifestare hujusmodi occasione indoctos adulterabant, Constantinum, qui Judaici fuerat sensus, beatum dicentes ut prophetam et victorem, hæresimque ipsius in subversionem incarnatæ dispensationis Domini nostri Jesu Christi amplectentes. Porro decimo Kalendas Julias prælium ineuntibus haud procul ab Hadrianopoli, delinquunt quidem Christiani valde dire circa bellum, obtinent autem inimici pugnam a Deo, ut plures Christianorum nec primam congressionem... summa fuga uterentur, ita ut Crumnus consternatus æstimaret insidiarum quarumque argumentum esse; quo factum est ut modicum retineret suos ab insecutione: quia enim vidit eos sine ulla retentione fugere, persecutus occidit multitudines copiosas, veniens nihilominus ad sarcinas, et has cum exuviis auferens. Ast imperator fugiens repedabat in urbem, multitudinibus harumque principibus sumptis. Insuper et imperii pollicebatur depositionem dejurans. Inter quos et Leonem patricium et prætorem Orientalium, tanquam pium et fortissimum et per omnia strenuum, in tenendo imperio asciscere socium voluit. Qui nullatenus acquiescens, dimisit eum præesse thematibus, ipseque ad regiam pervenit urbem octavo Kalendas Julias, volens deponere imperium et alium promovere; qui tamen ab uxore, et ab his qui nequiter prævaluerant, non est permissus. Verum in hoc Nicephorus sanctissimus patriarcha consentiebat: *Et ipse, inquit, et filii ejus salvandi erunt, si taliter quis promoveatur*. At vero prætores discentes imperatorem cum multitudinibus in urbem fugisse, desperati ab eo quod de cætero imperandi forent, et consiliati apud semet ipsos implorabant Leonem patricium et prætorem Orientalium, quo auxiliaretur communi rei publicæ et Christianorum religioni opitularetur. Ast ille aliquandiu vehementer differebat tempus, considerans difficultatem et Barbarorum incursionem intolerabilem, et semet ipsum erga imperatores conservans rectum et absque insidiis. Quia vero ad urbem properare inimicum vidit, scribit Nicephoro patriarchæ de recta fide sua affirmans, petens etiam ut cum oratione et nutu ejus imperium sumeret. Et veniens ad tribunalium ante urbem positum una cum prætoribus et exercitibus, valde legitimus Romanorum imperator ostenditur, et die media Constantinopolim per Carisii portam ingreditur, et ad regalia pervenit. Porro Michael, audita hujus acclamatione, in oratorium Phari accurrens, una cum Procopia natisque suis, detonsis capillis monastica induit vestimenta quinto Idus Julias sextæ indictionis, feria secunda. Postera vero die coronatus a Nicephoro patriarcha in ambone Majoris ecclesiæ

urbis, præcepit custodiri viriliter muros die ac nocte, ipsum per se circumiens et excitans cunctos, ac bonam spei fiduciam habere commonens, eo quod Deus celeriter foret inopinate facturus per intercessionem interemeratæ Dei Genitricis et omnium sanctorum, nec omnino confundi nos esset passurus ob multitudinem culpæ nostrarum. Interea novus Sennacherib, Crumnus videlicet, derelicto proprio fratre cum virtute sua ad impugnandum Adrianopolim, post sex dies imperii Leonis superveniens in viribus et equis regiam urbem girabat juxta muros a Blashernis usque ad Auream portam, ostendens virtutem suam, et celebrato polluto ac dæmonico sacrificio in prato penes mare sito postulavit ab imperatore ut fingeret lanceam in eandem Auream portam; quod id fieri non permittente reversus est ad tabernacu-

lum suum. Cum autem admiratus fuisset muros urbis et bene ordinatam imperatoris aciem; et super obsidione, quam præparabat; desperatus effectus esset; ad conventiones convertitur; et ante pacem tentatoria verba faciebat. Ast imperator accepta occasione conatus est huic insidiari, sed a multitudine peccatorum nostrorum hoc in finem perducere prohibitus est, administrantium hujusmodi rei rusticitate, vulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. Super hoc insanlens nequissimis, misso cursu ad S. Mamam, palatium illic habitum incendit, et æreo leone Hippodromii una cum ura et draconculo lacus ac marmoribus electis in plaustra imposito reversus est; et obsessam Hadrianopolim cepit.

VOCUM

IN THEOPHANE ET LEONE GRAMMATICO

NOVARUM SEU MIXOBARBARARUM

INDICULUS.

Α
 Ἀδιναι, *scutica, habenæ*, 306.
 Ἀδίουμάς, *subadjuva*, 247.
 Ἀγκυλοχοπεῖν, *poplitum nervos succidere*, 137.
 Ἀγορός, *masculus, robustus*, 460.
 Ἀγοραία, *foram, ἀγορά*, 249.
 Ἀδουµιον, *nomenclatura, recensitio nominum*, 497.
 Ἀθίγγανοι, *præstigiatores*, 413.
 Ἀκνιδιαζόμενος, *subita irruptione oppressus*, 208.
 Ἀκιδουκτός, *aqueductus*, 424, 429.
 Ἀκιδύβιτα, *accubita*, 196.
 Ἄλογος, *equus*, 265.
 Ἀμανίχωτος, *sine manicis*, 372.
 Ἀμδών, *ambo, suggestus*, 136.
 Ἀμνηρεύω, *Saracenorum summum principem ago*, 281.
 Ἀμνημόνευτος, *cujus nulla a morte memoria, excommunicatus*, 373.
 Ἀναβάσιον, *ascensus*, 379.
 Ἀνολύειν, *dedicare ecclesiam, id est, facere publicam distinctis officiis addictam*, 195.
 Ἀνώνια, *annona, commeatus*, 126, 476.
 Ἀντιμίνισιόν, *corporale*, 379.
 Ἀξιωματικοί, *primores, viri in dignitate constituti*, 270.
 Ἀπληχεύειν, *castra admoovere, applicare*, 153, 259.
 Ἀπλώματα τῶν θυσιαστηρίων, *parvæ altarium*, 44.
 Ἀποκαβάλλεσθαι, *equo desilire*, 432.
 Ἀποκριστήριος, *responsalis*, 303.
 Ἀπομνηστῶν, *exmonetarius*, 201.
 Ἀποστολικὴ στήλη, *σχῆμα, patriarchalis habitus, eccus*, 202, 140.
 Ἀπράχτος, *irritus*, 34.
 Ἀργυροπράτης, *argentarius*, 201.
 Ἀριθμός, *cohortis, numerus*, 64.
 Ἀριστόδειπνον, *prandii tæneæ convivium*, 313.
 Ἀρμαίνον, *armamentum*, 231, 370, 249.
 Ἀρματα, *armæ*, 308, 313, 362.
 Ἀρμαίνωμος, *armis instructus*, 364.
 Ἀρμενίζω, *τὸ ἐπαιρῶ, vela facio, contendo*, 318.
 Ἀσκη, *αἶψα, a secretis*, 243, 371 et passim.

Ἀσημον, *argentum*, 268.
 Ἀσπρος, *candidus*, 144.
 Ἄστα, *hasta*, 305.
 Αὐγουστάλιος, *augustalis*, 139 et alias.
 Ἀυθεντικὸς χάρτης, *primum exemplar*, 133.
 Αὐλιζεσθαι τὸν χειμέριον καιρὸν, *hybetus ducere*, 126.

B

Βάθρα, *transtra, sedilia*, 307.
 Βατούλος, *bajulus*, 83.
 Βάκλον, *baculus*, 200.
 Βαλλίζω, *choros duco*, 54.
 Βάνδον, *vexillum*, 153, 181, 265.
 Βαπτίζω, *e sacro fonte suscipio*, 149.
 Βαπτιστικὸν δογμα, *nomen in baptismo inditum*, 311.
 Βασιλίκος, *regulus*, 151.
 Βατάν, *ambo ecclesiæ, ascensus*, 296.
 Βερηδάριος, *veredarius*, 192.
 Βεστήτορες, *vestitores*, 192.
 Βίγλα, *excubie*, 257, 348.
 Βικάριος, *vicarius*, 278.
 Βουλᾶδες, *Bulgarorum proceres*, 367.
 Βουκινάτωρ, *buccinator*, A. C.
 Βουλλῶν, *sigillo regio obsigno*, 369.
 Βορδόνης, *burdo*, 155.
 Βραχιδία, *dextralia*, 266.

Γ

Τὸ Γαλλικόν, *sapo Gallicus*, 292.
 Γαρσονοστάσιον, *puerorum, seu militum statio*, 203.
 Γιγγίβερ, *gingibet*, 268.
 Γιστέρναι, *cisterna*, 129.
 Τὰ Γουαπλά, *pellicariorum officina*, 505.
 Γυναικόπαιδα, *mulieres et pueri*, 325.

Δ

Δηλάτωρ, *delator, accusator*, 412.
 Δημαρχος, *tribunus factionum populi*, 241.
 Δημοί, *populi factiones*, 62, 141, 154.
 Δημοί, *demi ita dicti in Circo*, 507.
 Δημοταύω, *e popularibus militiam cogo*, 197.
 Δημοκρατέω, *populari factione obtineo*, 142.
 Δημοκραταί, *κοσμηταί, ubique obtinentes factiones*, 181.

Δημόται, factionarii, 156, 158.
 Δαιτάριος, zelarius, atricensis, 268.
 Διδιτίσιον, saccus, vestis imperatoria, 456.
 Δίππιν, Circi stadium, 341, 342, 355.
 Δίππιν, via ad Circum, 372.
 Διοικητής, publicanus, vectigalium exactor, 345.
 Διορία, occasio, tempus opportunum, 598.
 Δογή, malum δογή, convivium, epulum, 317.
 Δομέστικος, domesticus, 90.
 Δούξ, dux, 110, 136.
 Δρόμων, celox, minor triremis, 335.
 Δρούγγος, drungus, cohors, 184.

E

Ἐργασίον, ergastulum, 397.
 Ἐδικτον, edictum, 275.
 Ἐδικτος, defensor, 119.
 Ἐμβάτη, aquæ conceptaculum in balneo, 50.
 Ἐμβολος, porticus, rostra, 64, 95.
 Ἐμβολοί, cortinæ ad tentorium, 268.
 Ἐμπρακτος, moliens aliquid, 315.
 Ἐμπράκτως, solemnî ritu, et pompa, 355.
 Ἐνδυτής, palla, corporale, 439.
 Ἐνόρδιοι τύποι, sanctiones, pacta rite disposita, 303.

Ἐντολικάριος, deputatus a subditis ad principem : procurator Anast., 256, 240.

Ἐξαρχος μοναστηρίων, generalis præfectus ac visitator monasteriorum, 195. Militiæ princeps, ac rerum summam tenens, 241, 337.

Ἐξερχέτον, exercitus, 198, 202.
 Ἐξκουβίτωρ, excubitor, 191, 116.

Οἱ ἐξωτικοὶ ἄρχοντες, exteri duces, 310.
 Τὰ ἐξω καθαραρικά, extera equestres copiae, 310.

Ἐπίκτης, operarum præses, 306.
 Ἐπιάγορος, virilis, robustus, stipatus, 460. Not. post.

Ἐπιριπτήριον, integumentum capitis, 490.
 Ἐπιστήσιος, intimus, 394, 399.

Ἐπιφανής, nobilissimus, 46.
 Ἐπιφανέστατος, nobilissimus, 59.

Ἐργαστηριαστικοί, artifices, 379.
 Ἐργοδιώκτης, operarum præfectus, 371.

Ἐτοιμοθάνατοι, pœnarii, fucarii, 155.
 Ἐλογίζαι, munusculum gratitudinis signo in principem ab electo patriarcha conferri solitum, 84.

Z

Ζάχα, Ζάχος, stabuli cellaria, 208.
 Ζάχαρ, saccharum, 268.

H

Ἡσυάζειν, privatum agere, 85.

Θ

Θαλάσιον πῦρ, ignis marinus, 295. Qui et ὑγρόν.
 Ἡ Θεανδρική μορφή, Christi Dei hominis imago, 216.

Θύμω ῥινοκτυποῦντες, Nares thymo levius ferientes, eisque illud crebro adhibentes, 52.

I

Ἰδικτον, edictum, 52, 205.
 Ἰλλούστριος, illustris, 158.

Ἰνδουλγεντία, indulgentia, 200.

K

Καβαλλάριος, eques, 268.
 Καβαλλαρικά θέματα, equestres turmae, 321.

Καβαλλαρικόν, equitatus, 298.
 Καβαλλικέυω, eques incedo, 321.

Καβαλλίνα, stercus equinum, 297.
 Κάδιον, cadus, 292.

Καθολική ἡ ἐκκλησία, ecclesia urbis primaria, 314.
 Καισαρικά περικεφάλαια, Caesarum stemmata, 374.

Κακαδοπυρφόροι βιήρεις, biremes ignariae, 294, 352.

Καλοχαίριον, æstas, 326.
 Καμηλαύκιν, pileolus caput et aures oblegens, 110.

Καμηλαύκινον διάλιθον, Totilæ stemma gemmis ornatum, 193.

Καμίσιον, camisia, 268.

Κάμπος τριβουναλίου, tribunalis campus, 244.
 Κανδιδάτος, Candidatus, 369.

Καράβιον, navigium, 432.
 Καρβαρήγας, dux primarius Persarum, 214.

Κασίδα, cassis, 266.
 Καστέλλιν, καστέλλιον, propugnaculum, castellum, 109, 267.

Πλοία καστελλωμένα, naves turritæ, 250.
 Κάστρον, oppidum, urbs munita, 299, 309, 326 ; etiam exercitus, 596.

Καταφρακταρικά, equi e loris sepimentum ac tutamen, 266.

Κατίνα, navis prægrandis, 331.
 Καῦχος, caliculus, poculum, 248.

Ἀποκαυκοδιάκονος, a calicibus olim minister, 320.
 Καυλοτομῆσαι, virilia exsecare, 151.

Κένταρχος, centurio, 241.
 Κένσος, sedes, 249, 315.

Κεντηάριον, auri libræ centum, 335.
 Ἐκ κεντηοῦ εἰκὼν, imago ductis acu coloribus picta, 144.

Κεντητὸς σταυρὸς διὰ μέλανος, punitionibus effigiatum crucis signum infuso atramento, 224.

Κεράτιον, ceratium, obolus, minutum monetæ genus, 255.

Κεφαλαί, homines, 362.
 Κεφαλιτὸν τοῦ βασιλέως, ejus veluti capitis censione pensa numismata, 407. D. P. Goar, ejus capitis sculpta imagine. Verum id commune nummis aureis.

Κατηχητής, catechista, 397.
 Κατηχούμενα, porticus interiores ad ecclesiam, 348.

Κηρουλλάριος, cerularius, qui vendit cereos, 412.
 Κηροπώλαια, additæ officinæ illi negotio, 505.

Κητατόριν μεταθεσίον, decretum translationis ex uno in alium episcopatum, 322.

Κιβούρια, et κιβώρια, ciboria, parvæ fornices ad altaria, 196, 197 ; ἀργυρὰ κιβούρια.

Κιονάκιον, columellæ altaris, 318.
 Κιτατόριν, citatorium, 316.

Κλάβιος, circulus, 207.
 Κλεισοῦραι, clusura, montium angustiae ac fauces, 258.

Κλεισορροφύλαξ, angustiarum hujusmodi custos, 291.

Κλητορεύω, convivium celeberrimum, invito, 315.
 Κοιαίστωρ, quæstor, 145.

Κομβέντον, conventus, comitia, 145, 361.
 Κομβώνω, decipio, illudo, 126.

Κομμέρχιον, vectigal, 596.
 Κόντος, ἄλ. κονδός, sagulum, 372.

Κοντάριν, hasta, 249.
 Κονταρέα, hastæ ictus, 266.

Κόρδα, funis, restis, 312.
 Κόρτη, comitatus, aula, 455. Suppellex, aulea, Anast. 390, 395.

Κορταλίζω, seu potius χορταλίζω, ad choream numeros strepitum edo, 54.

Κουδικουλάριος, cubicularius, 142.
 Κουδούκλειον, cubiculum, 480.

Κουλούκης, catulus, 375.
 Κουμέρχιον, vectigal mercibus impositum, 396, 401.

Κουμερχεύειν, vectigalibus gravare, 477.
 Κουράτωρ, curator, 69.

Κουρατωρία βασιλική, imperatoris fiscus, 412, 504.
 Κουρεῦω, detondeo, 354, 348.

Κουρσοί, tonsores, 59.
 Κουρκουρόν, marsupium Anast. 305.

Κουρσον, prædatio, 270. Item turma militum, 400.
 Κουρσεύειν, prædas agere, excurrere, 264.

Κουφιζω, tributa minuo, 596.
 Κρέμασις, æreus in ædificio, 197.

Κριστάτος, comatus, 337.
 Κυκλόποδες, calcei uncis ferrets instructi ad montes hyeme superandos, 329.

Κυριακά, templum, ecclesiæ, 92.

Κώδιξ, *codex* 140. Λογοθεσίων κώδικες, *publici avari libri*, 314.

Κωδωνάτος, *personatus*, 110.

Κωμοδρόμος, *circulator*, 189.

Λ

Λαγκίδιον, *lanceola*, 207.

Λαός, *exercitus*, 88, 100.

Λαργιτιανών κόμης, *largitionum comes*, 158, 249.

Λάρδον, *laridum*, 195.

Λαυρίζουσαι, *naves altum petentes* P. Coar. 331, *Anast. contámplicæ*.

Λαυράτα, *principum imagines*, 247.

Λεήλος, *diminutus*, 351.

Λιβαλλός, *libellus, accusationis, professionis fidei*, 24, 17, 45.

Λιθία, *lapides pretiosi*, 152.

Λιμήτον, *limes*, 148, 152.

Λινόχρυσος, *lana auroque contextus pannus*, 267.

Λιταί, *supplicationes*, 94, 136, 104.

Λιτάνευειν, *processiones obire*, 94.

Λιτροβούλης, *infame nomen*, 133.

Λούπινον, *lupini*, 552.

Λουρίκια et λωρίκια, *lorica*, 266.

Λωρικάτοι, *loricati*, 157.

Μ

Μαγαρίτης, *fidei desertor*, 262, 284.

Μαγαρίζειν, *apostatare*, 334.

Μάγχανα, *machina*, 32, 33.

Μαγχανικά, *instrumenta bellica*, 517.

Μαγγλάδια, *verbera*, 454.

Μάγιστρος, *magister*, 117.

Μαγίστριον, *magistri dignitas*, *ibid.*

Μαγιστρίανός, *magistrianius*, 240.

Μαχηπικιά, *piatrina*, 65, 199.

Μαϊουμά, *majuma festum profanum*, 580.

Μαϊστορ, *magister mechanicus*, 156.

Μανδάτον, *responsum*, 211.

Μανδάρω, *præco, qui ex principis persona respondet*, 154, 155, 156.

Μάνδρα, *locus pecularis, et monasterium*, 96.

Μανδύλιν, *mantile*, 597.

Μανδύον, *mandias, palliolum*, 148.

Μανιάκτιν, *torques*, 207.

Μανίκια, *manica*, 327.

Μαρτύρια, *ecclesie martyrum*, 27, 91.

Ματζώσαι, *colaphis cadere*, 236.

Μεϊώριν, *semihora*, 441.

Μελανεμνέω, *pullis induor*, 101.

Μεναύλος, *seturis*, 187.

Μεσίλαιον, *medium atrium*, 203.

Μεταθρονιάζω, *ex uno in alium episcopatum transero*, 110.

Μέταξα, *fila serica*, 153, 268.

Μετάρτα (τὰ) τοῦ στρατοῦ, *castra metata*, 62.

Μητάρτα, *meiationes*, 62.

Μίλιον, *milliare*, 114.

Μιλιαρήσια, *nummi argentei*, 346, 254.

Μίχας, *mima*, 79.

Μισέω, *dimitto, abundi copiam facio*, 201.

Μονήτα, *moneta*, 18, 305.

Μονόζωνοι, *expediti milites*, 339.

Μονοπάτον τοῦ καθίσματος, *semita secretior ad imperatoris in Circo sedile*, 157.

Μονοστράτηγος, *supremus dux*, 310.

Μουλαία γεφύρα, *pons Milvius*, 14.

Μούλος, *moles, portus ager*, 247, 367.

Μούλτον, *seditio*, 400.

Μουλταύω, *seditionem moveo, tumultuor*, 450.

Μετὰ μουσαίου, *opere musivo tessellato*, 373.

Ν

Ναχοτάπητα, *lectisternia*, 268.

Ναχοτάπητα ἀνώτερα, *grandes tapetes acu picti*, 434.

Νάρθηξ, *vestibulum ecclesie*, 205.

Νεροφόρος, *balnei crater*, 122.

Νοτάριος, *notarius*, 314, 86, 149.

Νουβήτισσαι, *virgines viris desponsatæ*, 381.

Νούμαρος, *coheres*, 43, 64.

Νουμάριοι ἀριθμοί, *militares numeri*, 185.

Νωβέλισσιμος, *Nobilissimus, titulus dignitatis*, 374, 379.

Ξ

Ξηρόλιθος, *mutus ex solis lapidibus*, 351.

Ξυλοκούκουδα, *lignea crepitacula*. Vide not., 258.

Ξυλοπανθοῦροι, *lignei funes, ac vincula*, 364.

Ξυλόποδες, *compedes*, 215.

Ο

Όλοκοτίνιν, *nummus aureus*, 345.

Όλοσιδηροί, *milites undique ferro tecti*, 454.

Όμολογια, *cautio, syngrapha*, 305.

Όμφικιον, *officium, vilæ institutum, metier*, 316.

Όναγρος, *machinæ genus*, 33.

Όπερα, *opera, mănœvres*, 306, 371

Όπτιμάτοι, *optimates*, 377.

Όπτιοι, *optiones, milites*, 175.

Όρδινάριος ὑπατος, *consul ordinarius*, 125.

Όρνάτουριον, *malum cum Cedr.*, ἀρματώριον, 321.

Όρναί, *funes*, 434.

Όστρακάριοι, *testacii opera*, 371.

Όφιτάλιος, *officialis, qui aliquo fungitur munere*, 479.

Όψιδες, *obsides*, 329.

Όψιχτον obsequium h. ministri aulici, 318, et passim.

Π

Πάκτα, *pacis conditiones, icta sœdæfa, p̄acta tributa*, 154, 214.

Πάλλια σθηρικά, *pallia, vestes sericæ*, 376.

Πάλος, *palus*, 415.

Πανηγύριον, *nundina*, 396.

Παπία, *palatii custos et janitor*, 447.

Πάππας, *papa, Romanus pontifex aut Alexandrinus*, 86, 87, 104.

Παππας, *clericus secularis*, 83.

Παπυλιώ, *papilio, tentorium*, 268.

Παραδυναστεύων, *subadynastia, summa pollens in aula auctoritate, cuius maxime consilio resp. regitur*, 84, 86.

Παρακοιμώμενος, *accubitor*, 240.

Παρακονδακίζω, *velito*, 298.

Παραμύριον, *pugio, sica*, 185, 318.

Παραμονάριος, *mansioarius*, 189, 459.

Παραπόρτιον, *minor porta*, 318.

Παρίπτιν, *veredarius*, 347.

Πασχόζω, *pascha celeberrimo*, 362.

Πασχαλίζω, *paschalis hebdomada*, 95.

Πατέρα ἀνακηρύττειν, *Patres, sive patricios creare*, 90.

Πατριμόνια, *quæ dicuntur sancti Petri patrimonialia*, 345.

Πέλμα, *Circi area*, 157.

Πεζούλιον, *exedra*, 459.

Περικεφάλαια Καίσαρικὰ, *Cæsarium stemmata*, 374.

Περνέω, *τὸ περαινῶ, trajicio*, 198.

Πετροπατά, *petrobolus*, 322.

Πήχος, *Nili exundantis mensura*, 13.

Πιάνω, *capio, apprehendo*, 334.

Πίνωσι, *pilæ, pinnacula, parietes*, 197.

Πιττάκτια, *locus ubi excipiebantur libelli supplicis*, 68.

Πλήθη· πληθὺς Ῥωμαϊκῇ, *Romanus exercitus*, 219, 231.

Πλουμία χρυσά, *Phrygonis opere intextum aurum*, 144.

Πολυκάδνηλα, *candelabra multifida*, 255.

Πομπεύω, *ignominia traduro*, 313.

Ποντίζω, *constupro, maculo*, 365.

Πόρτα, *porta*, 97, 188.

Πορφύρα, *aula ubi nascebantur imperatorum filii*, 398.

Πούλιπτα, *pulpita*, 154.

Πραδα, *præda*, 152, 162, et alias.

Πραιδεύω, *deprædor*, 23.

Πραιπόσιτος, *praepositus, cubicularius*, 85, 142.
 Πραιτώριον, *praetorium*, 64.
 Πράκτορες, *exactores*, 280.
 Πράνδια, *cenae, vittae*, 196.
 Πρεσβύτου κόμης, *praesenti comes*, 141.
 Πρίγκιπες (οἱ) τῶν σχολῶν, *principes scholarum*, 157.
 Προκένσος, *processus*, 191, 454, 478.
 Προμοσέλλα, *equus imperatricis addictus; forte equi candidi*, 400.
 Προμοσφρίνιος, *seriniis praefectus*, 411.
 Πρόδοικος, *major-domus*, 357.
 Προτεκτορες, *protectores, satellites*, 157.
 Προὔποστολη, *fornice*, 197.
 Πρωτοευνούχος, *spadonum primus*, Anast., 306.
 Πρωτόθρονος, *primae sedis a patriarcha episcopus*, 110.
 Πρωτοκαθεδρία, *primus consensus*, 140.
 Πρωτοκούρωρ, *cursorum princeps*, 247.
 Πρωτοσύμβουλος, *Saracenorum concilii princeps, eorumque rex*, 309, 351.

P

Ῥεγίων, *urbis regio*, 308.
 Ῥέσκεσθαι, *in vulgus spargi*, 394.
 Ῥεφερενδάριος, *referendarius*, 153.
 Ῥήξ, *rex*, 145.
 Ῥόγα, *stipendium militum, annona, munus*, 41, 134.
 Ῥογεῖν, *munus spargere*, 142.
 Ῥοάκιν, *rius*, 394.
 Ῥούσιος, *punicus*, 144.

Σ

Σαγίον, *sagulum*, 238.
 Σαγιτοβολός, *jactus sagitta*, 266.
 Σακελλάριος, *thesaurarius*, 246, 306.
 Σάκκος, *saccus*, 315.
 Σάκρα, *diploma regum, sacra*, 110.
 Σαλιεδάριον, *frenum equi*, 21.
 Σάνδαλοι, *lintres magnarum navium*, 352.
 Σεκρέτον, *secretum, palatii cubiculum*, 195.
 Σεκρίτα, *domus, ubi statio ad processiones*, 395.
 Σελέντιον, ἄλ. Σιλέντιον.
 Σέλλα, *sella equilis*, 266.
 Σέλλιον, *imperatoris sedile*, 456.
 Σένσον, *sedes imperatoris in Circo*, 107.
 Σημάδιον, *pignus*, 205.
 Σημαδάριος, *mutuarius sub pignore*, 205.
 Σημειώτης, *vexillifer*, 171.
 Σηκώνος, *colligo, metaphora ab ovibus*, 432.
 Σιγίλλιον, *sigillum*, 422.
 Σίγμα, *fornix*, 470.
 Σιλέντιον, *comitia, conventus*, 342, 358, 208, 448.
 Σιλεντιάριος, *silentiarius*, 115.
 Σιλεντιάρκιν, *silentiariorum statio*, 201.
 Σισούρα, *cuculla, habitus monachalis*, 98.
 Σιφωνοφόροι δρόμονες, *ignarii cum siphonibus*, 294.
 Σκάλα, *pensilis scandula in equo*, 470, 565.
 Σκαλλώτης, *scandularius*, 456.
 Σκαρχμάγγιν, *chlamys, vestis superior*, 266, 451.
 Σκηπτρα, *clavae honorariae, banda*, 344, 379.
 Σκλάβος, *servus, esclave*, 370.
 Σκηπτία, *inopia*, 248.
 Σκοτίσφις, *exsecutus*, 371.
 Σκουτάριον, *scutum*, 266, 307.
 Σκρίθων, *satelles, σωματοφύλαξ Theophyl.*, 251.
 Σκρίνια, *scrinia*, 249.
 Σόλας, ἄλ. ἡ σωλέα, *solea, locus vicinus altari*, 371, 451.
 Σούβλα, *veru*, 316.
 Σούδα, *vallum*, 416.
 Σπαθάριος, *defensorum princeps, ac satellitum*, 103.
 Σπόνζα, *sponsalia*, 574.
 Σπούσα πλατσία, *lata fossa: male, nam in Ms. cod. est σούδα*, 455.
 Στάμα, *meta, circi locus*, 372, 247; *status Anast.*, id est, *quies, cessatio*, 266.

Σταῦλον, *stabulum*, 192.
 Σταύλου κόμης, *comes stabuli*, 454.
 Στεφανίτης, *conjugalus*, 368, 441.
 Στέψιμον, *coronatio*, 428.
 Τὰ στήθεα, *vallum, columellae ad pectus ascendentes*, 351, 457.
 Στεῖθιον, *imago a pectore, un busto*, 307.
 Στιγάρης ἄσπρος, *tunica alba*, 144.
 Στόμιον τοῦ πόντου, *ponti fauces*, 108.
 Στραγολαλωτάρια, *stragulae vestes*, 454.
 Στρατηλάτης, *magister militum*, 149.
 Στράτα, *exercitus, castra*, 240, vid. not.
 Στράτωρ, *strator*, 325.
 Συνήθειαι, *consuetudines stipendia*, 200.
 Σχεδία, *naves tumultuarie compactae*, 65.
 Σχετική εἰκόνων προσκυνήσις, *relativa adoratio, ac velut attributione*, 310.
 Σχιστὰ διὰ μαργαριτῶν, *margaritis intexta, ac scissa*, 307.
 Σχολῶν κόμης, *scholarum comes*, 118.
 Σχολάριος, *miles*, 109.
 Σωκός, *σωκίζειν, soco capere, laquei genus*, 185.

T

Ταγίζω, *equis pabulum praebere*, 266.
 Ταγματάρχης, *turmarum ductor*, 215.
 Ταξάτης, *miles*, 271.
 Ταξάτιον, *praesidium militum*, 309, 460.
 Ταξιδιον, *expeditio*, 455, 456.
 Ταυλὶς χρυσός, *aurea tabula*, 144.
 Τένδα, *tentorium*, 455.
 Τεραπατα, *petrobolus*, 322.
 Τετραβήλα, *velata quadrata*, 419.
 Τετρακάνθηλον, *quadratum tabulatum*, 355.
 Τετραέντιον (ἔκ), *quadruparto opere*, 157.
 Τζάγγια (τὰ ἀλιθινά), *ocreae rubrae, imperatorum insigne*, 263, 384.
 Τζαγγαρία, *officina sutoria*, 155.
 Τζαγγάριος, *sutor*, 456.
 Τζάγγια βούτια, *ocreae puniceae*, 144.
 Τζυκανιστήριον, *sphaeristerium*, 480.
 Τόρνα, τόρνα, *vores Italicae: verte, verte*, 218.
 Τούρμαι, *turma*, 450.
 Τούλδον, *impedimenta, supellex bellica*, 212, 216, 221.
 Τούφα, τὸ σφαῖρα, *globus*, 456.
 Τριβουνάλιον, *tribunal*, 213.
 Τριβουνός, *tribunus*, 95.
 Τριχοχαρακτής, *pilosus*, 357.
 Τροπική, *ambitus*, 375.
 Τρούλλος, *trullus, copula*, 197.
 Τύρωνες, *tyrones*, 249.

Υ

Υλογραφία, *imagines in ligno sculptae, S. Niceph. cera fusas habet*, 375.
 Υπατία, *munus consulare, pecuniarum effusio*, 211.
 Υπατοι, *praesides, procures*, 45, 71.

Φ

Φακιδιον λινόχρυσον ἐσφενδονισμένον, *pileolus e panno aureo gemmis distincto*, 207.
 Φακτοναρής, *factionarius*, 453.
 Φάλλεας, *equi Heraclii nomen*, 266.
 Φαλσός, *fulso*, 269.
 Φαμηλία, et φαμηλία, *familia*, 526, 590.
 Φαντασία, *ostentatio, superbus apparatus*, 37, 100.
 Φατλόν, *bacillus, fusus*, 485.
 Φιάλη, *foas, fontis machina*, 307.
 Φλάμουρον, et φλάμουρον, *vexillum, flamula*, 305, 377.
 Φοιδεράτων κόμης, *foederatorum comes*, 154.
 Φόλις, *folla, obolum*, 147.
